KALENDARIUM PERPETUUM

KALENDARIUM PERPETUUM

SEU

PROMPTUARIUM

AD RECTE ET FACILE CONFICIENDUM

PRO ANNIS SINGULIS

QUODCUMQUE KALENDARIUM JUXTA RITUM ROMANUM

AUCTORE

P. ALOYSIO MARIA A CARPO

Ordinis Minorum de Observantia

OPUS ECCLESIASTICIS OMNIBUS PERUTILE

EDITIO ALTERA

multo auctior et emendatior ac notis illustrata



FERRARIÆ

EX TYPOGRAPHÆO DOMINICI TADDEI

MDCCCLXVI

Omne quod ad ritum Dei cœli pertinet, tribuatur diligenter in domo Dei cœli, ne forte irascatur.

1 Esdræ c. 7 v. 23.

RATIO OPERIS

Quum a Præsulibus meis jamdiu munus demandatum mihi sit conficiendi in annos singulos Kalendarium Observantis Provinciæ Bononiensis, experientia compertum habui, peritiam ad id necessariam non esse tam facilem acquisitu, uti prima fronte quispiam fortasse existimarit. Illa enim non modo haurienda est a Rubricis tum generalibus tum particularibus Breviarii et Missalis, necnon e Decretis sacræ Rituum Congregationis quæ octo plane tomis continentur, verum etiam oportet ut comparetur e magnis Liturgicorum operibus, quæ apud paucos reperias, quæque etiamsi præsto sint, vix otium plerisque suppetit illa evolvendi; ejusmodi quippe labor totum pene dixerim hominem distinet. Quapropter successoribus meis aliisque junioribus, quibus cura committatur Kalendaria cudendi in singulis Diœcesibus ac Religiosis Ordinibus, rem peræque gratam me facturum atque utilem censui, si modo omnia, quæ sparsim in præfatis libris vel necessaria vel etiam apprime opportuna traduntur, in unum redigerem volumen, ut nempe quisque in promptu habeat, unde commode enodare queat ac solvere dubia et difficultates, quæ ob varium et multiplicem Festorum occursum, concursum, translationem etc. in Kalendariis componendis passim sese objiciunt; quod Deo bene adjuvante præstiti. Porro quod eadem hæc ceteris Ecclesiasticis viris scitu valde utilia sunt, idcirco iis quoque præsens Opusculum spero non mediocriter esse profuturum.

Jam vero ordo, quem in Opusculo mihi servandum constitui, ille est, ut prius agatur de Cyclis. Cum enim ante omnia opus sit, ut Kalendarii Extensor didicerit diem Paschatis præsignare et cetera Festa mobilia et cujusvis anni Dominicas, e quibus tota fere oritur annui Kalendarii varietas, Cycli vero quum Festa illa inveniendo potissimum

inserviant; propterea ii merito statuuntur primo loco et explicantur. Deinde sermo erit de Festis, seu Officiis primariis Locorum, quæ nimirum in Kalendario universali certam sedem non obtinent, ceteroqui vero specialibus animadversionibus indigent. Postea eadem ferme de causa dicendum nobis est de Officiis ex consuetudine et Votivis. Dehinc sermo est instituendus de legibus seu regulis Concurrentiæ, et Occurrentiæ seu Translationis Festorum, ac de Commemorationibus, utpote quæ in Kalendario componendo, ceu admodum necessariæ atque usus frequentissimi præ oculis indesinenter habendæ sunt. Postremo mentio fiet de Officiis ac Missis addititiis, quæ interdum Officio et Missæ dici superadduntur; item de celebratione Officii et Missæ in alieno Loco seu Ecclesia; nec non de Collectis Missæ adjungendis. Ex hisce omnibus veluti prodromus conficitur ad subsequens Kalendarium Perpetuum; in quo nempe Mensibus singulis animadversiones quoque subjiciemus ad Festa mobilia, quæ quia Mensem sibi proprium haud habent, idcirco Mensibus illis adnectenda censuimus, in quos ut plurimum incidunt.

Præ Romano Kalendario annotandum suscepi alterum trium Ordinum S. P. Francisci, tum quia in hoc illud jam continetur, tum etiam quia in Franciscano casus quamplurimi deducuntur ad praxim, qui in Romano minime occurrunt; ac proinde præ illo visum est aptius, ut in exemplum proponeretur. Attamen in Romano nunquam indicare prætermisi sedem, ritum et qualitatem ipsius Festorum, ut nimirum quinam dies in tota Ecclesia impediti sint dignoscatur, et sicubi in ipsos Festum aliquod proprium vel particulare incidat, cuique pateat quodnam, inspectis Occurrentiæ legibus, præferendum sit.

Singulis Kalendarii perpetui diebus opportunum duxi Litteras Dominicales præponere, ut nempe ope Cycli earumdem illico contingat dies totius anni Dominicos pervidere.

Sæpe in medium affero Rubricas peculiares Breviarii trium Ordinum S. P. Francisci a S. Sede pro Nostratibus approbatas; sed id velim advertas, paucis exceptis suo loco adnotandis, cetera esse communia. Nihilominus fere semper illis adjiciendam curavi quorumdam magni nominis Liturgicorum auctoritatem.

Ut vero quæ passim hinc et inde colliguntur, illa veluti sub oculos habeantur, et prout fuerit opus, in promptu

adsint, præter Indicem Capitum et Adnotationum, ad calcem quoque reperietur Index rerum notabilium ordine alphabetico digestus, una cum Elencho Festorum Romani Kalendarii, quæ in Franciscano alia die celebrantur.

Id mihi declararunt nonnulli se cupere, ut in hac altera Editione tractationes quasdam, sparsim in Mensium corpus antea insertas, per titulos et capita distinctas adornarem, ne ipsi scilicet, ita ajebant, ad illas conquirendas sæpius Indicem adire cogerentur. At enim iis morem gerere nequaquam expedire visum est, propterea quod ratio illa incommodi vitandi non modo ad tractationes, quas mihi significarunt, pertinet, verum et ad plures alias; ideoque ex eorum placito, nedum immutandus titulus, sed opus ipsum ad aliam plane formam fuisset exigendum; huc accedit, quod aliqua capita brevia nimium et exilia necessario extitissent. At e converso arbitratus sum mei muneris plane esse, ut quoties res opportune caderet, aptam resolutionem adnecterem pluribus Quæstionibus, quas toto quadriennio, a prima nimirum ad hanc usque editionem interlapso, viri etiam præstantissimi mihi explicandas proposuerunt. Ad hæc, præter non pauca Decreta maxime novissima, plures adjeci animadversiones, tum ad vindicanda ab objectis vel ad illustranda aliquot sacræ Liturgiæ capita, tum vero etiam ad rationem mysticam afferendam, quare certis temporibus quædam ceu propria ac peculiaria in Divinis Officiis præscripta sunt. Tandem reformandam censui unam et alteram opinionem, cui ante adhæseram, levioris licet momenti; itemque ad operis calcem triplicem Tabellam subjeci, in quarum prima indicantur initia Antiphonarum et Versiculorum Dominicalium, in altera Orationum initia pro Dominicis post Epiphaniam et Pentecosten, in ultima designantur initia Librorum sacræ Scripturæ.

Illud mihi potissimum curæ fuit, ut nihil nisi certum vel gravioribus momentis innixum seligerem atque proferrem; ubicumque tamen a vero Rubricarum et Decretorum sensu forte aberraverim, supremo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ judicio me totum, uti par est, ex animo submitto.

Qualecumque porro sit Opusculum istud in rem vestram non exiguo labore concinnatum, vobis maxime, o juniores quorum munus est Kalendaria condere, obfero; vos vicissim industriam in eo impensam æqui bonique consulite.

APPROBATIO ORDINIS

PRIMÆ EDITIONI PRÆFIXA

FR. BERNARDINUS A MONTEFRANCO

REGULARIS OBSERVANTIÆ S. P. N. FRANCISCI, JAM S. THEOLOGIÆ LECTOR, PROVINCIÆ SERAPHICÆ EX-MINISTER, EX-CUSTOS TERRÆ SANCTÆ ETC., TOTIUS ORDINIS MINORUM MINISTER GENERALIS, COMMISSARIUS, VISITATOR, REFORMATOR APOSTOLICUS, HUMILISQUE IN DOMINO SERVUS.

DECRETUM

Cum juxta Apostolicas Ordinisque Nostri Constitutiones, duo idonei Patres a Nobis deputati Opus, cui titulus = Kalendarium Perpetuum, seu Promptuarium etc. a Reverendo P. Aloysio Maria a Carpo Nostræ Almæ Observantis Provinciæ Bononiensis Filio ac ex Definitore exaratum = examinaverint, et probaverint, ac edi posse censuerint; Nos, præsentium vigore litterarum, Auctori facultatem impertimur, ut servatis cæteroquin servandis, illud prælo, cum salutaris obedientiæ merito, committere possit et valeat.

Datum Romæ ex Aracœli, die 27 Julii 1861.

Fr. BERNARDINUS MIN. GENERALIS

L. ✠ S.

Fr. ALEXANDER a Crechio
SECR. GENERALIS ORDINIS

CAPUT I.

DE CYCLIS AD KALENDARIUM SPECTANTIBUS
DE FESTIS MOBILIBUS
DE QUATUOR ANNI TEMPORIBUS
AC DE TEMPORE QUO PROHIBETUR SOLEMNITAS NUPTIARUM

---

1. Cycli ad Kalendarium spectantes sunt sex. I. Aurei numeri. II. Epactarum. III. Solaris et Litterarum Dominicalium. IV. Indictionis Romanæ. V. Litterarum Martyrologii. VI. Anni Bissextilis.

De Cyclo decennovennali Aurei numeri

2. Cyclus decennovennalis Aurei numeri est revolutio numeri 19 annorum ab 1 usque ad 19, qua revolutione peracta, iterum ad unitatem reditur. Verbi gratia. Anno 1577 numerus Cycli decennovennalis, qui dicitur Aureus, est 1, anno sequenti 1578 est 2, et ita deinceps insequentibus annis, uno semper amplius usque ad 19, qui Aureus numerus cadit in annum 1595; post quem iterum ad unitatem est redeundum, ita ut anno 1596 Aureus numerus sit rursus 1, et anno 1597 sit 2, etc. Iste porro Cyclus vocatur *Aureus numerus*, quia ab initio propter ingeniosam ejus inventionem characteribus aureis publice descriptus fuit.

3. Modus autem cognoscendi Aureum numerum cujuslibet anni Domini est sequens. Numero anni, quem inquiris, sive Gregoriana correctione (facta anno 1582) posterior, sive anterior sit, adde 1. Summam inde conflatam divide per 19. Qui ex hac divisione superest, erit Aureus nume-

rus illius anni: si nihil supersit, erit Aureus numerus 19. Exempli gratia. Anno 1558 adde 1. Summam 1559 divide per 19. Qui ex hac divisione reliquus est, nempe 1 (nam numerus quotiens in hac inquisitione negligitur), erit Aureus numerus anni 1558. Similiter anno 1804 adde 1. Summam 1805 partire per 19. Cum, divisione confecta, nihil supersit, Aureus numerus anni 1804 erit 19. *Ex nostro Franc. Brev.*

De Epactis

4. Epacta nihil aliud est, quam numerus dierum, quibus annus Solaris communis dierum 365 annum communem Lunarem dierum 354 superat; ita ut Epacta primi anni sit 11, cum hoc numero annus Solaris communis Lunarem annum communem excedat; atque adeo sequenti anno Novilunia contingant 11 diebus antea, quam anno primo. Ex quo fit, ut Epacta secundi anni sit 22, cum eo anno rursum annus Solaris Lunarem annum superet 11 diebus, qui additi ad 11 dies primi anni, efficiunt 22 (proinde, finito hoc anno, Novilunia contingunt 22 diebus prius, quam anno primo): Epacta autem tertii anni sit 3, quia si rursus 11 dies ad 22 adjiciantur, efficitur numerus 33, a quo si rejiciantur 30 dies, qui unam Lunationem Embolismicam constituunt, supererunt 3; atque ita deinceps. Progrediuntur enim Epactæ omnes per continuum augmentum 11 dierum, abjectis tamen 30, quando rejici possunt. Solum advertendum est, quod quando incidit Aureus numerus 19, Epactæ illius anni adduntur 12. Anno tamen 1899 adduntur 11 dumtaxat; et sic in raro alio casu simili, qui agnoscetur ex dicendis numero sequenti.

5. Modus autem comperiendi Epactam cujusvis anni Domini hic est. I. Aureus numerus illius anni per 11 multiplicetur. II. Productum dividatur per 30. Divisionis hujus residuum (nam quotiens in hac inquisitione omittitur), aut, si divisio fieri non possit (eo quod productum sit minus numero 30), productum ipsum erit Epacta anni propositi; si sermo sit quidem de anno, qui Gregorianam correctionem præcesserit, anno 1582 peractam, aut de anno ipso 1582 usque ad mensem Octobrem. At si Epacta quæratur aut anni ejusdem 1582 ab Idibus Octobris (de-

tractis prius 10 diebus) usque ad ipsius finem, aut alicujus ex annis inde sequentibus; tunc III. ex dicto residuo, vel producto (ut supra), scilicet ex Epacta veteri, subtrahantur 10 a dicta correctione usque ad annum 1699; rursum 11 ab anno 1700 ad 1899; 12 ab anno 1900 ad 2199; 13 ab anno 2200 ad 2299; 14 ab anno 2300 ad 2399; 13 ab anno 2400 ad 2499; 14 ab anno 2500 ad 2599; 15 ab anno 2600 ad 2899; 16 ab anno 2900 ad 3099; 17 ab anno 3100 ad 3399; anno porro 3400 subtrahantur 18, juxta Tabellam Æquationis apud P. Meratum (*To.* 2 *in Prænot. Regula* 4). Quod si Epacta vetus sit minor numero ex ipsa subtrahendo, Epactæ eidem addantur 30; atque ex hac summa subtractio prædicta fiat. Hujus porro subtractionis residuum erit Epacta quæsita: proinde si residuum sit 0, Epacta erit 0, seu *. Exemplum. Aureus numerus anni 1578 est 2. Hic multiplicatus per 11 dat 22; qui numerus est minor 30. Igitur ipsemet 22 erit Epacta illius anni. Quod si quæratur Epacta anni 1791; Aureum ipsius numerum 6 duc in 11. Productum 66 divide per 30. Divisionis hujus residuum 6 erit Epacta vetus; Epacta nimirum esset anni 1791, nisi facta fuisset Gregoriana correctio. Nunc vero ex veteri illa Epacta 6, additis ei 30 (quia illa minor est 11), demendus est numerus 11. Ex qua subtractione cum remaneant vigintiquinque; hæc erit Epacta anni 1791. Cumque Epacta ista in Kalendario Breviarii et in sequenti Tabella Paschali charactere duplici scripta inveniatur, Epacta anni illius 1791 erit XXV, scripta videlicet charactere Romano, quia supradictus Aureus numerus ejusdem anni est minor, quam 12. Quod si propositus sit annus eamdem habens Epactam vigintiquinque, simulque Aureum numerum vel æqualem vel majorem 12; accipietur tunc Epacta 25, scripta nimirum arabico consueto charactere. Et hoc bene advertendum est, ne erretur in eligenda die Paschatis, ut alicubi evenit anno 1734. *Ex nostro Franciscano Breviario.*

De Cyclo Solari

6. Cyclus Solaris seu Litterarum Dominicalium est revolutio numeri 28 annorum ab uno usque ad 28, qua revo-

lutione peracta, iterum ad unitatem reditur; propterea quod Litteræ Dominicales post annos 28 eodem ordine redeunt. Iste porro Cyclus vocatur *Solaris*, non quia Solem, sed Dominicam respicit, quæ appellatur etiam dies Solis.

7. Modus autem cognoscendi Cyclum Solarem cujuslibet anni Domini est sequens. Numero anni, de quo quæris, adde 9. Summam inde conflatam divide per 28. Quod ex hac divisione superest, erit Cyclus Solaris illius anni: si nihil extet, Cyclus Solaris erit 28. Exemplum. Anno 1854 adde 9. Summam 1863 divide per 28. Quod ex hac divisione superest, nempe 15 (nam numerus quotiens in hac inquisitione negligitur), fuit Cyclus Solaris anni 1854. Similiter anno 1867 adde 9. Summam 1876 partire per 28. Cum, divisione confecta, nihil est reliquum, Cyclus Solaris anni 1867, erit 28.

De Litteris Dominicalibus

8. Septem primæ litteræ Alphabeti, nempe A, B, C, D, E, F, G, positæ sunt in Kalendario ad denotandos dies Dominicos totius anni. Ipsæ ita sunt dispositæ ut littera A respondeat Kalendis seu primæ diei Januarii; B, secundæ diei; C, tertiæ diei; D, quartæ diei; E, quintæ diei; F, sextæ diei; G, septimæ diei; et iterum eodem ordine littera A, octavæ diei; B, nonæ diei; et sic deinceps per cæteros dies totius anni. Ut autem non adsit interruptio in anno Bissextili, littera F, quæ respondet diei 24 Februarii, repetitur denuo eo anno die 25 sequenti; et hoc modo omnes litteræ quolibet anno inveniuntur semper in propriis sedibus; Dominicæ tamen post diem intercalarem indicantur per aliam litteram Dominicalem. Verbi gratia, si in principio anni Bissextilis littera Dominicalis est A, ipsa post diem intercalarem erit G (hæ enim litteræ circumeunt ordine retrogrado), et hæc inserviet per residuum anni. Hinc I° quum annus communis constet 365 diebus, idest 52 Hebdomadis et uno die, fit ut, si ex. gr. principium anni occurrat in Dominica, annus proxime sequens occurret in Sabbato, et subsequens in Feria VI etc.; ac proinde si littera A est littera Dominicalis præsentis anni, G erit littera Dominicalis anni sequentis, F anni subsequentis etc. II° Sicut annus Bissextilis constat 366 diebus, idest 52

Hebdomadis et duobus diebus; ita principium anni subsequentis Bissextili retrocedit per duos dies; ita ut si in principio anni Bissextilis littera Dominicalis fuit A, littera Dominicalis sequentis anni futura sit F.

9. Modus porro cognoscendi litteram Dominicalem cujuslibet anni Domini est sequens. I. Annus propositus dividatur per 4: numerus 1, 2 vel 3, ex hac divisione residuus, alium usum non habet, nisi ut indicet annum propositum esse primum, secundum vel tertium post Bissextum; quod si nihil ex divisione supersit, annus propositus erit Bissextus, nisi sit ex centenis exceptis, ut infra n. 14. II. Prædictæ divisionis quotienti addatur numerus anni propositi. III. Huic summæ addantur insuper 5, si annus ille Gregoriana correctione anterior sit. Contra autem, si sit posterior, ex summa eadem demantur 5 a correctione usque ad annum 1699; rursum 6 ab anno 1700 ad 1799; 7 ab anno 1800 ad 1899; 8 ab anno 1900 ad 2099; 9 ab anno 2100 ad 2199; 10 ab anno 2200 ad 2299; 11 ab anno 2300 ad 2499; 12 ab anno 2500 ad 2599; 13 ab anno 2600 ad 2699; 14 ab anno 2700 ad 2899; 15 ab anno 2900 ad 2999; 16 ab anno 3000 ad 3099; 17 ab anno 3100 ad 3299; 18 ab anno 3300 ad 3399; anno porro 3400 demantur 19, ut apud P. Meratum in Tabella Æquationis supra citata. IV. Numerus, qui ex additione numeri 5, vel ex subtractione (juxta dicta in præc. n. III) emergit, dividatur per 7. Hujus divisionis residuum (quotiente neglecto) indicabit litteram Dominicalem in sequenti Tabella. Si vero, divisione facta, nihil superest, ipsemet divisor 7 eam litteram monstrabit in hac Tabella

G,	F,	E,	D,	C,	B,	A
1,	2,	3,	4,	5,	6,	7

Quod si ex prima divisione compertum fuerit juxta dicta sub n. I, annum propositum esse Bissextum; tunc præter litteram, cui in hac Tabella subest numerus ille residuus, vel divisor 7 (ut dictum est n. IV), accipienda est quoque littera altera, quæ illam proxime in Tabella præcedit. Atque hæc diem Dominicum indicabit a Januario ad diem

usque 25 Februarii inclusive. Illa autem prior indicabit Dominicam a die 26 Februarii usque ad finem anni. Exemplum. Annum 1226 (quo obiit, teste S. Bonaventura, S. P. Franciscus) divide per 4. Residuum 2 ostendit, eum annum fuisse secundum post Bissextum. Quotienti autem numero 306 adde 1226; et, cum hic annus correctionem præcesserit, adde insuper 5. Summam 1537 divide per 7. Divisionis residuum 4 indigitabit in supra posita Tabella litteram ejus anni Dominicalem D. Quæ cum in Kalendario adscripta sit diei 4 Octobris, sequitur S. Patriarcham ad superos evolasse *die Sabbati in sero*, ut ait idem Doctor Seraphicus, hoc est, die Dominico ineunte. Quod si sit propositus annus 1788, hoc diviso per 4, nihil superest; id nempe indigitat illum fuisse Bissextum. Quotiens autem divisionis est numerus 447; cui adde 1788; et ex summa 2235 subtrahe 6. Numerum vero 2229, qui ex hac subtractione relinquitur, divide per 7. Hujus divisionis residuum 3 indicabit in superiori Tabella litteram illius anni Dominicalem E. Sed quia annus idem 1788 est Bissextilis, ut dictum est; sumenda est etiam præcedens littera F, quæ monstrabit eo anno Dominicam a Januario ad 25 Februarii; littera autem E, a die 26 Februarii usque ad anni exitum. *Ex nostro Franciscano Breviario.*

De Indictione Romana

10. Indictio Romana est revolutio 15 annorum ab uno usque ad 15, qua revolutione expleta, rursum ad unitatem reditur; initiumque sumit quilibet annus hujus Cycli a Januario in Bullis Pontificiis.

11. Modus cognoscendi Indictionem Romanam cujusvis anni Domini est sequens. Anno proposito addantur 3, et summa dividatur per 15. Numerus enim ex divisione relictus (quotiente omisso) ostendet Indictionem quæsitam. Quod si ex divisione nihil supersit, Indictio erit 15. Exemplum. Anno 1112 adde 3, Summam 1115 divide per 15. Numerus 5, qui ex hac divisione relinquitur, erit Indictio anni 1112. Item si anno 1797 addas 3, et numerum inde conflatum, nempe 1800, dividas per 15, nihil supererit; Indictio ergo anni 1797 est 15.

De Litteris Martyrologii

12. Litteræ Martyrologii, quæ ordinatim supra Sanctorum historias sunt dispositæ, indicant singulis diebus anni, quota Luna sit pronuntianda, suntque numero 30, quot nimirum sunt Epactæ, ex quibus Cyclus Epactarum conficitur; quarum hæc est significatio: Littera *a* significat Epactam 1; *b*, Epactam 2; *c*, Epactam 3; *d*, Epactam 4; et sic reliquæ litteræ alias Epactas designant. Ultima tamen Epacta non est signata numero arithmetico, sed hac nota *, cui respondet littera P majuscula. Substituuntur autem hujusmodi triginta litteræ in locum 30 numerorum Epactarum, secundum antiquam Ecclesiæ consuetudinem, quæ loco Aureorum numerorum litteras usurpabat, ne forte in Luna pronuntianda fiat error et confusio inter numeros Cycli Epactarum, et numeros designantes quot dies habet Luna. *Ex Martyrologio Romano.*

13. Modus vero cognoscendi Litteram Martyrologii quovis anno Domini est sequens. Inventus numerus Epactarum anni propositi (juxta superius dicta n. 5) quæratur in Tabella sequenti, et super eumdem numerum Epactarum apparebit Littera Martyrologii anni propositi. Exemplum. Anno 1732 constat Epactam fuisse 3, super quem numerum in Tabella sita est Littera minuscula *c*, quæ fuit Littera Martyrologii anni 1732. Item anno 1734 Epacta fuit 25 rubra seu scripta charactere Romano, quia Aureus numerus ejusdem anni est minor quam 12 (vide supra n. 5): ergo Littera F majuscula rubra seu scripta charactere rotundo fuit Littera Martyrologii anni 1734, quæ singulis diebus ejusdem anni indicavit varium Lunæ cursum.

TABELLA LITTERARUM MARTYROLOGII
RESPONDENTIUM NUMERIS EPACTARUM

Litt. Mart.	a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q
Epactæ	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15
Litt. Mart.	r	s	t	u	A	B	C	D	E	F	*F*	G	H	M	N P
Epactæ	16	17	18	19	20	21	22	23	24	xxv	25	26	27	28	29 *

De Anno Intercalari seu Bissextili

14. Annus habet dies 365 et fere sex horas; tanto enim tempore Sol Zodiacum lustrat. Quoniam vero illæ sex horæ quolibet quadriennio integrum diem componunt, idcirco quartus quisque annus Intercalaris, Bissextus vel Bissextilis dicitur, in eoque additur dies una mensi Februario: quare Februarius qui ferme non constat nisi diebus 28, in Bissextili obtinet dies 29. Sed quia illæ sex horæ integræ non sunt, deficiunt enim minuta undecim, ac nihilominus horæ illæ diu pro integris supputatæ sunt, factum est, ut minuta, quæ ultra debitum annis singulis tribuebantur, tractu temporis ita excreverint, ut invicem juncta constituerint dies decem, qui nempe dies extiterunt causa cur Æquinoctium vernum, quod ad XII Kalendas Aprilis a Concilio Nicæno fuerat constitutum, jam a Concilio Nicæno decem circiter diebus a sua sede præcedendo recessisset. Huic malo occurrens Gregorius XIII statuit, ut iidem decem dies de mense Octobris anni 1582 eximerentur, ita ut post quartam diem S. P. Francisco sacram, sequens dies non esset quinta, sed decimaquinta Octobris. Quoniam vero memorata undecim minuta, quæ singulis annis deficiunt ad complementum sex horarum, spatio annorum 131 faciunt summam integri diei et unius minuti, et tractu annorum 400 efformant tres dies, unam horam et minuta 20, propterea ut præfatus error in posterum vitaretur, ac ne rediret annorum confusio, jussit idem Gregorius, Bissextum quarto quoque anno (uti mos est) continuari præterquam in centesimis annis, qui quamvis Bissextiles antea semper fuerint, qualem etiam esse voluit annum 1600 anno correctionis proximum, post eum tamen, qui deinceps consequentur, statuit centesimos non omnes Bissextiles esse, sed in quadringentis quibusque annis priores tres centesimos sine Bissexto transigi, quartum vero quemque centesimum esse Bissextilem, hoc ordine intermittendi, intercalandique Bissextum diem in quadringentis quibusque annis in perpetuum servando. *Caval. to.* 1 *c.* 10 *d.* 1 *n.* 1 *et* 2.

15. Modus porro cognoscendi Annum Bissextilem hic

est. Quoties numerus decadis Millesimi anni propositi divisus per medium est par, toties annus est Bissextilis, non autem si sit impar. Verbi gratia, si quæris utrum annus 1860 sit Bissextus, divide decadem Millesimi, nempe 60, per medium, et habebis 30, qui cum sit numerus par significat annum 1860 esse Bissextilem. Item annus 1906, divide 06 per medium, et dabit 3, qui cum sit numerus impar evincit annum 1906 non fore Bissextilem. Similiter annus 1925, partire 25 per medium et habebis 12 cum segmine, qui cum non sit numerus simpliciter par, demonstrat annum 1925 non fore Bissextilem. Idem fit in annis centesimis, si numerus dividendus petatur a numero sæculorum, quæ continet annus centesimus. Exempli gratia, Annus 1800 dat sæcula 18, quorum numerus per medium divisus reddit 9, qui cum sit numerus impar declarat annum 1800 non esse Bissextilem. Contra annus 2000, qui continet sæcula 20, erit Bissextilis, quia 20 per medium divisus dat 10, qui est numerus par. *Cavalerius tomo* 1 *cap.* 10 *d.* 1 *n.* 9.

De Festis Mobilibus

16. Quoniam ex Decreto sacri Concilii Nicæni Pascha, ex quo reliqua Festa mobilia pendent, celebrari debet die Dominico, qui proxime succedit XIV Lunæ primi Mensis (ille apud Hebræos vocatur primus Mensis, cujus XIV Luna vel cadit in diem verni Æquinoctii, scilicet 21 Martii, vel propius illum diem sequitur); efficitur, ut si Epacta cujusvis anni inveniatur, et ab ea in Kalendario (quod præmissum est Breviario Romano) notata inter diem octavum Martii inclusive, et quintum Aprilis inclusive (hujus enim Epactæ XIV Luna cadit vel in diem Æquinoctii verni, idest in diem 21 Martii, vel eum propius sequitur) numerentur deorsum dies quatuordecim, proximus dies Dominicus diem hunc XIV sequens (ne cum Judæis conveniamus, si forte dies XIV Lunæ caderet in diem Dominicum) sit dies Paschæ. Exemplum. Anno 1798 Epacta est XII, et littera Dominicalis G. Et quoniam invenimus, Epactam XII inter diem 8 Martii et 5 Aprilis inclusive, positam esse e regione diei 19 Martii;

si ab hac die inclusive deorsum numerentur 14 dies inveniemus XIV Lunam die 1 Aprilis, quæ est Dominica, propterea quod e regione illius sit littera Dominicalis G. Ne igitur cum Judæis conveniamus, qui Pascha celebrant die XIV Lunæ, sumenda est littera Dominicalis G, quæ sequitur XIV Lunam, quæque e regione diei 8 Aprilis collocatur; atque eo anno Pascha celebrandum fuit die 8 Aprilis. Item anno 1792 Epacta fuit VI, et duplex littera Dominicalis A, G, cum annus ille fuerit Bissextilis. Si igitur ab Epacta VI, quæ e regione diei 25 Martii ponitur inter diem 8 Martii et 5 Aprilis, inclusive numerentur dies 14, incidit XIV Luna in diem 7 Aprilis. Et quia tunc occurrit posterior littera Dominicalis, nempe G, quæ post diem 7 Aprilis, idest post XIV Lunam, collocata est e regione sequentis diei 8 Aprilis, celebrari pariter eo anno oportuit Pascha die 8 Aprilis.

17. Ceterum quo facilius omnia Festa mobilia inveniantur, composita est sequens Tabella Paschalis. In latere sinistro Tabellæ accipiatur Epacta currens (inventa uti supra innuimus n. 5), et in linea litterarum Dominicalium sumatur littera Dominicalis currens (inventa pariter modo explicato n. 9), infra tamen Epactam currentem, ita ut si littera Dominicalis reperiatur ex adverso Epactæ, assumenda sit eadem littera Dominicalis proxime inferior. Nam e regione hujus litteræ Dominicalis omnia Festa mobilia continentur. Exemplum. Pro anno 1786 Epacta est *, et littera Dominicalis A. Si igitur in Tabella sumatur littera Dominicalis A, quæ primo infra Epactam * occurrit, reperietur e regione hujus litteræ Dominica Septuagesimæ die 12 Febr., dies Cinerum 1 Mart., Pascha 16 Apr., Ascensio 25 Maji, Pentecostes 4 Jun. et Festum Corporis Christi 15 Junii. Dominicæ autem inter Pentecosten et Adventum eo anno fuerunt 25, et Adventus incidit in diem 3 Decembris. Et sic de ceteris. Item pro anno 1798 Epacta est XII, et littera Dominicalis G, quæ in Tabella reperitur ex adverso Epactæ XII. Quare sumenda est alia littera G quæ proxime infra Epactam invenitur, e cujus regione comperis Septuagesimam die 4 Febr., diem Cinerum 21 Febr., Pascha 8 Apr., etc. Notandum porro est, quod quemadmodum in anno communi, cadente littera Dominicali e re-

gione Epactæ in dicta Tabella, sumitur eadem littera proxima infra Epactam, ut diximus, ita quoque in anno Bissextili, si alterutra duarum litterarum Dominicalium tunc currentium, ex adverso Epactæ reperiatur, sumendæ sunt aliæ duæ similes litteræ proxime inferiores, ut Festa mobilia inveniantur. Sed in annis Bissextilibus inquirenda sunt omnia Festa mobilia per litteram Dominicalem posteriorem, quæ nimirum currit post festum S. Mathiæ Apostoli; ne scilicet ambigamus, utra duarum litterarum pro hoc aut illo Festo indagando accipienda sit; ita tamen, ut Septuagesimæ et diei Cinerum, inventæ in Januario aut Februario, addatur unus dies. Quod ideo fit, quia ante diem S. Mathiæ currit prior littera Dominicalis, quæ in Kalendario posteriorem semper sequitur; post festum autem S. Mathiæ in Februario, licet posterior littera currat, additur tamen tunc dies intercalaris, ita ut dies 24 Februarii dicatur 25, et dies 25 dicatur 26, etc. Quod si dies Cinerum cadat in Martium, nihil addendum est; quia tunc et littera posterior currit et dies Mensis propriis numeris respondent, cum dies intercalaris Februario sit additus. Imo nisi per posteriorem litteram investigarentur Festa mobilia, haud posset recte statui Septuagesima in anno Bissextili, currente Epacta XXIV vel XXV, et littera Dominicali D, C; ut in secundo ac tertio exemplo perspicuum fiet pro annis 4088 et 3784. Exempli gratia. Anno 2096 Bissextili Epacta erit V, et litteræ Dominicales A, G. Jam vero si per posteriorem litteram, quæ est G, Festa mobilia investigentur, reperietur Septuagesima die 11 Februarii. Si autem addatur unus dies, cadet Septuagesima in diem 12 Febr. quæ est Dominica, et dies Cinerum in diem 29 Febr. quæ est Feria IV. Pascha autem et reliqua Festa in eos dies cadent, qui in Tabella expressi sunt. Item anno 4088 Bissextili Epacta erit XXIV, et litteræ Dominicales D, C. Quare si per litteram C, quæ posterior est, inquirantur Festa mobilia, invenietur Septuagesima die 21 Febr., et si addatur unus dies, cadet in diem 22 Febr. quæ est Dominica. Dies autem Cinerum incidet in diem 10 Martii; itaque nihil additur, etc. Rursus anno 3784 Bissextili Epacta erit XXV, et litteræ Dominicales D, C. Ergo iterum per posteriorem C reperietur Septuagesima die 21

Februarii, idest addito 1, die 22. Quod si per priorem litteram D in utroque hoc anno agendum esset, nihil efficeretur; cum infra Epactas XXIV et XXV littera D indicet Septuagesimam die 15 Februarii; quod falsum est, cum eo anno posterior littera C Pascha offerat die 25 Aprilis, ac proinde Septuagesima die 22 Februarii celebranda sit, ut liquido constat, si a die Paschæ retro numerentur Dominicæ usque ad Septuagesimam. — Quando currit Epacta vigesimaquinta, an eligenda sit illa, quæ charactere Romano XXV notata est, vel alia designata charactere arabico 25, vide suprà n. 5 in fine.

18. In Tabella Epactis ad sinistram præposuimus Aureos numeros eodem ordine, quo ante emendationem Kalendarii collocari solebant, ut ex iis Festa mobilia invenirentur. Hoc autem idcirco a nobis factum est, ut Pascha, ceteraque Festa mobilia a Concilio Nicæno usque ad annum 1582 quisque investigare possit. Eodem prorsus artificio ex Aureis numeris ita distributis Festa mobilia eruuntur, quo ex Epactis. Sit enim explorandum, exempli causa, quandonam Festa hæc celebrata fuerint anno 1450. Quoniam eo anno Aureus numerus fuit 7, et littera Dominicalis D; si Aureus numerus 7 in sinistro latere accipiatur, et prima littera infra eum occurrens; reperietur e regione hujus litteræ D Septuagesima die 1 Febr., dies Cinerum 18 Febr., Pascha die 5 Aprilis, etc.

19. Adventus Domini celebratur semper die Dominico, qui propinquior est Festo S. Andreæ Apostoli, nempe a die 27 Novembris inclusive usque ad diem 3 Decembris pariter inclusive, ita ut littera Dominicalis currens, quæ reperitur in Kalendario a die 27 Novembris usque ad diem 3 Decembris, indicet Dominicam Adventus. Sic verbi gratia, si littera Dominicalis est G, Dominica Adventus cadet in diem 2 Decembris; quia ibi est littera G in Kalendario, etc.

TABELLA PASCHALIS

AUR. NUM.		CYCL. EPAC.	LIT. DOM.	SEPTUAGESIMA	DIES CINER.	PASCH. RESUR.	ASCENS. DOM.	PENTECOSTES	CORP. DOM.	DOM. P. PENT.	DOM. I. ADV.
16		23	—	Jan.	Feb.	Mar.	Apr.	Maj.	Maj.	—	—
5		22	d	18	4	22	30	10	21	28	29 Nov.
		21	e	19	5	23	1 Maj.	11	22	28	30
13		20	f	20	6	24	2	12	23	28	1 Dec.
2		19	g	21	7	25	3	13	24	28	2
		18	A	22	8	26	4	14	25	28	3
10		17	b	23	9	27	5	15	26	27	27 Nov.
		16	c	24	10	28	6	16	27	27	28
18		15	d	25	11	29	7	17	28	27	29
7		14	e	26	12	30	8	18	29	27	30
		13	f	27	13	31	9	19	30	27	1 Dec.
15		12	g	28	14	1 Ap.	10	20	31	27	2
4		11	A	29	15	2	11	21	1 Ju.	27	3
		10	b	30	16	3	12	22	2	26	27 Nov.
12		9	c	31	17	4	13	23	3	26	28
1		8	d	1 F.	18	5	14	24	4	26	29
		7	e	2	19	6	15	25	5	26	30
9		6	f	3	20	7	16	26	6	26	1 Dec.
		5	g	4	21	8	17	27	7	26	2
17		4	A	5	22	9	18	28	8	26	3
6		3	b	6	23	10	19	29	9	25	27 Nov.
		2	c	7	24	11	20	30	10	25	28
14		1	d	8	25	12	21	31	11	25	29
3		*	e	9	26	13	22	1 Ju.	12	25	30
		29	f	10	27	14	23	2	13	25	1 Dec.
11		28	g	11	28	15	24	3	14	25	2
		27	A	12	1 M.	16	25	4	15	25	3
19	25	26	b	13	2	17	26	5	16	24	27 Nov.
8	xxv	24	c	14	3	18	27	6	17	24	28
			d	15	4	19	28	7	18	24	29
			e	16	5	20	29	8	19	24	30
			f	17	6	21	30	9	20	24	1 Dec.
			g	18	7	22	31	10	21	24	2
			A	19	8	23	1 Jun.	11	22	24	3
			b	20	9	24	2	12	23	23	27 Nov.
			c	21	10	25	3	13	24	23	28

De quatuor Anni Temporibus

20. Quatuor Anni Tempora celebrantur quarta et se Feria ac Sabbato post tertiam Dominicam Adventus, p primam Dominicam Quadragesimæ, post Dominicam P tecostes, post Festum Exaltationis S. Crucis. *Ex Bı Romano.*

Nuptiæ quando nequeant celebrari juxta Decretum Conc. Tridentini

21. A Dominica prima Adventus usque ad diem E phaniæ, et a Feria IV Cinerum usque ad Octavam schæ inclusive, sancta Synodus solemnitatem Nuptiar prohibet. In aliis vero temporibus Nuptias solemniter lebrari permittit. *Ex Brev. Romano.*

CAPUT II.

DE PRIMARIIS FESTIS LOCORUM

1. Primaria Festa Locorum sunt Festa Dedicationis et Tituli Ecclesiæ ac Patroni.

De Dedicatione Ecclesiæ in ipsa die Consecrationis

2. Pridie dedicationis Ecclesiæ celebrandæ sunt Vigiliæ (per totam noctem) ante Reliquias in Altari consacrando includendas (nequit enim sejungi Consecratio Ecclesiæ a Consecratione Altaris. *S. R. C.* 24 *Maj.* 1844 *in una Oppiden. et* 12 *Aug.* 1854 *in Fesulan.*), et canendi (seu recitandi) sunt Nocturni, Matutinæ Laudes, Hymni et Cantica de Communi Sanctorum quorum sunt Reliquiæ, cum Oratione de Communi sine nomine expresso, quum non sint partes Officii diei. *S. R. C.* 23 *Maj.* 1835 *in Gratianopolitana, et* 14 *Jun.* 1845 *in Cenomanen.*

3. Officium Dedicationis inchoandum non est a 1 Vesperis pridie Consecrationis, sed Consecratione peracta ab hora minori Tertia, illudque debito ritu per sequentem Octavam prosequendum erit, sed a Clero dumtaxat illi Ecclesiæ addicto, eo modo qui infra n. 17 explicabitur. Quare Vesperæ pridie Consecrationis, Matutinum, Laudes et Prima Consecrationem præcedentes recitandæ erunt de Feria vel de Sancto prout indictum fuerit in Kalendario. *S. R. C.* 19 *Jul.* 1780 *in Mechlinien.*, 23 *Maj.* 1835 *in Gratianopolitana,* 7 *Dec.* 1844 *in Cenomanen. et Gardellini sub n.* 4593. Verum si Dedicatio occurrat in diem impeditam, ejus Officium transferendum est ad primam diem liberam juxta Rubricas, et hac die inchoandum a primis Vesperis, quia tunc celebratur Consecratione peracta.

4. Priusquam Ecclesia consecretur, nequeunt in ipsa Missæ celebrari, quum ante Consecrationem debeant omni supellectili ejus Altaria expoliari; propterea ubi nulla alia

est Ecclesia vel Cappella idonea, Sacerdotes celebrent post Consecrationem; sin minus ea die se abstineant a celebrando, et populus (si dies sit festivus in Foro) audiat Sacrum ab Episcopo decantandum. *S. R. C.* 19 *Jul.* 1780 *in Mechlinien.* Peracta autem Consecratione celebranda est (ex præscripto Pontificalis Rom.) Missa solemnis vel ab ipso Episcopo consecratore, vel ab alio Sacerdote, ut in Missali ipsa die Dedicationis Ecclesiæ cum commemorationibus occurrentibus, quæ locum habent in Festis dup. 1 classis, sed sine commemoratione Officii, de quo Matutinum est recitatum, quod eo ipso cessat et omittitur. Quod si Consecratio fiat in die, quo Officium Dedicationis transferri debeat, ut n. præcedenti dictum est, Missa tamen solemnis erit de Dedicatione, nisi sit dies, quo Missa de Officio transferendo cani nequeat; hoc tamen in casu addi posse videtur Collecta (sub unica conclusione) de ipsa Dedicatione in Missa solemni diei, quæ tunc erit celebranda. *Meratus sect.* 8 *c.* 5 *n.* 18.

5. Advertendum est quod si Ecclesia ab extra undique circumiri nequeat, ob adnexas fabricas vel alia impedimenta, sufficit ut id fiat per illas partes, in quibus patet aditus. *S. R. C.* 30 *Sept.* 1596 *in Savonen. et* 19 *Sept.* 1665 *in una Urbis.* Item duodecim Cruces, quæ in dedicatione Ecclesiæ pinguntur in parietibus vel inciduntur in marmore et ab Episcopo sacro Chrismate liniuntur, omnino perpetuo remanere debent in testimonium consecrationis Ecclesiæ. *S. R. C.* 18 *Febr.* 1696 *in Januen.*

De Anniversario Dedicationis Ecclesiæ

6. In Festo Dedicationis Ecclesiæ celebrandum est Officium de Dedicatione sub ritu duplici 1 classis cum Octava, sed a Clero dumtaxat illi Ecclesiæ addicto, eo modo qui infra n. 17 explicabitur, nisi sit Cathedralis vel quasi Cathedralis, aut Indultum extensionis habeatur. Dies autem, quo præfatum Dedicationis Festum debet celebrari, est ille, quo Consecratio peracta fuit, nisi sit impeditus alio Officio juxta occurrentiæ regulas, vel Episcopus in actu Consecrationis alium diem assignaverit. *S. R. C.* 21 *Jan.*

1679 *in Collen. ad* 2. In priori casu transferendum erit juxta Rubricas, in posteriori autem fiet die assignata. Advertendum nihilominus est nullum Officium ab Episcopo adsignari posse in Dominica. *Vide infra c. 4 n. 7 in fine.* Verum si dies peractæ Consecrationis incerta sit, potest Episcopus, quamvis extra actum Consecrationis, assignare aliquam diem certam et non amplius variandam, excepto casu quo postea ex authenticis documentis certa hauriatur notitia de vera Consecrationis die, quia tunc in ista erit utique agendum Dedicationis Festum. *S. R. C.* 13 *Mart.* 1649 *in Januen. et* 3 *Mart.* 1674 *in Andegaven.* Si vero sit dubium an Ecclesia fuerit consecrata, tunc celebrari nequit Festum Dedicationis, nisi immemorabilis adsit consuetudo istud celebrandi, unde præsumptio oriatur illam fuisse consecratam. *S. R. C.* 18 *Aug.* 1629 *in Alexandrina,* 22 *April.* 1780 *in una Ord. S. Bened. Congreg. Vallisoletanæ, et Gardellini sub n.* 4409. Item neque celebrari potest Anniversarium Dedicationis Ecclesiæ destructæ, vel exeeratæ seu quæ perpetuo, loci sacri qualitate amissa, in profanum usum conversa fuerit. *S. R. C.* 2 *Jan.* 1685 *in una Hollandiæ,* 15 *Sept.* 1815 *in una nullius Balneariæ, et Gardellini sub n.* 4437.

7. Quod vero spectat ad Oratoria seu Cappellas publicas, quum ipsa ferme non consecrentur, sed tantum benedicantur, nihil ibi fieri potest de Dedicatione. Si vero consecrata fuerint, tunc de ipsa Consecratione seu Dedicatione fiat ut infra n. 17 de eorum Titulari dicetur.

8. Qui Indulto gaudent celebrandi una die Officium Anniversarii Dedicationis omnium simul Ecclesiarum consecratarum alicujus Ordinis seu Congreg. aut Diœcesis, ipsum repetere nequeunt quando recurrit Anniversarium alicujus Ecclesiæ dicti Ordinis vel Diœcesis, quamvis foret Ecclesia Cathedralis; quum cujusvis particularis Ecclesiæ Dedicatio intelligatur comprehensa et celebrata in Festo Anniversarii Consecrationis omnium Ecclesiarum præfati Ordinis vel Diœcesis. *Rubr. pecul. n.* 1 *et S. R. C.* 31 *Mart.* 1821 *in una Congreg. SS. Redemptoris,* 23 *Maj.* 1835 *in una Ord. Min. Reformatorum,* 16 *Apr.* 1842 *in Hibernien. et* 7 *Sept.* 1850 *in Parisien.* Cum autem ejusmodi Indultum concedatur ut uniformitas in toto respectivo Clero obtinea-

tur; idcirco præfatum Officium Dedicationis omnium simul Ecclesiarum alicujus Ordinis vel Diœcesis celebrandum erit ab illis etiam (respective) quorum particularis Ecclesia non est consecrata, vel qui Ecclesiam propriam non habent, et quidem eadem die (*S. R. C.* 23 *Sept.* 1837 *in una Ord. B. M. V. de Mercede et* 1 *Sept.* 1838 *in Michlinien. ad* 2), tametsi apud eos videatur esse Festum secundarium.

9. Festum Dedicationis propriæ Ecclesiæ in *occurrentia* cedit tantum Festis notatis in Tabella duplicium 1 classis Breviarii Romani, nempe Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Paschæ, Ascensionis, Pentecostes, Corporis Christi, Assumptionis B. M. V., Nativitatis S. Joannis Baptistæ, Ss. Apost. Petri et Pauli, ac Omnium Sanctorum. *S. R. C.* 20 *Sept.* 1806 *in Brixien. ad* 10, *et* 16 *Apr.* 1853 *in una Ord. Min. Observ. ad* 1. Præferentiam vero habet super omnia alia Festa non privilegiata. Hæc enim Festa nequeunt esse nisi localia vel secundaria; atqui Festum Dedicationis propriæ Ecclesiæ ex præfata Tabella et ex Decreto S. R. C. 12 Sept. 1840 in Brugensi ad 5, præfertur Festis localibus, nempe Patroni Loci et Titularis Ecclesiæ et multo magis aliis si qua sunt; et ex alio ejusdem S. R. C. Decreto diei 3 Aprilis 1821 in una Orbis, præfertur pariter Festis secundariis; ergo Festum Dedicationis propriæ Ecclesiæ præcedentiam habet super Festa localia vel secundaria; ac proinde non cedit, nisi Festis primariis et solemnissimis universalis Ecclesiæ. Quare eadem S. R. C. interrogata: An occurrente Festo Dedicationis et Festo Apostoli (a Ss. Petro et Paulo diversi) æqualis ritus fieri debeat Officium prius, translato altero; vel de Apostolo, translata Dedicatione, ut deduci videtur ex Decreto 13 Mart. 1804? respondit: *Affirmative ad primam partem; Negative ad secundam.* Die 7 Sept. 1816 in Tudent. ad 9. In *concurrentia* vero non cedit, nisi Festis Domini primariis. *S. R. C.* 16 *Apr.* 1853 *in una Ord. Min. Observ. ad* 1, *et* 24 *Maj.* 1856 *in una pariter Ord. Min. Observ. ad* 3. Hoc secundum Decretum statuit quidem Festum Dedicationis in Vesperis cedere debere, ubi par sit ritus, non solum Festis Domini primariis, sed etiam secundariis; verum advertendum est ibi non agi de Festo Dedicationis primario, sed de secundario, scilicet de Dedicatione Ec-

clesiæ non, propriæ. Quapropter si ibi actum fuisset de Festo Dedicationis propriæ Ecclesiæ, tunc, cum non amplius sermo foret de concursu inter Festa ejusdem ritus et æque secundaria, sed de concursu inter Festa ejusdem quidem ritus, sed non ambo secundaria, non est ambigendum, quin S. R. C. Vesperas integras tribuisset Festo primario præ secundario; quare præfatum Decretum allegari potest ut nobis favens. *Vide infra c.* 5 *n.* 2 *II.*° Quoad præcedentiam autem Festi Dedicationis Ecclesiæ non propriæ, vide infra n. 13.

10. Quum Festum Dedicationis Ecclesiæ ex superius dictis inter Festa Domini recenseatur, ejus quoque Octava, quæ non est nisi ejusdem Festi extensio, ad classem eamdem spectat. Quamobrem Octava Dedicationis Ecclesiæ propriæ in *occursu* præfertur Octavis Sanctorum ac etiam B. M. V., et cedit tantum Octavis Domini primariis. Neque vero quis objiciat, Octavam Dedicationis præferendam non esse Octavis Assumptionis B. M. V., Nativitatis S. Joannis Bapt., Ss. Apost. Petri et Pauli ac Omnium Sanctorum, sicut illius Festum istorum Festis non præfertur; hoc quippe non ex eo provenit quod ista Festa sint illo objective digniora, sed tantum ex privilegio, quod unice respicit ipsorum occurrentiam (ut in Dominicis privilegiatis contingit) non autem concurrentiam, et multo minus eorumdem Octavas. Quapropter S. R. C. ad quæsitum: In occurrente commemoratione Octavæ Omnium Sanctorum et B. M. Virginis de Paradiso (dup. 1 classis, quia Patrona principalis Mazariæ. *S. R. C.* 22 *Mart.* 1817 *in Mazarien.*) debeat poni prius de B. M. Virgine, vel posterius? respondit: *Præcedere debere commemorationem B. M. Virginis.* Die 11 Mart. 1820 in Mazarien. ad 5. Similiter nostrum Franciscanum Breviarium Romæ editum anno 1858 nec non a S. R. C. revisum et approbatum, die 5 Julii præponit commemorationem Octavæ Dedicationis omnium Ecclesiarum trium Ordinum S. P. N. Francisci commemorationi Octavæ Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli.

11. Circa Officium Dedicationis animadvertatur, die Octava dicendas non esse in 1. Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente, sed ut in die Festi. *S. R. C.* 2 *Sept.*

1741 *in Aquen. ad* 12. In tertio vero Nocturno leguntur pariter Lectiones de homilia ut in die Dedicationis, si tamen reliquæ Lectiones de homilia infra Octavam fuerint recitatæ; si enim aliquæ ex ipsis ob occurrentia Festa infra Octavam non fuerint lectæ, tunc die Octava ponuntur illæ, quæ primo post diem Festum omissæ sunt. *S. R. C.* 27 *Aug.* 1836 *in Minoricen. ad* 5. Si in Festo, infra Octavam, aut die Octava Dedicationis, facienda sit commemoratio de Dedicatione alterius Ecclesiæ, tunc ad varietatem in Orationibus inducendam, pro Officio seu pro commemoratione prima dicenda erit Oratio *Deus qui nobis per singulos annos*, pro altera vero *Deus qui invisibiliter* etc. *Rubr. posita in Communi Dedic.* In hujus tamen Postcommunione omittenda erunt verba: *Quem nomini tuo dedicavimus. Ita Tetamus.* Quod si alicubi alia insuper commemoratio de Dedicatione locum habeat, tunc usurpabitur Oratio *Deus qui ex omni*, quæ in Missali præscribitur die Dedicationis Altaris, mutando in Secreta et Postcommunione vocabulum *Altare* in *Templum. Ita Caval. to.* 1 *c.* 1 *d.* 19 *n.* 10. Quoad variationem porro Antiphonarum et ℣℣., vide infra cap. 6 n. 10. In Officio et Missa de Dedicatione cujuscumque Ecclesiæ adhibetur color albus, et in Missa dicitur *Credo* per totam Octavam (ubi hæc habeatur) etiam in Festis infra illam occurrentibus.

De Dedicatione Ecclesiæ Cathedralis vel quasi Cathedralis

12. Officium Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis vel quasi Cathedralis (qua appellatione intelligitur Ecclesia ab Episcopi jurisdictione exempta, ac jurisdictionem quasi Episcopalem in certo Territorio, quod sit instar Diœcesis, obtinens) celebrandum est a Clero eisdem addicto (eo modo qui infra n. 17 explicabitur) sub ritu duplici 1 classis cum Octava. Qua de re confer n. 6, 9 et seqq. Ab aliis vero celebrandum erit modo sequenti: nempe a Clero Sæculari Civitatis vel Oppidi (comprehensis Suburbiis), in qua vel quo Ecclesia existit, sub ritu duplici 1 classis cum Octava; a Clero autem Sæculari degenti in Diœcesi sub eodem ritu, sed sine Octava. *S. R. C.* 19 *Sept.* 1750 *in*

una Nullius Sublacen. Per hoc præceptivum Decretum revocata videntur antiquiora, quibus scilicet data olim facultas est celebrandi in Civitate et per Diœcesim Festum illud sub ritu duplici majori vel minori tantum. A Regularibus vero fit solum sub ritu duplici 2 classis et sine Octava, et quidem si in Civitate vel Oppido, aut Civitatis, Oppidive Suburbiis, aliisque locis ad aliquam Civitatis, Oppidive Paræciam pertinentibus morentur; non item si in aliis Diœcesis partibus degant. *Rubr. pecul. n.* 14, *S. R. C.* 2 *Maj.* 1619 *in Conchen.*, 1 *Apr.* 1662 *Decr. gener.*, 19 *Sept.* 1750 *in una Nullius Sublacen. et Caval. to.* 1 *c.* 1 *d.* 7 *n.* 8. Attamen advertendum est, ubi ex Indulto Apostolico una eademque die celebratur Dedicatio omnium simul Ecclesiarum totius Diœcesis, tunc a Clero Sæculari nihil fieri posse singillatim de Dedicatione Ecclesiæ Cathedralis vel quasi Cathedralis, sed dumtaxat generatim una cum ceteris Ecclesiis. *Vide supra n.* 8. A Regularibus autem ea die fit ut paulo ante innuimus, nisi præfatum Indultum quoad ipsos aliter expresse decernat.

13. Festum seu Officium Dedicationis ut supra, quoad Clerum iis Ecclesiis strictim non addictum, utpote secundarium, cum de Ecclesia propria non agatur, in paritate ritus tam in occurrentia quam in concurrentia postponitur Festis Domini etiam secundariis ac primariis Sanctorum, quamvis nulla polleant insigni dignitate. *Vide infra c.* 4 *n.* 2 *II° et c.* 5 *n.* 2 *II.°* Ejus autem Octava in occurrentia postponitur quoque Octavis cujusque Festi Domini, nec non Festorum de Sanctis quæ sint primaria. *Vide infra n.* 33.

De Patrono seu Titulari Ecclesiæ

14. Patronus Ecclesiæ proprie dicitur Sanctus ille, cui Ecclesia dicata est; Titulus vero Mysterium illud seu res sacra, a quo vel a qua Ecclesia ipsa denominatur, ut S. Trinitas, S. Crux etc. Sæpe tamen Patronus et Titulus, ceu unum et idem, promiscue usurpantur.

15. Patronus seu Titulus Ecclesiæ eligitur in benedictione primarii lapidis pro Ecclesia ædificanda, ex privato etiam fundatorum vel aliorum, ad quos spectat, benepla-

cito; revera tamen constituitur in Ecclesiæ benedictione seu consecratione; ita ut Festum Sancti vel Mysterii, in cujus honorem Ecclesia benedicta seu consecrata est, eo ipso sit celebrandum, omnia præstando quæ ex Rubricæ præscripto Patrono seu Titulari Ecclesiæ conveniunt.

16. Festum Patroni seu Titularis Ecclesiæ agendum est sub ritu duplici 1 classis cum Octava, et quidem die propria, scilicet si sit Mysterium, die quo ab Ecclesia recolitur; si sit Sanctus, die a S. Sede assignata, aliter die obitus. *S. R. C.* 8 *Aug.* 1643 *in Palentina*, 16 *Mart.* 1658 *in Leodien. et* 19 *Jan.* 1743 *in una Ord. Erem. Camaldulensium.* Ubi Titulus Ecclesiæ est SS. Salvator, pro illo Festum agitur Transfigurationis Domini, et quidem die 6 Augusti (*S. R. C.* 29 *Nov.* 1755 *in Varmien. ad* 4 *et* 23 *Maj.* 1835 *in Aquipendien. ad* 2); nisi alia sit legitima Loci consuetudo. *Eadem S. R. C.* 17 *Sept.* 1803 *in Ortonen.* Item ubi Titularis est B. Virgo Maria absque denominatione alicujus Mysterii, cujus peculiare agatur Festum, ibi pro Titulari Assumptio ejusdem B. M. Virg. die 15 Augusti celebrabitur. *S. R. C.* 10 *Mart.* 1787 *in una Ord. Min. Reformatorum.* Si Festum Titulare occurrat cum Festo digniori transferendum est in primam diem liberam juxta Rubricas; et si impedimentum fuerit perpetuum, privilegium obtinet servandi suam Octavam, ac si die propria celebraretur. *S. R. C.* 12 *Aug.* 1854 *in una Lucionen. ad* 15.

17. Festum seu Officium Titularis Ecclesiæ (non Cathedralis nec quasi Cathedralis) ab iis dumtaxat de Clero fieri potest ac debet, qui Ecclesiæ eidem adeo sunt addicti, ut eorum propria censeatur in sensu Rubricarum. Isti autem sunt tantummodo: 1.° Qui illius Choro quocumque modo pro munere intersunt. 2.° Qui aliquod Beneficium possident quod pro Titulo ipsam Ecclesiam habeat, non vero ibi tantummodo Altare vel Cappellam. 3.° Illi, quibus commissa prorsus et commendata est cura ipsius Ecclesiæ quoad spiritualem administrationem; cujusmodi sunt Parochi licet amovibiles et ad tempus conducti; rursum Coadjutores, qui ab Episcopis subrogantur Parochis senibus aut longo morbo laborantibus, vel alia de causa minus idoneis ad munus suum exequendum; item Vicarii seu Œcono-

ni Ecclesiarum Parochialium vacantium, non autem Vicarii ad hoc acciti ut suppleant Parochi absentiam in externa Ecclesiæ administratione; nec Cappellani seu Sacerdotes, qui in subsidium ministerii sui, vel causa levandi sibi laborem aut diligentius populo inserviendi a Parochis conducuntur, sive ii habitent apud Ecclesiam Parochialem sive Subsidiariam; neque Monialium Confessarii et Cappellani, neque Cappellani Confraternitatum; his quippe omnibus plane concredita non est cura Ecclesiæ, cui inserviunt, sed ea remanet apud Parochos, Moniales et Confraternitates, perinde ac si illi non adessent. 4° Regulares quoad Ecclesiam adnexam Conventui, Domui seu Monasterio, in quo morantur; item Seminaristæ in sacris constituti, aliique in Seminario degentes quoad Ecclesiam eidem Seminario adnexam. *S. R. C.* 12 *Nov.* 1831 *in una Marsorum ad* 50, 23 *Maj.* 1846 *in Tudent. ad* 3 *et* 4, 27 *Febr.* 1847 *in una Vicariatus Ruremondensis, Gavantus sect.* 5 *c.* 12 *n.* 16 *et* 18., *Caval. to.* 1 *c.* 2 *d.* 4 *n.* 12, 16, 19, 20, 22 *et* 47 *ac Fornici in Institut. Liturgicis.* Cum vero Ecclesiæ nullus Clerus, ut supra, est adscriptus, nedum Officium, sed neque Missa de Titulari quatenus tali celebrari potest, etsi aliqui Sacerdotes ibidem soleant quotidie Sacrum facere. *S. R. C.* 16 *Apr.* 1853 *in una Ord. Min. Observ. ad* 16 (*). Idem affirmandum est de Titulari

---

(*) Decretum hisce verbis effertur: « In Ecclesiis non Parochialibus, in quibus unus vel alter Sacerdos quotidie celebrat, potest ne Missa S. Titularis hujusmodi Ecclesiarum celebrari sub ritu dup. 1 classis et Octava, et cum *Credo;* vel potius an istæ Ecclesiæ æquiparandæ sint Cappellis publicis, in quibus juxta Decretum in una Marsorum diei 12 Nov. 1831 ad dub. 34 Festum Titularis sub ritu dup. 1 classis cum *Credo* et Octava celebrari non debet? — Resp. *Affirmative ad primam partem, si sint in honorem alicujus Sancti consecratæ, eisque aliquis Clerus addictus; quoad secundam affirmative in casu superius expresso* ».

In Ephemeride, quæ inscribitur *Archivio dell' Ecclesiastico* mensis Januarii 1865, contenditur, ejusmodi Decreto non prohiberi in præfatis Ecclesiis Missam de S. Titulari, ejus die Festo,

Oratorii seu Cappellæ publicæ, nisi huic unus saltem Sacerdos tamquam Director seu Pastor strictim sit designatus (uti superius clausula 3 dictum est de Ecclesia), qui ex speciali commissione Ordinarii non tantum ibi Missam celebret, sed et munia quædam parochialia obeat, v. gr. instruendi populum, atque Sacramenta ministrandi, quo casu de Titulari fit ut in Ecclesia Clerum habente. *S. R. C.* 26 *Mart.* 1859 *in Cadurcen.* Nomine autem Ecclesiæ intelligitur sacra illa ædes, quæ ideo potissimum constructa est ut fidelis populi usui deserviat; nomine vero Cappellæ

---

sub ritu dup. 1 classis et cum *Credo*. Ego huic opinioni subscribere nequeo; quia ut in Ecclesiis non Parochialibus, ubi unus vel alter Sacerdos quotidie Sacrum facit, Missa de S. Titulari quatenus tali celebrari possit, S. R. C. expresse requirit ut aliquis Clerus eisdem sit addictus; at exploratum est, illum unum vel alterum Sacerdotem minime censendum esse Clerum in sensu a S. R. C. intellecto, ut putat adversarius; aliter clausula illa non solum esset prorsus inutilis, sed etiam sensum ineptum redderet ut consideranti patet; ergo in supradictis Ecclesiis Missa de S. Titulari quatenus tali nequit celebrari. Insuper S. R. C. ad secundam quæstionis partem definit, Ecclesias non Parochiales, ubi unus vel alter Sacerdos quotidie celebrat, æquiparandas esse Cappellis publicis, in quibus Festum Titularis sub ritu dup. 1 classis cum *Credo* et Octava agi vetitum est. Nec quippiam valet quod oppugnator asserit, in secunda quæstionis parte agi de *Festo*, quod comprehendit non solum Missam, sed etiam, imo principaliter, Officium. 1.° Quia secunda cujusque quæstionis pars, juxta regulas Hermeneuticæ, interpretanda est habito respectu ad objectum primæ partis; secus non esset secunda pars unius ejusdemque quæstionis, sed alia plane quæstio; atqui in prima parte sermo est de Missa; ergo et in secunda. 2.° Quia etsi ponamus in secunda parte sermonem haberi de *Festo* eo sensu, ut constet Officio simul et Missa, nihil tamen inde contra nostram sententiam eruitur. Nam S. R. C. prohibendo in præfatis Ecclesiis sine ulla distinctione celebrari Festum Titularis, implicite prohibuit non solum Officium, ut contendit adversarius, sed etiam Missam, utpote sub *Festi* vocabulo comprehensam. Ex quibus patet illo S. R. C. Decreto interdici celebrationem Missæ de S. Titulari quatenus tali, in Ecclesiis non Parochialibus, ubi unus et alter Sacerdos quotidie celebrat,

publicæ, quæ etiamsi ingressum palam habeat in via, attamen non tam populi, quam alicujus Familiæ vel Collegii commoditati destinata videtur. *S. R. C.* 21 *Jul.* 1855 *in Suessionen. ad* 3. Kalendarium porro in unaquaque Ecclesia vel Oratorio publico adhibendum, est Romanum seu Diœcesanum aut Regulare, prout Ecclesia vel Oratorium ad Sæculares aut Regulares pertinet; adjectis tamen Officiis Dedicationis (si facta sit) et Titularis ejusdem Ecclesiæ vel Oratorii, ac Reliquiæ insignis (si debitæ præsto sint conditiones, juxta dicenda sub die 15 Mart. n. III) inibi asservatæ, et aliis specialiter indultis, si, ut jam præmonuimus, præfatæ Ecclesiæ vel Oratorio Clerus aliquo ex modis supra explicatis addictus sit.

18. Si Ecclesia in honorem plurium Sanctorum, non quidem per modum unius eadem die occurrentium, ut Ss. Fabiani et Sebastiani; sed divisim, quorum nempe Festa eadem die non recurrant, ut Ss. Blasii et Caroli, æque benedicta fuerit aut consecrata (quod tamen est devitandum), vel si postea ex speciali Indulto Apostolico alius Sanctus, præter antiquum, uti Titularis additus fuerit, tunc ambo respectivis eorum diebus sunt celebrandi sub ritu duplici 1 classis cum Octava, ut supra n. 17 dictum est. *S. R. C.* 20 *Apr.* 1822 *in Derthonen.*, 23 *Febr.* 1839 *in una Ord. Min. Excalceator.*, *ad* 2 *et* 16 *Apr.* 1853 *in una Ord. Min. Observ. ad* 2. (Titulares nihilominus minus principales, si qui sunt, celebrantur sub ritu duplici majori tantum, et sine Octava). Rursum si quis Episcopus existat vel Parochus duarum Ecclesiarum Cathedralium vel Parochialium unitarum, recitare debet Officium sub ritu duplici 1 classis cum Octava de ambarum Titulari (et idem sentiendum de Dedicatione). *S. R. C.* 5 *Jul.* 1698 *in Collen. ad* 6 *et* 12 *Sept.* 1842 *in Nucerina.* Quod tamen vim obtinet, dummodo præfata unio ejusmodi sit, ut Episcopus vel Parochus unius sit etiam seorsim Episcopus vel Parochus alterius; non autem si ex duabus Cathedralibus vel Parochialibus facta fuerit una, quia tunc minime foret Episcopus vel Parochus duarum Ecclesiarum, sed unius dumtaxat. Verum uterque Clerus in priori casu ita se gerere debet ac si unio non contigisset. De Titularibus autem (quatenus talibus) et de Dedicatione Ecclesiarum

filiarum intra limites propriæ jurisdictionis existentium nequeunt Parochi (vel Episcopi) Officium recitare, eisdem licet nullus Clerus sit addictus. *S. R. C.* 27 *Aug.* 1836 *in Camerinen.* Demum qui Choro particularis alicujus Ecclesiæ sunt obstricti, recitare prohibentur Officium Titularis et Dedicationis alterius propriæ Ecclesiæ, si quam habent, sed in Officio semper ad Chorum suum debent se conformare. *Caval. to.* 1 *c.* 2 *d.* 4 *n.* 15. *Vide infra c.* 3 *n.* 6.

19. Patronus seu Titularis, in cujus honorem benedicta aut consecrata fuit Ecclesia, sine Indulto et facultate Apostolica immutari nequit. *S. R. C.* 11 *Mart.* 1843 *in Brugen.*, 12 *Sept.* 1857 *in una Dubiorum ad* 14, *et Gardellini sub n.* 4586 *ad* 2. Quare si Ecclesia polluatur, etsi exercitium cultus impediatur, et Ecclesia prius sit reconcilianda; manet tamen idem Titulus, et de eo Officium sub ritu duplici 1 classis cum Octava fieri debet. *S. R. C.* 8 *Apr.* 1713 *in Lausanen. ad* 1. Si autem Ecclesia ex toto destruatur, aut in perpetuum execretur, seu loci sacri qualitate amissa, in usum profanum convertatur, ita ut iterum benedici aut consecrari oporteat, perit etiam Titulus, ac de eo nihil amplius fit, nisi ipse, quod maxime convenit, restituatur; sin erigatur sub alio Titulo, tunc priori amisso, posterior tantum viget. *S. R. C.* 2 *Maj.* 1626 *in una Nullius Pesciæ*, 29 *Mart.* 1760 *in Mantuana*, 23 *Maj.* 1846 *in una Ord. S. Bened. Congreg. Silvestrinorum ad* 4, *et* 27 *Febr.* 1847 *in Mechlinien. ad* 1. Si autem priori Patrono seu Titulo alius adjunctus sit, non idcirco cessat neque perit jus prioris, tametsi posterior novam Ecclesiæ tribuat denominationem, tantaque solemnitate extrinseca celebretur, ut prioris memoria quasi obliterata videatur; quapropter de posteriori Patrono seu Titulo, quatenus tali, nihil fit, nisi accessio facta fuerit ante Bullam Pianam vel per Indultum Apostolicum; quia tunc in primo casu celebrabitur sub ritu jam introducto; in secundo sub ritu Titularibus congruente. *S. R. C.* 20 *Apr.* 1822 *in Derthonen. ad* 1 *et* 3, *et Gardellini ibid. ac Caval. to.* 1 *c.* 2 *d.* 5 *n.* 26.

De Patrono seu Titulari Ecclesiæ Cathedralis vel quasi Cathedralis

20. Festum seu Officium Titularis Ecclesiæ Cathedralis vel quasi Cathedralis celebrandum est in tota Diœcesi, et quidem a Clero Sæculari sub ritu duplici 1 classis cum Octava; a Clero autem Regulari sub eodem pariter ritu, sed sine Octava. *S. R. C.* 22 *Nov.* 1664 *in Baren. ad* 4, 2 *Sept.* 1741 *in Aquen.*, 22 *Aug.* 1772 *in Bossenen. ad* 5, *et Caval. to.* 1 *c.* 1 *d.* 13 *n.* 3. Si vero Ecclesia Cathedralis vel quasi Cathedralis duos principales Titulares obtineat diversis diebus celebrandos, extra illam de magis principali tantum agetur Officium uti de Titulari. Quænam autem Ecclesia intelligatur appellatione *Quasi Cathedralis* vide supra n. 12.

21. Festum Titularis Ecclesiæ Cathedralis vel quasi Cathedralis ab iis, qui non sunt eidem strictim addicti sensu n. 17 explicato, censendum est secundarium, utpote de Ecclesia non propria, sicut S. R. C. declaravit in casu simili, nempe quoad Festum Dedicationis Ecclesiæ pariter Cathedralis, ut supra n. 13 dictum est; ac proinde apud illos non est præferendum Festis primariis ejusdem ritus. *Confer caput* 4 *n.* 2 *II.° et c.* 5 *n.* 2 *II.°*

De Patronis Locorum

22. Patronus Loci proprie dicitur Sanctus ille, qui sive perpetuo usu ac traditione a Majoribus accepta, sive legitima facta electione, uti particularis apud Deum intercessor, propriusque suffragator, ab universo Loci illius Clero et Populo colitur et observatur. *Guyetus lib.* 1 *c.* 7 *q.* 1. Prima hujus definitionis clausula respicit Patronos ante annum 1630 constitutos, altera vero post præfatum annum assumptos. Nam S. R. C. die 23 Martii 1630, annuente SS. D. N. Urbano Papa VIII, quoad Patronos Locorum in posterum eligendos hunc ordinem servari jussit « 1.° Quod Patroni eligi possint ii solum, qui ab Ecclesia universali titulo Sanctorum coluntur, non autem Beatificati dumtaxat. 2.° Quod de Patrono Civitatis electio efficien-

da sit a Populo per generale consilium Civitatis vel Loci, non vero ab Officialibus tantum, quodque accedere debeat consensus expressus Episcopi et Cleri illius Civitatis: idemque præstetur pro Regni Patrono, qui pariter deligendus est a Populo singularum Civitatum Provinciæ, non autem a Repræsentantibus Regni, nisi ad hoc habeant peculiare mandatum, itemque cum consensu Episcopi et Cleri earumdem Civitatum. 3.° Quod causæ electionis novorum Patronorum debeant in S. R. C. deduci, atque examinari; ac demum, causa cognita, ab eadem Congregatione approbari et confirmari ». Ante annum autem 1630 præfatus ordo de jure non requirebatur; itaque plures ex antiquis Patronis legitime et de præcepto coluntur, quamvis constituti non fuerint electione aliqua, sed tantum ex perpetuo usu ac traditione Majorum: tales merito præsumuntur Locorum Patroni, qui etsi de illorum electione non constet, ab immemorabili tamen tempore tamquam tales habiti sunt. Hic advertendum est, prædictum ordinem nunc quoque servandum esse in electione Patronorum minus principalium, cum lex generaliter loquatur. *Caval. to.* 1 *c.* 3 *d.* 1 *n.* 2.

23. Patroni Locorum alii sunt particulares, alii universales. Particulares sunt illi, qui dantur Diœcesi, Civitati, Oppido vel Pago; universales autem qui assignantur Ditioni (quo vocabulo intelligitur Dominium universum cujuslibet supremi Principis, sive sit Regnum, sive Status, Ducatus etc.) vel Provinciæ, cujus nomine intelligitur insignis pars ipsius Ditionis. *Constitutio Urbani VIII* 13 *Sept.* 1642, *et S. R. C.* 22 *Mart.* 1817 *in Camerien. ac* 23 *Maj.* 1846 *in una Ord. S. Bened. Congreg. Silvestrinæ ad* 1.

24. De Patrono Diœcesis fit Officium per totam Diœcesim sub ritu duplici 1 classis cum Octava a Clero Sæculari, et die feriata in Foro, dummodo aliqua Civitas, Oppidum vel Pagus ejusdem Diœcesis suum peculiarem Patronum non habeat, quia tunc de isto tantum a Clero Sæculari ipsius Loci celebrandum erit Officium sub præfato ritu, Octava et feriata die; nihil vero de Patrono Diœcesis, nisi adsit contraria et legitima consuetudo, quo casu ibi de eo celebrabitur Officium sub ritu dup. majoris tantum sine Octava et feriatione. *S. R. C.* 28 *Sept.* 1658 *in Calaguritana*, 27 *Sept.* 1828 *in una S. Miniatis, et* 12 *Nov.*

1831 in una Marsorum ad 41. Item de Patrono Ditionis faciendum est per totam Ditionem sub eodem ritu duplici 1 classis cum Octava a Clero Sæculari, et cum feriata die pro populo, dummodo pariter aliqua Provincia ejusdem Ditionis suum peculiarem Patronum non habeat, quia tunc de isto tantum a Clero Sæculari ipsius Provinciæ agendum erit Officium sub præfato ritu, cum Octava, et feriata die; nihil vero de Patrono Ditionis, nisi adsit consuetudo contraria et legitima, quo casu ibi fiet sicut supra dictum est de Patrono Diœcesis. Quod si prædicta loca sive particularia sive universalia plures Patronos obtineant legitime constitutos, tunc de magis Principali tantum a Clero Sæculari respective celebrandum erit Officium sub ritu duplici 1 classis cum Octava, de illo nempe cujus festivitas a populo recolitur vi Constitutionis *Universa* Urbani VIII; de aliis autem agetur Officium sub ritu duplicis majoris dumtaxat et sine Octava *(S. R. C. 26 Mart. 1639 in Baren. et Tabella duplicium maj. Breviarii Rom.);* nisi ex Apostolico Indulto, vel consuetudine recepta ante Decretum super electione Sanctorum in Patronos n. 22 allegatum, aliter fieri debeat vel possit, quo casu tamen solum magis principalis colendus erit cum Festo in populo. *Caval. to. 1 c. 3 d. 7 n. 8 et 11.* A Regularibus porro utriusque sexus quocumque in casu de duobus tantummodo principalibus (et ubi plures sunt, de duobus magis principalibus) Patronis Locorum celebrandum est Officium sub ritu duplici 1 classis (*), sed sine Octava (nisi eis

---

(*) Ex Decreto diei 16 Apr. 1842 in una Ordinis Carmelitarum Excalc. in Hibernia, colligitur, Regulares, qui ex Indulto Apostolico celebrant Patronum proprii Ordinis sub ritu duplici 1 classis, teneri ad recitandum Officium Patroni principalis Loci sub ritu duplici secundæ classis dumtaxat. Verum Decretum hoc haberi nequit uti generale, sed peculiari quapiam de causa editum. Nam præterquamquod innumera propemodum sunt Decreta, quæ Regulares adstringunt ad celebrandum Officium Patroni principalis Loci sub ritu duplici 1 classis; ratio ipsa hoc suadet. Si enim Regulares obligatio urget agendi Festum Titulare Cathedralis sub ritu duplici 1 classis, quamvis sub eodem ritu celebrent proprium Conventus, in quo morantur, Festum

specialiter fuerit indulta); videlicet de Patrono principali (seu magis principali) Civitatis aut Oppidi vel Pagi ubi morantur, si habeatur, aliter de Patrono principali (seu magis principali) Diœcesis; et de Patrono principali (seu magis principali) Provinciæ, si pariter habeatur, sin minus de Patrono principali (seu magis principali) Ditionis, si item habeatur. *S. R. C.* 20 *Mart.* 1683 *in una Ord. Min. Observ. ad* 7 *et* 8, 23 *Mart.* 1709 *in una Montis Coronæ*, 15 *Jul.* 1769 *in una Ord. Min. Observ.*, 12 *Nov.* 1806 *in Corduben. ad* 9, 23 *Maj.* 1846 *in una Ord. S. Bened. Congr. Silvestrinæ et Rubr. pecul. n.* 17, 18 *et* 19. *Vide tamen notam c.* 4 *n.* 2 *IV.°* Ad Officium vero Patronorum minus principalium, quatenus talium, Regulares non tenentur. *S. R. C.* 23 *Maj.* 1846 *in una Ord. S. Bened. Cong. Silvestrinæ ad* 1. Imo neque illud posse ultro acceptare videntur, nisi concessio Apostolica ad ipsos quoque extendatur. *S. R. C.* 10 *Jul.* 1687 *in una Ord. Min. Observ. ad* 4 *et* 5. Idem dicatur de Patronis etiam principalibus, ubi plures sunt, excepto magis principali, quemadmodum paulo ante animadvertimus (*).

25. Advertendum hoc loco est Patronum Parochiæ seu

---

vero Cathedralis sit apud ipsos secundarium, utpote de Ecclesia non propria; multo magis sub ritu duplici 1 classis ab ipsis agi opus est Festum Patroni principalis Loci, cum sit Patronus etiam Regularium in eo Loco commorantium (Patronus est enim totius Loci); eapropter illud est Festum primarium vel apud ipsos, tametsi præfato ritu celebrent etiam Patronum proprii Ordinis, quum minime repugnet duos haberi Patronos ejusdem ritus et æque principales sub diverso respectu. Nam si nonnunquam bini Patroni eundem ritum obtinent et æque sunt principales sub uno eodemque respectu; multo magis id potest contingere sub diverso respectu, ut in casu nostro; ex quo tuto erui posse videtur supradictum Decretum uti generale non esse habendum.

(*) Quoad Officia ad petitionem Regum et Principum concessa, Regulares possunt ea celebrare, si Apostolicum Indultum ad ipsos extendatur; debent vero si concessio sit præceptiva, vel quamvis permissiva, usu tamen sit recepta. *S. R. C.* 10 *Jul.* 1687 *in una Ord. Min. Observ. et* 2 *Maj.* 1801 *in Carthaginen. ad* 5.

Ecclesiæ Parochialis non esse a Clero in ea Paræcia degenti celebrandum tamquam Patronum Loci, quamvis Parochia integrum Oppidum aut Pagum constituat, neque alius adsit ejus Loci Patronus, nisi ille sit simul Patronus Oppidi vel Pagi legitime constitutus. *S. R. C.* 14 *Febr.* 1705. *in una Ord. Capuccinoram ad* 4, *et* 15 *Sept.* 1742 *in Tridentina.* Advertendum insuper est, Patronum seu Titulum vi Rubricarum non dari cuipiam Ordini, Monasterio aut Provinciæ Religionis, sed tantum ex congruentia et privilegio. *S. R. C.* 16 *Mart.* 1658 *in Leodien. et* 10 *Jun.* 1710 *in una Ord. Capuccinorum ad* 2, *et Gardellini sub n.* 4431 *ad* 2. Quamobrem si Ordo vel Provincia Regularis aut Monasterium aliquem Sanctum ceu Patronum, vel Mysterium pro Titulo assumat, nequit de eo (uti Patrono) Officium agere, nisi Indultum Apostolicum assequatur. *S. R. C.* 10 *Jun.* 1710 *in una Ord. Capuccinorum ad* 2.

De Festorum separatione

26. Si accidat ut principalis Patronus Loci, vel Titularis Ecclesiæ habeat eadem die in proprio Kalendario commune Officium cum aliis Sanctis, vel (1) sub ritu duplici 1 aut 2 classis; vel (2) sub ritu duplici per annum aut semiduplici; vel (3) sub ritu simplici; in quovis ex hisce tribus casibus a Sociis est sejungendus, agendumque de ipso solum illa die. Sociorum Officium in primo et altero casu transfertur ad primam diem non impeditam juxta communes repositionum regulas. Hac porro die, in primo quidem casu, fit Officium eodem ritu classico, ac die propria; in casu secundo fit solum ritu semiduplici, etsi propria die ritum duplicem, etiam majorem habeant. In tertio autem casu non transferuntur Socii, sed de ipsis nihil penitus fit. *Rubr. gener. post Tabellam occurrentiæ n.* 8 *et pecul. n.* 242 *et* 243. Quod si Sancti prædicti, aut omnes aut plures, sint vel Titulares æque principales (quales forent, si in eorum simul honorem benedicta vel consecrata postremo esset Ecclesia), vel æque principales Patroni, de ipsis simul agendum erit uti supra de uno. Rursum quoad eorum Socios, si qui sunt, id fieri debet quod paulo ante de unius Sociis indiximus. *Rubr. pecul. n.* 244.

Quæ omnia servanda sunt non modo de Sanctis ex occasione tantum, seu per accidens conjunctis, verum etiam de conjunctis per se, qui nempe eadem de causa, eodemque circiter et die, et anno, et loco expleverunt vitæ mortalis cursum; etiamsi iisdem juncti sint insuper naturali affinitate aut consanguinitate, aut Religiosa professione. *S. R. C.* 22 *Nov.* 1664 *in Baren. ad* 1, 12 *Aug.* 1854 *in una Lucionen. ad* 16, 29 *Nov.* 1856 *in Boianen. et Rubr. pecul. n.* 245. Verumtamen si alicubi immemorabilis vigeat consuetudo celebrandi principalem Patronum vel Titularem simul cum Sociis naturali consanguinitate vel affinitate sibi devinctis, improbabile nequaquam est eam continuari posse. *Guyetus lib.* 1 *cap.* 59 *q.* 14. *Vide etiam infra c.* 3 *n.* 1.

27. Extra casum principalis Patroni Loci vel Titularis Ecclesiæ, nunquam Socii transferuntur. Nam ubi alicui ex Sanctis commune Officium, ut supra, habentibus, ritus altior competit, ut puta Patrono minus principali, vel Sancto cujus insignis possideatur Reliquia, debitis conditionibus instructa (*vide notanda sub die* 15 *Martii n. III.*); tunc etiamsi sint illi e Sanctis ex occasione junctis, ac præterea unus sit Martyr, alter Confessor etc.; nihilominus de omnibus simul, si tamen ritu saltem semiduplici potiantur, ea die peragi debet Officium, uti jacet in Breviario (comprehensa quoque hoc nomine respectiva Breviarii Appendice); et quidem sub eo ritu, qui uni Sancto illi debetur. Itaque si colatur Patronus minus principalis, de omnibus fiet ritu duplici majori; si Reliquia, ritu duplici minori. *S. R. C.* 22 *Nov.* 1698 *in Cremen.*, 16 *Sept.* 1730 *in una Ord. Jerosolym. et Rubr. pecul. n.* 246. Quod si iidem simul potiantur dumtaxat ritu simplici; tunc supradicto ritu de uno tantum, puta de Patrono minus principali, vel de Sancto cujus Reliquia insignis adest, celebretur Officium: vel de pluribus simul ex iis, si sint vel Patroni minus principales, vel insignes eorum inibi Reliquiæ existant; vel de Patrono simul et de Sancto cujus Reliquia colitur, quo in casu postremo Officium erit de ritu dup. majori. De Sociis autem eadem die. ritu simplici agendum erit; nisi forte cum illo aut illis per se (quamvis non ex affinitate vel consanguinitate) juncti sint; quo casu simul adhuc de omnibus agendum, ut paulo ante declaratum est.

S. R. C. 11 Jan. 1749 in una Ord. Excalceatorum S. Augustini ad 5 et Rubr. pecul. n. 247. In Oratione autem primo loco opus est ejus Sancti mentionem fieri, cui ritus altior congruit.

28. Quod porro attinet ad plures Patronos minus principales, vel Sanctos quorum adsint Reliquiæ insignes, commune in proprio Kalendario Officium non habentes, sed vel seorsim vel nullum; de iis in utroque casu Officium una die simul non fit, exceptis tantum occurrentibus eadem die, si sint per se juncti. At quoad alios, tametsi simul occurrant, servari oportet occurrentiæ et repositionis leges. Quod vero spectat ad Socios (si qui sint in Martyrologio Rom., vel alibi) seu alicujus ex præfatis Sanctis, aliisque similibus, seu principalis vel Titularis vel Patroni, commune non habentes cum eodem Officium in proprio Kalendario; de iis (quantacumque inter ipsos et istum intercedat conjunctio) nihil penitus fit, præterquam forte alia die, seu diebus, qua vel quibus in præfato Kalendario Officium obtineant. Quæ porro hic et supra dicta sunt de Sociis, illa æque de Socio unico censeri debent præscripta. *Rubr. pecul. n.* 248 *et* 249 *ac Caval. to.* 1 *c.* 5 *d.* 6 *n.* 7.

De ordinando Officio et Missa Patroni vel Titularis tam in casu quam extra casum separationis

29. Si Officium Festi Patroni vel Titularis (extra casum separationis) habeatur in Breviario, hoc idem recitari opus est, cum Lectionibus 1 Nocturni de Communi (si propriæ desint) ut mox dicetur. Si vero neque in Breviario habeatur, neque aliud particulare extet pro illo Loco vel Ecclesia a S. Sede approbatum (*), tunc omnia

(*) Cum pro principali Patrono Loci peculiare adest Officium, illud ut a Regularibus, queis proprium Kalendarium sit, liceat adhiberi, oportet utrique Clero ejus Loci fuisse concessum; neque sufficit concessio etiam pro Regularibus Kalendario Dioecesano utentibus; patet enim, hos, ubi proprium Kalendarium

recitanda sunt de Communi Sanctorum, prout requirit qualitas Sancti cujus fit Officium. *Rubr. pecul. n.* 143, 144 *et* 145 *ac S. R. C.* 7 *Dec.* 1844 *in Callien.* Si duæ Orationes in illo Communi adsint, sumitur prima vel secunda, prout homilia ex primo aut secundo loco recitatur. Lectiones 1 Nocturni non leguntur de Scriptura occurrente, sed de Communi ex primo aut secundo loco, prout Lectiones 3 Nocturni ex primo vel secundo loco sint; ex quo enim loco Lectiones 3 Nocturni sumuntur, ex eodem in 1 Nocturno sumendæ sunt. *S. R. C.* 23 *Maj.* 1835 *in Namurcen. ad* 4. Si vero Lectiones 3 Nocturni non sint de Communi, regula desumenda erit ex Oratione, quæ si sit de Communi, indicat utrum etiam Lectiones ex primo aut secundo loco sint recitandæ. *S. R. C.* 11 *Sept.* 1841 *in Namurcen. ad* 7. Quod si neque Evangelium, neque Oratio sit de Communi, Lectiones 1 Nocturni sumi poterunt ex primo vel secundo loco, prout Festo id magis convenire videbitur. *Rubr. pecul. n.* 170 *et* 171. Lectiones 2 Nocturni leguntur ex eodem loco, ex quo Lectiones 1 Nocturni lectæ sunt. In 3 Nocturno Lectiones recitantur ex primo vel secundo loco de Communi, prout magis convenientes Festo videntur. *Caval. to.* 1 *c.* 5 *d.* 7 *n.* 7. Missa vero, si in Missali deficiat, nec particularis pro illo Loco vel Ecclesia a S. Sede approbata habeatur, dicenda erit de Communi, ubi Evangelium consonet homiliæ Officii; nisi præfatum Evangelium ad aliam spectet qualitatem Sanctorum, quamvis pertineat ad idem Commune, ut v. gr. evenit in Missis unius Martyris Pontificis vel non Pontificis; quia tunc retento Evangelio homiliæ respondente, sumetur

---

obtineant, ab ejus Officii recitatione expressim fore exclusos. Verum quando S. Patronus in Regularium Kalendario non reperitur, iis fas est adsumere Lectiones historicas secundi Nocturni pro Clero Loci adprobatas, dummodo expresse, uti nuper innuimus, in concessione non sint excepti. *Rubr. pecul. n.* 144. Ut autem a Regularibus Kalendario Dioecesano utentibus adhiberi possit Officium proprium Patroni, requiritur tantum ut ipsi in illius concessione explicite non excludantur. *S. R. C.* 29 *Nov.* 1856 *in una Congregationis Barnabitarum ad* 3.

Missa unius Martyris non Pontificis ex primo vel secundo loco prout ipsum Evangelium vel Oratio Officii ex primo aut secundo loco sumpta fuerit. Et dicitur *Credo,* in Missa quidem de principali Patrono Loci in omnibus Ecclesiis ejusdem Loci; in Missa vero de Titulari Ecclesiæ, licet Cathedralis, in Ecclesia propria tantum, nisi aliunde ei competat. *S. R. C.* 23 *Mart.* 1709 *in Perusina ad* 1 *et* 6 *Sept.* 1845 *in una Ord. Capuccinorum.* Item dicitur Præfatio propria, si habeatur.

30. Officium Patroni vel Titularis, in casu separationis a Sociis, et in casu quo aliud peculiare Officium eidem Loco vel Ecclesiæ non sit a S. Sede concessum, sumendum erit de Communi illius Sancti, de quo agitur, ita tamen ut de uno et non de pluribus fiat Officium; nisi duo aut plures ex Sociis sint æque principales Patroni vel Titulares, ut Ss. Nazarius et Celsus, quia tunc etiamsi separentur a Sociis Victore et Innocentio, adhuc tamen Officium agendum esset de pluribus. Si vero in Breviario aut Missali quædam habeantur propria S. Patroni vel Titularis, hæc erunt in ejus Officio et Missa usurpanda. Item Oratio propria, si commode, idest pauca omittendo aut immutando, illi Sancto applicari possit, erit retinenda. *S. R. C.* 4 *Sept.* 1745 *in Aquen. ad* 5. Si Oratio non sit propria, sed de Communi sumpta, ut Oratio Ss. Fabiani et Sebastiani, vel neutri seorsim conveniat, ut Oratio Ss. Soteris et Caji, tunc accipienda erit Oratio de Communi, quæ Patrono vel Titulari congruat. *Guyetus lib.* 3 *c.* 2 *q.* 9. Sic ex. gr. Oratio pro S. Sebastiano erit sumenda de Communi unius Martyris non Pontificis, non autem Oratio *Infirmitatem* etc. *S. R. C.* 2 *Maj.* 1801 *in Carthaginen. ad* 6. Lectiones secundi Nocturni, quæ in Breviario propriæ habentur, si commode disjungi queant, ut in Festo Ss. Vincentii et Anastasii, leguntur tantum de illo Sancto, cujus fit Officium, sexta autem, vel etiam quinta Lectio supplebitur de Communi; si vero commode nequeant disjungi, quia facta unius sunt cum factis alterius connexa, ut in Officio S. Januarii, eo casu in secundo Nocturno Lectiones Festi leguntur uti sunt in Breviario. Hoc ipsum servandum erit, si Sancti in Breviario potiantur dumtaxat ritu simplici; tum quippe Lectiones propriæ, una

vel duæ, ponentur in secundo Nocturno. *S. R. C.* 16 *Jan.* 1677 *in Hispalen. ad* 2. Ea porro quæ hic de Patrono vel Titulari a Sociis separato dicta sunt, eadem æque servari opus est in ordinando Officio et Missa Sociorum, qui a Patrono vel Titulari sejunguntur.

De Octavis particularibus præsertim Patroni et Titularis

31. Hic in antecessum advertendum est, de Octavis, quæ non reperiuntur in Kalendario Romano, nihil fieri posse (sine speciali privilegio) a Feria IV Cinerum usque ad Dominicam in Albis, a Vigilia Pentecostes usque ad Festum SS. Trinitatis, et a die 17 Decembris usque ad Festum Epiphaniæ inclusive. *Rubr. tit.* 7 *n.* 1 *et post Tabellam occurrentiæ n.* 6. De modo autem, quo ipsæ tunc cessant, vide quæ memoratis diebus adnotabimus.

32. Si Festum habens Octavam transferatur sive per accidens sive perpetuo post totam suam Octavam, vel celebretur die ipsius Octava, illo anno vel semper agendum erit sine Octava, nisi ex speciali privilegio aliter fieri liceat. *Rubr. gen tit.* 7 *n.* 1 *et pecul. n.* 74 *et* 75, *ac S. R. C.* 16 *Sept.* 1741 *in Panormitana ad* 1. *Vide supra n.* 16. Porro si Festum transferatur antequam Octava finem attigerit, tunc de diebus Octavæ, qui supersunt post Festi celebrationem, fiet quidem Officium aut Commemoratio ut alias, non item de diebus præcedentibus; quia cum Octava nihil aliud sit quam Festi continuatio, nequit continuari quod nondum cœpit. Dies porro Octava erit ea ipsa, et celebrabitur perinde ac Festum non fuisset translatum. *Rubr. gen. tit.* 10 *n.* 1.

33. Si plures Octavæ simul occurrant, præfertur illa, cujus Festum altiorem ritum obtinet, licet objective sit minus dignum. *S. R. C.* 19 *Jun.* 1700 *in Curien. ad* 2 *et* 29 *Nov.* 1755 *in Varmien. ad* 3. Si vero Festa eumdem ritum habent, præfertur Octava Festi primarii, dignioris dignitate insigni, tametsi occursus sit cum Octavis Sanctorum, quorum Festa in occurrentia nulli cedunt, uti sunt Festa Assumptionis B. M. V., Nativitatis S. Joannis Bapt., Ss. Apost. Petri et Pauli ac Omnium Sanctorum; quia etsi

istorum Festa sint privilegiata, non sunt tamen privilegiatæ eorum Octavæ. *Caval. to.* 1 *c.* 1 *d.* 22 *n.* 15. *Vide etiam supra n.* 10. Si autem Festa Octavam habentia sint ritu et dignitate æqualia, vel sint secundaria, tunc anteferenda est Octava illius Festi, quod juxta communes occurrentiæ leges alteri Festo præfertur. *Rubr. pecul. n.* 53.

34. Infra Octavam, si agendum non sit Officium de Festo duplici aut semiduplici vel de Dominica, fit de Octava sub ritu semiduplici; et omnia dicuntur sicut die Festi, præter Lectiones 1 Nocturni quæ semper sunt de Scriptura occurrente in Officio de tempore, nisi dies infra Octavam incidat in Quatuor Tempora, aliasque Ferias, quibus in Officio de tempore non assignantur Lectiones de Scriptura; quia tunc, si non adsit aliquod Initium Scripturæ reponendum, Lectiones 1 Nocturni sumuntur de Communi primo loco, vel secundo loco, si illæ ex primo loco die Festo lectæ fuerint. *Rubr. tit.* 26 *n.* 9. Lectiones vero 2 et 3 Nocturni, si propriæ et approbatæ pro illo Loco vel Ecclesia non habeantur, sumuntur ex Octavario Romano eo ordine quo ibidem in Proprio aut in Communi assignantur. *S. R. C.* 29 *Nov.* 1856 *in Septempedana.* « Quod si in 3 Nocturno communes non deserviant aliquibus Festis, quæ videlicet proprium habent Evangelium; eo casu post diem Festum (in quo legi debet proprium Evangelium cum sua homilia) insequentibus diebus infra Octavam lege Evangelium in Missa et Officio, vel primum, vel aliud congruentius de Communi cum suis homiliis, ut fit infra Octavam Ss. Apost. Petri et Pauli. In die vero Octava legatur in 3 Nocturno ut in die Festo, si propriis caret seu communibus Lectionibus in Evangelium diei Festi, nisi aliud notetur ». *Ita Octavarium Rom. in suis Rubr. nota* 3. Sin vero Octavarium Romanum non habeatur, tunc in 2 Nocturno repetendæ sunt Lectiones diei Festi, si hoc Festum non habeat Commune Sanctorum. *Rubr. tit.* 7 *n.* 4. Si autem habeat, in secundo Nocturno diei Festi leguntur Lectiones propriæ; deinde prima die, qua fit de Octava, de Communi 1 loco; secunda die, de Communi 2 loco. Si vero Festum non habeat Lectiones proprias secundi Nocturni; die Festo leguntur de Communi primo loco; et deinde prima die, qua fit de Octava, de Communi

secundo loco. Exhausto Communi repetuntur iterum de Communi prius ex primo loco et deinde ex secundo loco usque ad diem Octavam. In 3 autem Nocturno semper repetendæ erunt Lectiones diei Festi. In Vesperis infra Octavam omnia dicuntur sicut in secundis, et in primis Vesperis diei Octavæ omnia sicut in primis Vesperis Festi, etiamsi de Octava fiat tantum commemoratio. *Rubr. tit.* 7. *n.* 5. In die Octava Officium est duplex minus, et omnia dicuntur sicut die Festo. Lectiones tamen 1 Nocturni sunt de Scriptura occurrente, nisi occurrat in Feriis, in quibus Lectiones de Scriptura non assignantur; quia tunc, si non adsit aliquod Initium Scripturæ reponendum, leguntur Lectiones, quæ die Festo lectæ fuerunt. *Rubr. tit.* 26 *n.* 9. In secundo et tertio Nocturno, si propriæ et approbatæ pro Loco vel Ecclesia non habeantur, sumuntur ex Octavario Romano. *S. R. C.* 8 *Aug.* 1835 *in una Ord. Capuccinor. ad* 1 *et* 7 *Sept.* 1850 *in Asturicen. ad* 1. Si vero Octavarium Romanum non habeatur, repetuntur Lectiones diei Festi. Si die Octava occurrat Festum duplex 1 aut 2 classis, de Octava fit tantum commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus et Missa etiam solemni. *S. R. C.* 27 *Febr.* 1847 *in Pistorien.* Hic advertendum est ex Octavario Romano *nota* 5 quod: « Accidere potest in legendis Lectionibus secundi et tertii Nocturni Octavarum communium, quæ Octavario continentur, ut ratione Festorum infra Octavas occurrentium omitti debeant initia vel Sermonum vel Homiliarum; de quibus tamen post Festum occurrens est rursus legendum; et tunc post tale Festum non legatur titulus *De Sermone*, vel *De Homilia*, cum nondum de iisdem lectum sit; sed dicatur simpliciter *Sermo* seu *Homilia S. N.*, ac si esset initium Sermonis seu Homiliæ; vel legatur initium ipsum in præcedentibus diebus positum, prout videbitur magis congruere. Idem servetur, quando in die Octava præscribitur sumi aliquas infra octavam omissas, ob diem Dominicam, seu Festum occurrens ».

35. Infra Octavam dicitur Missa sicut in die Festi (*Rubr. tit.* 2), cum secunda Oratione de S. Maria juxta temporis varietatem, nempe ab Adventu ad Nativitatem *Deus qui de B. M. V. utero;* a Nativitate ad Purifica-

tionem *Deus qui salutis;* aliis temporibus *Concede nos* (attamen infra Octavam B. M. V. et Omnium Sanctorum, substituitur 2 Oratio de Spiritu sancto); tertia *Ecclesiæ* vel pro Papa, nisi facienda sit aliqua commemoratio, quia tunc Oratio de S. Maria vel de Spiritu sancto dicitur 3 loco, et Oratio *Ecclesiæ* vel pro Papa omittitur; quod si duplex commemoratio incidat, omittitur etiam Oratio de S. Maria vel de Spiritu sancto. *Rubr. tit.* 9 *n.* 9. Symbolum infra Octavam tantum locum habet, quando dictum est in die Festi, dummodo dictum sit ratione sui, tunc enim recitatur etiamsi non celebretur Missa de Octava, sed de Festo occurrente. *Vide supra n.* 29, *et notanda* 16 *Jan. n. II et* 24 *Junii n. II.* Si Festum cum Octava habeat Præfationem propriam, hæc recitanda est per totam Octavam in omnibus Missis vivorum infra eamdem celebrandis, si propria Præfatione careant, quamvis de Octava nulla fiat commemoratio. *Rubr. tit.* 12 *n.* 3 *et* 4. Si vero plures Octavæ simul occurrant Præfationem propriam obtinentes, tunc in Missis ut supra, est anteferenda Præfatio propria de Octava digniori juxta superius dicta n. 33. *Guyetus lib.* 3 *c.* 28 *q.* 5. Quoad Præfationem usurpandam in secunda Missa Conventuali vide c. 8 n. 4.

36. Si Dominica die infra Octavam Festum duplex non occurrat, fit de ea ut in Psalterio cum commemoratione Octavæ, sine Suffragiis et absque Precibus. *Rubr. tit.* 7 *n.* 5 *et* 6. In Missa vero dicuntur duæ tantum Orationes, prima de Dominica, secunda de Octava, nisi facienda sit aliqua commemoratio de Festo simplici, aut dicenda sit aliqua Collecta ab Ordinario Loci præcepta; et adhibetur color conveniens Octavæ, præterquam in Dominicis, quibus tributus est color violaceus. *Rubr. tit.* 9 *n.* 10 *et tit.* 18 *n.* 2 *et* 3.

CAPUT III.

DE OFFICIIS EX CONSUETUDINE DE OFFICIIS VOTIVIS ET DE OFFICIIS EXTRA PATRIAM, DIŒCESIM VEL CLAUSTRA RECITANDIS

1. Quo consuetudo agendi Officium (vel Octavam), quod non habetur in Kalendario Romano seu universalis Ecclesiæ, nec per Rubricas præscribitur, itemque ut consuetudo illud recitandi altiori ritu, quam ibidem notatur, servari possit, requiritur ut sit introducta ante Bullam S. Pii V editam anno 1568. *S. R. C.* 29 *Mart.* 1783 *in una Nullius S. Laurentii Prov. Toletanæ ad* 2 *et* 20 *Sept.* 1806 *in Brixien. ad* 16. Et sit de Sancto canonizato, vel de Mysterio ab Ecclesia recepto et approbato. *Guyetus lib.* 1 *c.* 13 *q.* 4. Sin vero inducta fuerit post præfatam Bullam S. Pii V omnino servari nequit, quamvis vel centum annos et amplius perduraverit. *S. R. C.* 28 *Aug.* 1706 *in una Ord. Capuccinorum ad* 4, 7 *Maj.* 1746 *in Varsavien. ad* 4, 21 *Jan.* 1766 *in una Nullius in Diœcesi Spiren. et* 23 *Maj.* 1846 *in una Ord. S. Bened. Cong. Silvestrinæ.* Quoad Beatos autem, si necdum sint canonizati, ut de his ratione consuetudinis continuari possit Officium, oportet ut ipsa invecta sit ante annum 1559, juxta Decretum Alexandri VII evulgatum 27 Sept. 1659. Si vero neque canonizationis neque beatificationis honore a S. Sede insigniti, cultum tamen publicum obtinuerunt, ut de istis vi consuetudinis continuari queat Officium, necesse est ut ipsa viguerit ante annum 1534, juxta Breve Urbani VIII editum 5 Julii 1634. Verumtamen si præsto sit consuetudo immemorabilis, de cujus initio nulla extet memoria, quæque vim, quantum quisque scit, semper constanterque obtinuerit; videtur continuari posse Officium sive de Sanctis sive de Beatis, quamvis certo et juridice non constet, consuetudinem illam præcessisse annum 1568 quoad Sanctos, an. 1559 quoad Beatos nondum canonizatos, et an. 1534 quoad alios nec canonizatos nec beatificatos, ut supra dictum est. Cum

enim Sancti ejusmodi in pacifica existant ac immemorabili Officii possessione, ea privandi non sunt, nisi probetur possessio illegitima. *Caval. to. 2 c. 44 d. 1 n. 7 et in ejusd. to. append. eod. c. d.* 3. Hic juvat advertere Officia ex consuetudine introducta ante Bullam S. Pii V ut supra, nunc supprimi haud posse inconsulta S. R. C.; quia Officia permissa sine clausula ad libitum, post acceptationem evadunt de præcepto. *Caval. to 2 c. 44 d. 4 n. 4 et* 5. *Vide infra c. 4 n.* 12.

De Officiis Votivis

2. Officia votiva seu ex devotione sunt illa, quæ alicubi semel aut pluries in singulis Hebdomadis vel Mensibus recitantur ex peculiari Apostolico privilegio. Apud nos iujusmodi Officia sunt sex, et sub ritu semiduplici con;essa. I. SS. Corporis Christi qualibet Feria quinta non mpedita. II. Immaculatæ Conceptionis B. M. V. quolibet iabbato pariter non impedito. III. Sacrorum Stigmatum i. P. N. Francisci prima cujusque Mensis die non impelita. IV. S. Matris Claræ semel quovis Mense aliqua die ıon impedita. V. S. Antonii Patavini semel in Mense ut upra. VI. S. Bonaventuræ Doctoris Seraphici semel item ı Mense ut supra. *Rubr. pecul. n.* 33. Quod vero ad præıtionem attinet postremorum quatuor Officiorum, nulla bligatio est attendendi in iis ordinem dignitatis. Nihiloiinus ad uniformitatem inter nos, quoad ejus fieri potest, ervandam, præferri poterunt hoc ordine. I. Officium Sac. tigmatum. II. S. Bonaventuræ. III. S. Antonii. IV. S. laræ: ita tamen, ut æque vicissim de omnibus fiat, non utem de uno pluries, neglectis ceteris. *Rubr. pecul. n.* 35.

3. Officia votiva concessa pro certa aliqua Feria, vel emel in Hebdomada aut Mense, si in Feria illa, Hebdoıada vel Mense impediantur, non transferuntur, sed prorus omittuntur, cum non sint Officia de præcepto, sed ad bitum, ac proinde nequeant transferri. *S. R. C.* 17 *Jun.* 679 *in una Hispaniarum ad* 1. Quamvis porro sint ad bitum, Clerici tamen (sive Sæculares sive Regulares) ui ad horas Canonicas obligantur, tenentur recitare Officia votiva, ex Indulto Apostolico concessa, si jussu Ordina-

rii (vel Superioris Regularis) apponantur in Kalendario diebus non impeditis. *S. R. C.* 23 *Maj.* 1835 *in Namurcen. ad* 10.

4. Sed enim dies impediti pro Officiis ejusmodi, etiam duplicibus, concessis pro diebus non impeditis, sunt 1.° omnes, quibus Officium duplex vel semiduplex de præcepto recitandum (comprehensis Officiis dierum infra Octavas quaslibet) vel occurrit vel reponi debet. *Rubr. pecul. n.* 34 *et S. R. C.* 7 *Sept.* 1680 *in una Ord. Canonic. Regul. Lateranensium,* 20 *Mart.* 1706 *Decr. gener.*, 31 *Aug.* 1839 *in Meliten. ad* 1 *et* 27 *Febr.* 1847 *in Collen.* 2.° Feriæ Adventus, Quadragesimæ, Quatuor Temporum, Vigiliarum cum et absque jejunio, Feria secunda Rogationum, et Feria illa, in qua juxta Rubricas reponi debet Officium Dominicæ anticipatæ, quamvis de hisce diebus nulla specialis mentio facta fuerit in Officiorum concessionibus, vel adsit contraria consuetudo, aut etiam concessio sit anterior Decreto generali anni 1706. *S. R. C.* 20 *Mart.* 1706 *Decr. gener.*, 16 *Febr.* 1781 *in una Ord. Carmelitarum Excalceator. ad* 12 *et* 14, *ac* 27 *Febr.* 1847 *in Collen.* 3.° Menses illi, quibus ex præcepto Officium celebratur de eodem Sancto, de quo Officium votivum semel in singulis Mensibus fieri concessum est. *S. R. C.* 5 *Octob.* 1697 *in Tarentina*, *et* 15 *Sept.* 1815 *in una Nullius Balneariæ ad* 5. Si vero Officium votivum occurrat in Feria, in qua similiter occurrit Festum ad libitum ; fas omnino est Officium ad libitum omittere, et votivum recitare, vel contra Officium ad libitum agere, et votivum prætermittere. *S. R. C.* 16 *Febr.* 1669 *in Corduben. Vide infra cap.* 4 *n.* 15.

5. An Officia votiva sint recitanda ut die Festi vel de Communi; an Lectiones secundi et tertii Nocturni semper legendæ sint de Festo aut de diebus infra illius Octavam, si habeat, cognoscendum est ex Decreto concessionis. *S. R. C.* 16 *Febr.* 1669 *in Corduben.* Attamen Lectiones primi Nocturni sunt semper de Scriptura occurrente, secundi et tertii Nocturni ut die Festi quoties aliæ expressim non assignantur in Decreto concessionis. *S. R. C.* 13 *Jun.* 1682 *in una Ord. Min. et Rubr. pecul. n.* 174. Officium votivum SS. Sacramenti agendum est uti exhibetur in Breviario Romano, nihil addito vel dempto. *S. R. C.* 12 *Aug.* 1854

in una Lucionen. ad 34. Excipitur tamen additio vel demptio, quæ ratione temporis Paschalis vel post Septuagesimam est præstanda, cum in Officiis etiam votivis servanda sit Rubrica hujusmodi temporum. *Rubr. pecul. n.* 166. Octava benedictio in Officiis votivis Sanctorum est *Cujus Festum colimus* etc.; non autem *Cujus commemorationem colimus*, vel alia. *S. R. C.* 13 *Febr.* 1666 *in una Romana et* 5 *Maj.* 1736 *in Einsidlen.* In Orationibus tamen si reperitur vox *Natalitia*, *Festivitas*, *Solemnitas* vel similis, ejus loco dicitur *Commemoratio* vel *Memoria*. *S. R. C.* 22 *Dec.* 1753 *in Vilnen. ad* 5. *Vide infra not.* 19 *Jan. n. IV.* In Missa Officii votivi dicitur quidem *Gloria*, non autem *Credo*, quamvis Officium votivum recitetur sub ritu duplici, ac foret de Domino N. J. Christo. *S. R. C.* 26 *Aug.* 1752 *in Gandicen. ad* 1 *et* 21 *Mart.* 1795 *in Colimbrien.* Missa Officii votivi SS. Sacramenti legitur ut in fine Missalis cum Orationibus tempori congruentibus. *S. R. C.* 12 *Jul.* 1664 *in una Romana ad* 3 *et* 18 *Jun.* 1689 *in Aquen. ad* 3. Quoad variationes quæ incidunt in Missis Officiorum votivorum ratione temporis etc., consule cap. 8 n. 17. Etsi Officia hæc celebrari nequeant in Adventu, uti jam præmonuimus, tamen si Votivum Immaculatæ Conceptionis B. M. V. in secundis Vesperis concurrat cum primis Vesperis primæ Dominicæ Adventus, de eo fieri debet usque ad Capitulum, et a Capitulo de Dominica cum illius commemoratione. *S. R. C.* 12 *Sept.* 1857 *in una Dubiorum ad* 13. Et sic in similibus.

De Officiis extra Patriam, Diœcesim vel Claustra recitandis

6. Episcopi, Canonici et alii Choro obstricti, ac Beneficiarii (si istorum Beneficium pro Titulo Ecclesiam habeat. *Vide cap.* 2 *n.* 17) semper tenentur ad Officium propriæ Ecclesiæ, etiamsi ex ea absint. *S. R. C.* 10 *Jul.* 1677 *in Cusentina ad* 3 *et* 12 *Nov.* 1831 *in una Marsorum ad* 50. Alii Sacerdotes et Clerici Sæculares ad horas Canonicas obligati, qui alibi domicilium figunt, aut pergunt animo figendi domicilium, aut etiam, juxta quosdam, ibi manendi majori anni parte; tenentur sequi Kalendarium Diœcesis,

ad quam divertunt, cum ejusdem subditi fiant. *S. R. C. 14 Maj.* 1672 *in Melphiten., Gav. sect.* 2 *c.* 2 *n.* 16, *et Caval. to.* 2 *c.* 43 *d.* 3 *n.* 15. Si vero extra Patriam vel Diœcesim versentur animo ad propriam Diœcesim redeundi, possunt quidem conformari Officio Loci, in quo morantur, sed non tenentur. *S. R. C.* 12 *Nov.* 1831 *in una Marsorum ad* 50. Nequeunt nihilominus præfati Clerici conformari Officiis Regularium, licet apud ipsos in eorum Conventibus quacumque de causa commorentur, nisi speciale adsit privilegium. *S. R. C.* 28 *Aug.* 1846 *in una Ord. Cisterciensium et* 7 *Maj.* 1847 *in una Ord. Carmelitarum Discalceatorum.*

7. Religiosus, obedientiæ Ministri Generalis totius Ordinis Minorum subjectus, extra Cœnobium suæ collocationis constitutus, debet Officium recitare juxta Kalendarium Cœnobii collocationis suæ, vel postremæ vel actualis, ex quo iter instituit. Id ipsum quoque servabit dum in aliquo sui Ordinis Conventu hospes consistet, si ultra triduum ibi manere non intendat (excepta die vel diebus, qua vel quibus Choro interfuerit). Quod si manserit ultra triduum, illico debebit sub finem tridui, seu a Vesperis diei tertiæ (etiamsi a Choro ob legitimam causam eximatur) Officium persolvere juxta Kalendarium illius Conventus, quamdiu ibi morabitur; proprium postea resumpturus Kalendarium, cum inde discesserit, incipiendo semper a Vesperis. Sui etiam Kalendarii præscriptum in recitatione Officii servabit, quoties contigerit, ut extra sui Ordinis Cœnobia diversetur. *Rubr. pecul. n.* 152 *et S. R. C.* 16 *Apr.* 1853 *in una Ord. Min Observ. ad* 2. Religiosus autem ex alio Ordine videtur non eximi in itinere ab observando Kalendarium Cœnobii, ex quo discessit; at quamdiu constiterit in altero Cœnobio ejusdem Ordinis, etsi ad tempus, hujusce Cœnobii Kalendario ei utendum est. *S. R. C.* 31 *Aug.* 1839 *in una Ord. Capuccinorum ad* 1 *et* 25 *Sept.* 1852 *in una Ord. Minimorum S. Francisci de Paula.* Divini tamen verbi Præcones ex Ordine Capuccinorum, qui tempore Quadragesimæ commorantur extra Cœnobium, ex peculiari dispositione S. R. C., in divino Officio se conformare debent ad Provinciæ Kalendarium absque ullo discrimine pro omnibus quolibet anno exten-

n. *S. R. C.* 31 *Aug.* 1839 *in una Ord. Capuccinorum*, *ex declaratione facta in una Ordinis Minorum de Obser-* *ıtia* 16 *Apr.* 1853 *ad* 2.

8. Si aliqua de causa Religiosus professus migret ad ;culum, tenetur Officium persolvere juxta Kalendarium i Ordinis, etiamsi effectus sit Parochus. *S. R. C.* 23 *Maj.* 46 *in Tudent. ad* 5. Ecclesiastici vero Sæculares in ter-ım Ordinem Franciscanum cooptati, si sint de gremio ıcujus Ecclesiæ, illiusque Choro quocumque ex titulo dicti, recitare debent Officium ex hujusce Ecclesiæ Kalen-ırio, licet morentur alibi, ut supra n. 6 dictum est. Sin ro de gremio quidem sint, sed Choro neutiquam adstri-i, uti possunt Kalendario et Breviario nostri Ordinis. *ıbr. pecul. n.* 155.

CAPUT IV.

DE OCCURRENTIA SEU TRANSLATIONE FESTORUM

1. Occurrentia tunc censetur adesse, quando duo (vel plura) Officia in unam eamdemque diem simul incidunt. Si ex hisce duobus Officiis neutrum per solam commemorationem aptum natum sit expleri (juxta dicenda cap. 6. n. 2), tunc exurgit Translatio, per quam alterum ex iisdem dimittitur, donec die quamprimum libera resumatur.

2. Ut dignoscatur quodnam ex præfatis Officiis sit retinendum, quodnam ad aliam diem amandandum, sequentes qualitates ob oculos habeantur; ipsæ enim Officio cui inhærent prælationem tribuunt præ alio, hoc ordine:

I.° Ritus altior; exceptis tamen Dominicis privilegiatis primæ classis, Vigiliis Nativitatis Domini et Pentecostes, die Circumcisionis, die Octava Epiphaniæ, Feria IV Cinerum, tota majori Hebdomada et diebus infra Octavas Paschæ et Pentecostes, quæ nulli Officio cedunt, licet inferiore potiantur ritu. *Rubr. gen. tit.* 10 *n.* 1. Item exceptis Dominicis privilegiatis secundæ classis, diebus infra Octavam Epiphaniæ et die Octava Corporis Christi, quæ non cedunt nisi duplicibus 1 classis. *Tabella occurrentiæ, Rubr. pecul. n.* 73 *et* 111 *ac S. R. C.* 26 *Nov.* 1735 *in Hispalen. ad* 6. Rursum excipitur dies Octava communis, quæ cedit tantum Festis duplicibus primæ aut secundæ classis. *Rubr. gen. tit.* 10 *n.* 2 *et S. R. C.* 29 *Nov.* 1856 *in una Congreg. Barnabitarum.* Verumtamen si dies Octava communis (nisi sit Domini) et Festum occurrens sint de uno eodemque, v. gr. de B. M. V., tunc Officium fit de Festo, quamvis sit tantum duplex majus, et nihil de Octava (*).

(*) Auctor cujusdam Dissertationis in Rubricas Breviarii Romæ editæ an. 1859 typis R. Cameræ Apost., asserit in occurrentia diei Octavæ cum Festo duplici majori de uno eodemque Sancto, v. gr. de eadem B. M. V., agendum esse Officium de

S. R. C. 15 *Sept.* 1685 *in una Urbis*, 12 *Sept.* 1840 *in una Ord. Excal. SS. Trinitatis ad* 2, 22 *Jul.* 1848 *in Senen. ad* 2 *et* 17 *Sept.* 1853 *in Aretin. ad* 4, *ac Caval. to.* 2 *c.* 18 *d.* 8 *n.* 2 *et* 3. Si Festum altioris ritus habeat Octavam, ipsa quoque præfertur Octavæ alterius Festi inferioris ritus, etsi majoris foret dignitatis. *S. R. C.* 11 *Mart.* 1820 *in Mazarien. ad* 5. *Vide etiam cap.* 2 *n.* 33.

II.* Officium Festi primarii præ secundario cujuscum-

---

die Octava, Festum vero transferendum; eo quod Decretum diei 15 Sept. 1685 in una Urbis, quo præcipitur ut occurrente Festo SS. Nominis Mariæ in die Octava Nativitatis ejusdem, fiat de Festo et nihil de Octava, contrahitur ad casum omnino singularem, ac proinde pro aliis casibus similibus nihil admodum inservit. — Resp. negando. Decretum quippe diei 12 Sept. 1840 in una Ord. Excal. SS. Trinitatis ad 2, in occurrentia diei Octavæ SS. Nominis Mariæ cum Festo VII Dolorum ejusdem Deiparæ, præscribit: « servandam *regulam* assignatam pro die Octava Nativitatis B. M. V. incidente in Dominicam, ut in una Urbis diei 15 Sept. 1685 », idest celebrandum esse Festum VII Dolorum, Octavam vero SS. Nominis prætermittendam: ex quo palam fit, Decretum diei 15 Sept. 1685 in una Urbis non referri ad casum prorsus singularem, sed contra pro similibus casibus regulam præbere. Id ipsum præterea confirmatur recentioribus Decretis, nempe diei 22 Jul. 1848 in Senen. ad 2, et 17 Sept. 1853 in Aretin. ad 4, quibus nempe indicitur ut occurrente Festo B. M. V. de Mercede, SS. Rosarii vel Patrocinii in die Octava VII Dolorum, Officium de Festo peragatur ac nihil fiat de Octava. De duobus enim Officiis, ait Cavalerius (*to.* 2 *c.* 18 *d.* 8) ad eamdem Deiparam attinentibus, satius adjudicavit S. R. C. illud ex iisdem celebrandum, quod est altioris ritus et solemnius, ut sic occurrenti solemnitati etiam Divinum respondeat Officium. Quæ præscriptio, subjungit idem Auctor (*l. cit.*), in aliis etiam similibus casibus servanda erit, quoties Festum sit ex iis, quæ diem aliquam Octavæ vel hujus commemorationem instituta sunt perimere, quod evenit quando Festum et Octava sunt de uno eodemque Sancto; tunc enim undequaque currit paritas, ac proinde eadem præfatorum Decretorum dispositio. Superest igitur ut denuo colligamus, occurrente Festo ritus dup. majoris in die Octava de uno eodemque Sancto, oportere ut de Festo totum fiat, nihil de Octava.

que sit dignitatis (*). *S. R. C.* 3 *Apr.* 1821 *in una Orbis*, 7 *Dec.* 1844 *in una Venetiarum ad* 1, 22 *Jul.* 1848 *in Senen. ad* 3, 29 *Mart.* 1851 *in Mediolanen. ad* 9, *et* 16 *Apr.* 1853 *in una Ord. Min. de Observ. ad* 2 *q.* 1. In Festis enim secundariis, etiam insigni dignitate præditis, quanquam si simul occurrant, præferatur dignius: tamen si occurrant cum Festis primariis, istis cedunt Officium, utcumque sint inferioris dignitatis objectivæ; quia Festa primaria et secundaria non sunt ejusdem classis, sed illa spectant ad classem superiorem præ istis, ut eruitur ex Decreto S. R. C. diei 26 Martii 1859. Quocirca sicut non attenditur dignitas quando Festa non sunt ejusdem ritus; ita nec perpendi debet cum Festa non sunt ejusdem classis; proinde occurrente Festo primario, nullam licet insignem obtinente objectivam dignitatem, cum Festo secundario quamvis ejusmodi dignitate prædito, oportet ut illud, utpote superioris classis, isti anteferatur (**). Secundaria porro sunt Festa SS. Nominis et

(*) Dummodo peculiare non habeatur Indultum, quod expresse declarat Festum aliquod licet secundarium non cedere *in occurrentia* nisi Festis altioris ritus, ut circa Officia Passionis S. R. C. interdum fecit. *S. R. C.* 11 *Sept.* 1847 *in una plurium Diœc. ad* 2.

(**) Ex quo S. R. C. plurimis quæstionibus sibi propositis de quorumdam Festorum, quæ secundaria sunt, occurrentia cum Festis primariis inferioris dignitatis objectivæ constanter respondit, primaria illa esse secundariis præferenda, communis sententia est, eamdem S. R. C. id voluisse per sua responsa constituere, ut omnia scilicet Festa ratione sui primaria in æqualitate ritus semper secundariis anteferantur cujuscumque hæc dignitatis objectivæ sint; ideoque subdivisisse in duas classes subalternas unamquamque ex tribus prioribus classibus duplicium jam præexistentibus; ponendo nimirum in respectiva classe subalterna superiori Festa primaria, tamquam duplicia primaria; et in classe subalterna inferiori Festa secundaria, tamquam duplicia secundaria. Quæ sententia confirmationem obtinet a Rubricis nostris peculiaribus a S. Sede adprobatis, quæ (n. 80 et 127) nempe quoad prælationem universim præscribunt in Festis secundariis Sanctorum minime attendendam esse dignitatem etiam insignem. Contra Auctor, a cujus opinione, ceu falsa, in præce-

SS. Cordis Jesu, SS. Redemptoris, Inventionis et Exaltationis S. Crucis, Orationis D. N. J. Christi in Monte Oliveti, Commemorationis Passionis, SS. Sindonis, Pretiosissimi Sanguinis, Quinque Vulnerum, Coronæ Spineæ, et similia; item Festa SS. Nominis et SS. Cordis Mariæ, Maternitatis, Puritatis, Consolationis, Succursus, Gratiarum, Patrocinii

---

denti annotatione (*pag.* 46) abscessimus, contendit, S. R. C. per responsa illa seu Decreta sibi quidem proposuisse subdividere in duas classes subalternas unamquamque ex tribus primis classibus duplicium, ita ut si antea habebantur quatuor tantum classes duplicium, nempe primæ classis, secundæ classis, duplicia majora et duplicia minora; nunc habeantur septem, videlicet: I. Duplicia primaria 1 classis. II. Duplicia secundaria 1 classis. III. Duplicia primaria 2 classis. IV. Duplicia secundaria 2 classis. V. Duplicia majora primaria. VI. Duplicia majora secundaria. VII. Demum duplicia minora; sed nunquam statuere voluisse ut omnia indiscriminatim Festa primaria ratione sui forent semper duplicia primaria, nec vicissim omnia Festa secundaria duplicia secundaria. Ex qua opinione præfatus Auctor asserit *illa tantum* Festa esse duplicia primaria (et per consequens in æqualitate ritus secundariis præferenda), quæ spectant ad certam classem per expressum Rubricæ dispositionem; duplicia vero secundaria esse reliqua Festa, quæ spectant ad certam classem non per expressam Rubricæ dispositionem, sed ex S. Sedis concessione, vel per legitimam consuetudinem Bullæ Pianæ anteriorem; nisi ex ipsa consuetudine, vel ex particularibus S. Sedis concessionibus colligi forte posset, eadem Festa recenseri debere inter duplicia primaria illius classis. Sed hæc opinio non videtur amplectenda. Ex ipsa enim sequeretur, Festa Immac. Conceptionis et Visitationis B. M. V., S. Joseph Sp. ejusd. B. M. V., S. Stephani Protom., Ss. Innocentium, S. Joachim Patris, et S. Annæ Matris B. M. V. non amplius fore nisi duplicia secundaria, quia non reperiuntur in Rubricis *Tit. IX de Commem.* ab Urbano VIII recognitis, post quem nulla additio (quæ quidem innotuerit) a legitima auctoritate Rubricis generalibus Breviarii facta est. Item Festa omnia Ecclesiarum, Diœcesium et Ordinum Regularium propria, exceptis dumtaxat Festis Dedicationis et Titularium propriarum Ecclesiarum ac Patronorum Locorum respective, non essent nisi duplicia secundaria; quia similiter ritus, quem habent, ipsis non competit ex ulla expressa Rubricæ dispositione. Ecquis porro hæc

et Expectationis Partus ejusdem B. M. V., rursum Carmeli, Boni Consilii, ad Nives, de Mercede, SS. Rosarii, de Caravagio, de Ulmo, de S. Luca, nec non Imaginum Deiparæ insignium miraculo motionis oculorum, Translationis almæ Domus Lauretanæ, Auxilium Christianorum, et similia; præterea Festa Apparitionis S. Michaelis Archangeli, Decolla-

---

admittere queat? Nec juvat quod Auctor Dissertationis adjungit: « Nisi forte ex legitima consuetudine vel ex particularibus S. Sedis concessionibus colligi possit eadem Festa recenseri debere inter duplicia primaria respectivæ classis »; quia si distinctio Festorum in duplicia primaria et secundaria est recens, ut ipse fatetur, adeo ut antea duplicia 1 classis fore omnia indistincte unius et ejusdem classis, non secus ac duplicia 2 classis et duplicia majora, quomodo, quæso, antecedentia Decreta et Indulta, quæ Festa illa respiciunt, palam facient quænam ex ipsis recenseri debeant inter duplicia primaria, quænam inter secundaria juxta recentem distinctionem? Si Festa illa sine discrimine adscripta erant suæ quæque classi, quæ tunc extabat, profecto Decreta et Indulta interpretari nemo potest, nisi juxta principia quæ tunc vigebant; quare cum il- temporis distinctio Festorum in duplicia primaria et secundaria esset prorsus ignota, liquet, ex præfatis Decretis et Indultis nequaquam erui posse aliqua Festa spectare ad duplicia primaria, alia ad secundaria. Decreta vero recentiora ne ullum *quidem* verbum faciunt de duplicibus primariis et secundariis, sed agunt tantum de Festis primariis et secundariis ratione sui. Restat ergo ut hoc effugium Auctorem Dissertationis non juvet; præterquamquod in praxi res tota adeo foret ambigua, ut nihil magis.

Ex opposito prima sententia est facilior in praxi, quia Festa secundaria saltem magis principalia sunt omnibus nota; est rationabilior theoretice, quia rationi plus consonat ut in æqualitate ritus præferatur Festum primarium secundario, quam e converso; est tandem communius probata, quia, ipso Auctore Dissertationis testante, fere ab omnibus recipitur; et præcipua incommoda, quæ idem Auctor oriri censet ex hac sententia, non sunt nisi apparentia.

Ac 1. noster Auctor inconveniens esse ait, Festa primaria recentiora in æqualitate ritus Festis secundariis antiquioribus anteferri recensitis in Tabella duplicium majorum, quæ antea semper præferebantur. — Resp. ejusmodi inconveniens pro nihilo

tionis S. Joannis Baptistæ, utriusque Cathedræ S. Petri, ejus Vinculorum, Conversionis S. Pauli, S. Joannis ante portam Latinam, sacrorum Stigmatum S. P. Francisci, Inventionis et Translationis Sanctorum, Dedicationis et Titularis Ecclesiæ non propriæ, et cetera similia. *Rubr. pecul. n.* 127, *S. R. C.* 1 *Sept.* 1838 *in una Congreg. SS. Redemptoris*

---

habitum esse a S. Sede cum probavit nostras peculiares Rubricas, ubi (n. 127) utraque Cathedra S. Petri, Conversio S. Pauli etc. expresse adnumerantur inter Festa secundaria, in quibus, ut supra dictum est, quoad prælationem non attenditur dignitas quamvis insignis. Præterea Festa in illa Tabella notata, elevata quidem fuerunt a Clemente VIII a ritu duplici minori ad ritum duplicem majorem; sed hic ritus ipsis non congruit ex ulla explicita Rubricæ dispositione, cum in corpore Rubricarum nulla de illis mentio fiat; ac per consequens juxta Auctoris nostri systema connumeranda forent inter duplicia secundaria. Insuper titulus eorumdem in Tabella est: *Duplicia majora per annum, quæ duplicibus minoribus præferuntur.* Si ergo Tabella non præfert ea nisi duplicibus minoribus, hinc validum argumentum elicitur, non item illis super alia duplicia majora prælationem semper esse tribuendam, quemadmodum vult Auctor Dissertationis.

2. Idem Auctor urget, quod si Festa omnia primaria essent quoque duplicia primaria, et Festa secundaria semper duplicia secundaria, id sequeretur absurdi ut Festum Corporis Christi, utpote secundarium, quia inclusum Feria V in Cœna Domini, in occursu vel concursu cum Festo Nativitatis S. Joannis Baptistæ huic cederet Officium vel Vesperas respective contra atque expressim decernit Rubrica Tit. IX n. 1. — Resp. negando suppositum, nempe Festum Corporis Christi secundarium esse, quippe cum non repetitio sit quidem Festi peracti Feria V in Cœna Domini, sed illius complementum, ut eruitur ex Lectionibus 2 Nocturni Feriæ 6 infra Octavam ejusdem Corporis Christi, ubi legitur: « Etsi in die Cœnæ, quando Sacramentum prædictum noscitur institutum, inter Missarum solemnia de institutione ipsius specialis mentio habeatur; totum tamen residuum ejusdem diei Officium ad Christi passionem pertinet, circa cujus venerationem Ecclesia illo tempore occupatur. Ut autem *integro* celebritatis Officio institutionem tanti Sacramenti recoleret plebs fidelium; Romanus Pontifex Urbanus IV.... statuit præfatæ institutionis memoriam prima quinta Feria post Octavam Pentecostes

ad 4, 7 *Dec.* 1844 *in una Venetiarum ad* 1, *et* 24 *Maj.* 1856 *in una Ord. Min. Observ. ad* 3, *ac Caval. to.* 1 *c.* 3 *d.* 15 *n.* 15 *et seqq.* Verum si aliquod ex præfatis Festis gaudeat alicubi prærogativa Patroni principalis Loci vel Titularis Ecclesiæ, tunc illius dignitas non erit negligenda, cum ibi considerari nequeat uti secundarium. *Guyetus*

---

a cunctis fidelibus celebrari »; proinde Festum hoc ejusdem est qualitatis ac illud, cujus est complementum. Quod confirmo a simili, sic argumentando: certum est Festum S. Pauli Apostoli simul celebrari cum S. Petro die 29 Junii; sed quia Ecclesia eo die fere ex toto occupatur in laudibus S. Petri, idcirco Festum instituit sub nomine Commemorationis S. Pauli in complementum ipsius Festi pridie non integre celebrati; hoc vero Commemorationis Festum expressim a nostris peculiaribus Rubricis (n. 125) recensetur inter primaria, uti eruitur etiam ex Oratione, in qua dicitur: *Cujus natalitia colimus*, quæ verba sane Festum esse primarium indicant. Ergo quemadmodum Festum Commemorationis S. Pauli, licet alterius complementum, tamen est primarium, ita id ipsum a pari sentiendum de Festo Corporis Christi. Propterea alterum incommodum quod objicit Auctor Dissert. prorsus evanescit utpote ortum a falso supposito. Huc adde quod Festum Corporis Christi est privilegiatum. *Rubr. post Tabell. occurrentiæ n.* 1.

3. Instat idem Auctor, occurrente vel concurrente *Titulari* propriæ Ecclesiæ cum alio Festo duplici 1 classis, v. gr. cum Titulari Ecclesiæ Cathedralis, si primum foret Festum secundarium, et alterum primarium, quia Festa nequeunt naturam mutare ac de primariis evadere secundaria, et vicissim, ex nostra sententia id sequi ut illud etiam in Ecclesia propria huic cedere deberet Officium vel Vesperas, quod cum Rubricis pugnaret et communi sensu. — Resp. negando itidem suppositum, Festa nempe primaria nullo sub respectu fieri posse secundaria, et e converso. Nam cum secundarium aliquod est Titulare propriæ Ecclesiæ, etsi tale sit ratione objecti, non est tamen ratione Tituli; convenit quippe inter omnes, Titulare propriæ Ecclesiæ per se, nempe independenter ab ejus objecto, Festum esse primarium. Sic enim simpliciter et sine ullo additamento declaratur a S. R. C. (*die* 31 *Martii* 1821 *in una Orbis ad* 2); et Gujetus (*lib.* 1 *c.* 8 *q.* 10) expresse docet Titulare esse primarium etiam cum ipsius objectum secundarium est. Contra Titulare Ecclesiæ Cathedralis quoad eos, qui Ecclesiæ

1 *c.* 8 *q.* 10. Item unicum, quod cujuspiam Sancti Fe-
ı agitur, procul dubio secundarium esse nequit, sed
per erit primarium.

III.ª Dignitas insignis, qua eminent Festa quædam hoc
ne: 1.° Festa Domini. 2.° Deiparæ Virginis. 3.° Ss. An-
rum. 4.° S. Joannis Baptistæ. 5.° S. Joseph Sponsi B.
. 6.° Ss. Apostolorum et Evangelistarum. Hæc prælatio

---

on sunt strictim addicti, etsi queat ratione objecti prima-
esse, ratione tamen Tituli, sub quo tantum respectu (ut
upponitur) ab illis celebrandum est Officium et quidem
luplici 1 classis, non est nisi secundarium utpote Titulare
siæ non propriæ; quemadmodum rursum declaravit S. R.
!ie 24 Maji 1856 *in una Ord. Min. Observ. ad* 3) quoad
m Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis ab iis agendum, qui
ı non sunt obstricti. Ergo dantur casus, in quibus Festa
ıria evadunt secundaria, ac vicissim; ideoque cessat in-
ıodum quod adversarius comminiscitur.

ɔncludit demum ille Auctor hoc pacto si S. R. C. statuere
set ut primaria Festa semper forent etiam duplicia pri-
, alia vero forent semper duplicia secundaria, uti nos pro-
ımus, propriam sane coarctasset auctoritatem; illa enim in
ypothesi nunquam posset Festum secundarium adnumerare
duplicia primaria, neque e converso; atqui hoc absonum
est. Tum quippe illa facere posset majus, non autem mi-
nempe posset elevare duplex a classe fundamentali infe-
ad classem fundamentalem superiorem, v. gr. a ritu du-
2 classis ad ritum duplicem 1 classis; non posset vero
'e duplex a classe subalterna ad classem alteram pariter
ernam; quod implicat. — Resp. omnia hæc in irritum
ı ex antecedenti responsione. Nam cum ibi probatum sit
n secundarium evadere posse primarium, et quidem lege
'a; jam simul patuit, Festum secundarium adnumerari
inter duplicia primaria, seu a classe subalterna inferiori
'e ad classem subalternam superiorem. Præterea S. R. C.
semper et quavis in hypothesi potestatem retinet privilegiis
li quæcumque Festa, ac efficere pro lubitu suo ut Festum
larium præferatur reliquis Festis ejusdem ritus quantumvis
riis et solemnioribus ? Nonne alicubi ejusmodi privilegio
itum est Festum secundarium SS. Cordis Jesu ? Nonne ex
ːgio in Ecclesia universali Festum pariter secundarium
n Dolorum B. M. V., licet sit duplex majus, Festis omni-

dignitatis in occurrentia vim obtinet etiam in cujusvis primarii Festi die Octava et infra Octavam, nec non in Festis semiduplicibus. *Rubr. pecul. n.* 80. Quoad Festa secundaria vide clausulam II. præcedentem, et c. 2 n. 33.

IV.* Solemnitas, qua Festum in particulari Ecclesia, sive communiter cum aliis Loci Ecclesiis sive peculiariter, celebretur, non modo magna, sed et mediocris, atque etiam

---

bus antefertur, quæ non sunt duplicia 1 aut 2 classis? Nec valet reponere, id non ex privilegio evenire, sed quia Festum illud est duplex primarium, ut asserit Auctor Dissertationis, namque hoc in casu cederet occurrenti Festo primario Domini utpote digniori, quod tamen Decreta et Auctor ipse minime concedunt; restat ergo ut id tantum ex privilegio fiat, quia nempe derogatio intervenit legis generalis Occurrentiæ. Verum enimvero hoc privilegio tantummodo decoratum arbitror Festum Dolorum Feria 6 post Dominicam Passionis celebrandum; non item aliud mense Septembri; quia etsi primævum Decretum concessionis id statuat, posteriora tamen aliter disponunt. Et sane Decretum generale diei 19 Augusti 1817, quamvis declaret Festum Dolorum in Dominica 3 Septembris præferri Festis duplicibus majoribus quibuscumque, attamen hoc privilegium adimit in casu translationis; subjungit enim « per modum regulæ generalis, quod impedita Dominica 3 Septembris ob occursum Festi ritus duplicis 1 vel 2 classis, vel diei Octavæ Patroni, Titularis, Dedicationis etc., præfatum Festum Dolorum transferri debeat in proximiorem Dominicam, etiamsi incidat cum Festo ritus duplicis minoris, dummodo non sit dies Octava Patroni, Titularis, Dedicationis etc. »; ergo si incidat in Festum duplex majus, Festum Dolorum B. M. V., uti per se liquet, erit ulterius transferendum. Decretum vero diei 29 Martii 1851 in Volaterrana universim constituit: *Officium Septem Dolorum transferendum in sola occurrentia* (nota) *æqualis vel superioris ritus,* aut diei Octavæ, utpote in occurrentia æquivalentis duplici 2 classis. Sed hoc obiter dictum esto. Rediens itaque ad quæstionem, affirmo S. R. Congregationem admittendo sententiam quam tuemur, nullo prorsus modo auctoritatem propriam coarctasse, uti contendit Auctor Dissertationis; ac proinde penitus tolli paradoxum et absurdum quod ille objectat.

Ex hisce argumentis mihi liceat inferre amplectendam esse priorem sententiam, alteram plane deserendam. Verumtamen rem totam sapientum judicio ultro libensque remitto.

exigua. Ad hoc genus postremum pertinent obligatio ex Superioris præcepto audiendi Sacrum (*), Octava, aliquis populi concursus, Indulgentia plenaria, Supplicatio non solemnis, sed ordinario ritu peracta, publicus alicujus partis Officii præter solitum cantus etc. Quod si in Ecclesia illa vel utrumque ex occurrentibus Festis colitur solemnitate magna, vel utrumque solemnitate inferioris ordinis; illud anteferetur quod ibi agitur solemnius. *Rubr. pecul. n.* 81 *S. R. C.* 5 *Maj.* 1736 *in Einsidlen. tit. de Transl. in fine,* 11 *Jan.* 1749 *in una Ord. Excal. S. Augustini ad* 4 *et Caval. to.* 2 *c.* 26 *d.* 4. Quocirca principalis Patronus Loci, utpote festivus de præcepto, ac S. Joachim æque festivus (ideo translatus in Dominicam infra Octavam Assumptionis B. M. V., ne Festa de præcepto multiplicarentur), præferen-

(*) Hic opportune animadvertimus, recitandum esse quoque a Regularibus Officium de quovis Festo, cui obligatio adnexa sit audiendi Sacrum, etsi ob Apostolicam Festorum imminutionem sublatum fuerit præceptum a servilibus abstinendi. Id nihilominus intelligi opus est de Festo cum Officio novem Lectionum vel ex speciali (nulla licet de Regularibus mentio fiat) vel ex generali aliquo S. Sedis, vel præcepto vel indulto. Persolvendum porro erit illud Officium eodem ritu, quo agitur a Clero Sæculari. Sin vero ea die occurrat ex præcepto in Regularium Kalendario Officium aliud juxta occurrentiæ regulas præferendum; tunc locale Officium omittitur. *Rubr. pecul. n.* 25, *et S. R. C.* 5 *Maj.* 1736 *in Einsidlen. tit. de Transl. ad* 5. Verumtamen si in Loco, ubi morantur Regulares, duo extent principales Patroni, sive universales sive particulares, legitime constituti, et ambo colantur cum feriata die pro populo, ut hac de causa agi nequeat a Regularibus Officium de secundo Patrono, oportet feriatam diem non inductam quidem esse ex consuetudine, quæ nimirum per Bullam *Universa* Urbani VIII diei 15 Sept. 1642 nulla obligandi vi pollet; sed vel ex mandato aut indulto S. Sedis edito post præfatam Bullam, vel ex præscripto Episcopi item post annum 1642, quod tamen ex alia plane causa quam ex illius Sancti Patronatu indictum et impositum sit; quippe cum per illam Urbani Bullam unius dumtaxat principalis Patroni in quocumque Regno aut Provincia, et alterius tantum principalis in unaquaque Civitate, Oppido vel Pago, festa dies de præcepto a populo celebrari permittatur. *Vide c.* 2 *n.* 23 *et* 24.

tur in occursu, prior quidem Titulari propriæ Ecclesiæ, alter vero S. Rocho æqualis ritus (apud nos), nisi in primo casu obstet quoad Titularem insignis dignitas, vel in casu utroque solemnitas major, ut supra. *Rubr. pecul. n.* 82.

V.ª Festi proprietas; quæ si in utroque inest ex Festis occurrentibus, illud præfertur, quod est magis proprium. Primum v. gr. locum obtinet Officium peculiare propriæ Ecclesiæ; secundum, Ordinis seu Religionis; tertium, Diœceseos; quartum, Nationis; postremum denique locum, Officium Ecclesiæ universalis. *S. R. C.* 23 *Jun.* 1736 *in Einsidlen. ad* 1 *et* 29 *Jan.* 1746 *in Panormitana.* Itidem Officium Civitatis antefertur Officio Diœcesis; Officium Provinciæ Officio Nationis. *Rubr. pecul. n.* 83. Si ex duobus Officiis, quæ spectant ad eamdem classem Officiorum cujuspiam Ecclesiæ (quia nempe utrumque peculiari aliquo titulo v. gr. specialis Indulti, insignis Reliquiæ, aut alio simili, seu ambobus communi, seu diverso, in ea Ecclesia celebratur), unum insuper pertineat ad classem aliam, ut ad Officia Religionis; alterum vero ad nullam classem, vel ad aliam, aliasve inferiores, v. gr. ad Officia Diœcesis vel Nationis, vel utriusque, aut simul etiam ad Officia universalis Ecclesiæ; illud erit huic anteferendum in occupatione diei. Idem dic de duobus Officiis Religionis, vel Diœcesis, vel Nationis (quæ scilicet ambo speciali, seu specialibus titulis, ut supra, in Religione, vel Diœcesi vel Natione potiuntur); si unum ad aliam sequentem classem, alterum ad aliam, aliasve inferiores, vel ad aliam nullam pertineat. *Rubr. pecul. n.* 84. Verum quamvis ex verbis, quæ superiorem parenthesim citatæ Rubricæ consequuntur, innui videatur omnia indiscriminatim Officia particularia magis universalibus esse præferenda; id tamen de illis dumtaxat Officiis censendum est, quæ specialem attinentiam seu relationem ad Ecclesiam, Ordinem aut Locum habent; cujusmodi sunt, quoad Ecclesiam particularem, Officia Dedicationis, Titularis et Reliquiæ insignis inibi asservatæ: quoad Ordinem, Officia Sanctorum, qui eam Religionem professi sunt, et in ea pie constanterque ad obitum perseverantes, sacrum apud posteros cultum publico Ecclesiæ judicio meruerunt; vel qui, extranei licet, affinitate aliqua, aut alio quovis nexu ad

ipsam Religionem seu Congregationem utcumque pertinere noscuntur. *Guyetus lib. 1 c. 14 q. 4*: tandem quoad Diœcesim, Nationem et alia Loca, Officia illorum Sanctorum (ultra Patronos), qui vel ortu vel occubitu, aut insigni commoratione, præcipuo aliquo munere, advectione sacrarum Reliquiarum, invectione Fidei, ejusdem promotione et dilatatione, signis, virtutum exemplis, doctrina, miraculis, aut gratia aliqua inibi fuerunt illustres, ac habentur præ ceteris ut particulares patroni, in necessitatibus a populo assolent invocari, atque ad respectiva Loca peculiarem quamdam habent attinentiam ac cultum, nec non connaturalem solemnitatem et celebritatem sibi inibi vindicant, vi cujus specialem populi requirunt affectum. *Caval. to.* 2 c. 26 *d.* 8 *n.* 3. Officia vero, quæ alicubi ex speciali Indulto recitantur, quin ulla intersit ad Ecclesiam, Ordinem, aut Locum relatio, quemadmodum sunt quæ ex speciali devotione, communicatione privilegiorum (ubi est concessa), vel alio extraneo titulo aguntur, nulla ex capite Proprietatis gaudent prælatione. Quapropter S. R. C. (*die 31 Martii* 1821) declaravit, Officia specialiter concessa Congregationi SS. Redemptoris non esse consideranda tamquam propria Ordinis, et in æqualitate ritus non esse præferenda in occurrentia Sanctis Kalendarii Diœcesani, quo illa Congregatio utitur.

VI.ᵒ Natalitia dies. In hac alterutrum occurrentium Festorum præponitur alteri, cui dies illa est solummodo assignata. *Rubr. pecul. n.* 85, *S. R. C.* 5 *Maj.* 1736 *in Einsidlen. tit. de Transl. ad* 3 *et Caval. to.* 1 *c.* 9 *d.* 13 *n.* 4 *et* 5.

VII.ᵒ Dignitas exigua, quam habet Martyr Pontifex præ Martyre tantum, Martyr præ Confessore, Papa præ Episcopo, Episcopus præ Confessore tantum, Confessor præ Virgine, licet Martyre, Virgo et Martyr præ Virgine tantum, Martyr non Virgo præ Vidua tantum. *Rubr. pecul. n.* 86 *et Caval. to.* 2 *c.* 26 *d.* 11 *n.* 1.

VIII.ᵒ Recitationis Officii major antiquitas. In dubio autem de majori, minorive antiquitate, præfertur illius Officium, qui prius ex hac vita migravit. *Rubr. pecul. n.* 87.

Ex hisce qualitatibus subsequens quælibet nihili prorsus penditur, nisi cum præcedentes in Officiis occurren-

tibus sunt omnino æquales, vel respective nulli eorum conveniunt. Alioquin Officium, in quo aliqua ex antecedentibus qualitatibus major inest, omnino anteferendum est, quantumcumque qualitas subsequens, vel subsequentes, etiam simul omnes, præcellant in altero Officio, aliisve, in quibus præcedens illa minor est, vel deest. Sic v. gr. insignis dignitas nullo modo perpenditur, nisi æqualis sit ritus et classis. Sic pariter solemnitatis nulla penitus ratio habetur, nisi tum æqualis sit ritus et classis, tum æqualis, vel nulla insignis dignitas. Idem de aliis supradictis qualitatibus sentiendum est. *Rubr. pecul. n.* 88 *et Caval. to.* 2 *c.* 26 *d.* 11 *n.* 3 *et* 4.

De repositione Festorum

3. Quando plura Festa sunt simul transferenda, ordo translationis desumitur a præcedentia, quam habent Festa in Vesperis (*Rubr. pecul. n.* 90 *et Caval. to.* 2 *c.* 27 *d.* 1 *n.* 6); dummodo non sit ratione solemnitatis, quæ in ordine translationis non est attendenda. *S. R. C.* 20 *Sept.* 1806 *in Brixien. ad* 15. Quare prius reponi debent Festa majoris ritus. Deinde Festa primaria majoris dignitatis insignis. Postea Festa primaria absque insigni dignitate (dummodo sint saltem duplicia majora), eo ordine quo in proprio Kalendario sunt descripta (cum sint inter se æqualia); quod si ab eadem die transferantur, eo reponuntur ordine, qui in clausula V.ª de Festi proprietate præscribitur. Exinde Festa secundaria majoris dignitatis insignis. Postremo Festa secundaria sine dignitate insigni, ordine paulo ante declarato. Festa vero duplicia minora et semiduplicia, in paritate ritus, reponuntur sine ulla distinctione eo ordine quo erant celebranda propriis diebus, quin aliud quippiam attendendum sit, exceptis Festis Commemorationis S. Pauli et Ss. Angelorum Custodum, nec non Raphaelis et Gabrielis, quæ prælatione gaudent præ Festis ejusdem ritus. *Rubr. gen. tit.* 10 *n.* 7 *et pecul. n.* 91 *ac Caval. to.* 2 *c.* 27 *d.* 5. *Vide etiam infra c.* 5 *n.* 2 *III.°*

4. Dies porro, in quibus eadem Festa reponi possunt, et (dempto casu de quo infra n. 15) etiam debent, sunt solummodo I°, illi, qui Festa ipsa subsequuntur usque

ad anni exitum, videlicet usque ad trigesimam primam Decembris, quibus nempe nullum occurrat Officium duplex vel semiduplex, vel simplex alicujus ex Feriis privilegiatis duplicia excludentibus. *Rubr. pecul. n.* 89 *et* 92 *ac Caval. to.* 1 *c.* 6 *d.* 5 *n.* 15. II.° Dies infra Octavas communes seu non privilegiatas, quibus de Octava agendum foret; sed id tantum intellige quoad translata duplicia, non autem quoad semiduplicia, nisi in tribus casibus ut infra n. 5. Dies vero illa infra Octavam Omnium Sanctorum, in qua Fidelium Defunctorum eo anno Commemoratio agitur, non admittit translatum, nisi sit ritus duplicis minoris, et hoc eo solum casu quo non occurrat reponendum aliud Officium altioris ritus, neque locus adsit usque ad anni finem pro repositione aliorum Officiorum ritus duplicis. *S. R. C.* 23 *Febr.* 1839 *in una Ord. Min. Excalceatorum ad* 3 *et* 10 *Febr.* 1856 *in Alben. ad* 1. III.° Dies infra Octavam SS. Corporis Christi, quibus itidem de Octava agendum foret; sed rursum hoc tantum intellige quoad translata duplicia 1 aut 2 classis. *Rubr. pecul. n.* 52 *et S. R. C.* 30 *Maj.* 1699. *in Ulixbonen.* IV.° Dies trigesima Decembris quando incidit in Sabbatum, in quo fieri deberet de die infra Octavam Nativitatis; tunc enim admittit duplex translatum. *S. R. C.* 17 *Jan* 1778 *in Brixien.* Idem dicendum est, cum hæc dies 30 incidit in Feriam secundam, ubi S. Thomas Cantuariensis celebratur sub ritu duplici; quia ibi in ea fieri pariter deberet de Octava Nativitatis. *S. R. C.* 1 *Mart.* 1681 *in una Canonicorum Regularium.*

5. Ab antedictis legibus ex parte eximitur: 1.° Semiduplex incidens in Festum habens Octavam semiduplicia occurrentia admittentem, vel in Dominicam infra hujusmodi Octavam, aut in Festum duplex infra similem Octavam cadens. In hisce enim tribus casibus Semiduplex transfertur in diem proxime sequentem, si in ea de die infra Octavam agendum foret, protracto ad aliam diem Officio etiam 1 classis prius translato. Verum si illa die sequenti occurrat Festum quodpiam duplex vel semiduplex, Semiduplex, de quo sermo est, transferri debet post Octavam, servatis communibus repositionum legibus. *Rubr. pecul. n.* 78 *et S. R. C.* 2 *Sept.* 1741 *in Aquen. ad* 2, 13 *Mart.*

1804 *in una Ord. Clericor. Minorum ad 1 et Caval. to. 2 c. 20 d. 5 n.* 6. II.° Festum gaudens Octava. Ipsum enim quando transferri contingit, si dies non impedita occurrat antequam ejus Octava finem habeat, in repositione præfertur aliis Festis etiam majoris ritus vel dignitatis prius translatis, quæ tamen non gaudent Octava, vel post ipsam transferuntur. *S. R. C. 12 Apr. 1823 in Panormitana ad* 5. Nequit tamen præfatum Festum reponi in Dominica infra Octavam vel in diem Octavam cadente, cum Dominica sit dies impedita, et non libera, ut per se patet. *S. R. C. 17 Sept. 1853 in Veronen. ad* 3. III.° Festa duplicia 1 aut 2 classis, cum pro eorum repositione nullus adest usque ad anni finem dies vacuus; tunc enim reponuntur in sequens proximius semiduplex, et etiam, in ejus defectu, duplex, quod illo anno redigendum erit ad ritum simplicem. *S. R. C. 13 Mart. 1804 Decr. gener. et 31 Maj. 1817 in Conimbrien. ad* 1. IV.° Festa Purificationis, Annuntiationis, Conceptionis et Septem Dolorum B. M. V., Nativitatis S. Joannis Bapt., ac SS. Nominis Jesu. Ista enim Festa, ubi transferantur, certam ac determinatam diem sibi vindicant, sed de ipsis in suis respectivis locis sermo erit. V.° Alia Festa, si privilegium adsit eadem transferendi, non servatis communibus repositionum legibus. *S. R. C. 13 Mart. 1804 in Corduben. et 22 Maj. 1841 in Mechlinien. ad 4* (*).

De fixa Festorum assignatione

6. Quod ad fixam Festorum repositionem seu assignationem attinet ratum id esto; videlicet quando ex iis duo aut plura ita simul alicubi jugiter occurrunt, ut unius, vel

(*) Ubi, deficientibus simplicibus ac ferialibus diebus, privilegium viget Festa duplicia translata reponendi in Festis semiduplicibus, translatio hæc ita est efficienda ut singulis Mensibus (si possibile sit) dies aliqua ritus semiduplicis supersit pro celebratione Missarum de Requie. *S. R. C. 12 Nov. 1814 in Pisaur. Apud Gardellini in nota ad Decretum 31 Martii 1817 in una Conimbricen. ad 4.*

urium translatio perpetua sit; tunc huic, seu horum cuiie assignanda est (ordine supra n. 3 explicato. *S. R. C. Dec.* 1743 *in Mediolanen. ad* 3) prima dies non impeta, tamquam propria, et perpetua sedes ipsius Festi. *ıbr. pecul. n.* 102 *et S. R. C.* 15 *Maj.* 1745 *in una Ord. :calceator. SS. Trinitatis ac* 11 *Mart.* 1820 *in Mazarien.* 1 (*). Propterea in hac die ejusmodi Festum quoad omnes ectus habendum erit tamquam occurrens, ideoque celeandum etiam in occursu Dominicæ per annum, si sit plex; neque inde poterit fixe amplius amoveri, nisi eo lum casu, de quo infra n. 10. *Rubr. pecul. n.* 102, *S. C.* 28 *Jul.* 1742 *in Tergestina et Caval. to.* 1 *c.* 9 *d. n.* 4 *et* 5. Si vero dies, a qua Festum ob occurrentiam m alio Officio altioris ritus vel majoris dignitatis amon fuit, tractu temporis reddatur perpetuo vacua et lira, in hoc quoque casu Festum fixe translatum erit aıvendum et suæ propriæ sedi seu diei restituendum: a tamen Festa fixe translata (si qua sunt) non erunt opterea a suis jam assignatis diebus removenda, licet :te ob prædicti Festi ad propriam diem restitutionem, n inveniantur amplius adfixa primæ diei non impeditæ st ipsorum natalitiam seu illam, cui fuerunt primitus nsignata. *S. R. C.* 22 *Aug.* 1744 *in Cracovien. ad* 4 *et* 1 *Octob.* 1818 *in Neapolitana ad* 8 *ac Caval. to.* 1 *c.* 9 13 *n* 18. Hac autem Festi restitutio ad propriam diem inime fit quando dies non perpetuo, sed tantum per acdens libera denuo efficitur. Quare si aliquod Festum ob

---

(*) Festa nihilominus cuipiam Dominicæ adfixa, uti Festa ı. Rosarii B. M. V., S. Joachim etc., si perpetuo impediantur, l aliam quidem diem fixe erunt transferenda (si Festa sint ıiversalis Ecclesiæ vel præsto sit Indultum Apost.); at si prima ies libera reperiatur intra latitudinem respectivæ Hebdomadæ, on idcirco erunt ibi reponenda, sed alteri diei non impeditæ dsignanda post illam latitudinem, ne unquam ante propriam)ominicam celebrentur. Quapropter si ex. gr. perpetuo transfe:endum sit Festum SS. Rosarii B. M. V., huic statuenda erit prima dies libera post septimam Octobris; et sic in similibus. Ita *ex Decr. S. R. C.* 12 *Apr.* 1741 *in Vilnen. ad* 3.

occursum diei Octavæ alterius Festi ad aliam diem translatum sit, suæ propriæ diei non restituitur, etiamsi ipsa dies Octava interdum, adveniente Quadragesima, cesset. *S. R. C.* 22 *Jul.* 1848 *in Collen.* Ejusmodi assignatio perpetua Festorum in prima die non impedita jure novo potest fieri inconsulta S. R. Congregatione; in die alia præter primam non impeditam, fieri nequit, nisi ab iis qui a S. R. C. specialem facultatem fuerint assecuti. *Rubr. pecul. n.* 102 *et* 103 *ac S. R. C.* 22 *Apr.* 1741 *in Vilnen. ad* 7.

7. Dies vero pro hisce perpetuis assignationibus non impediti, sunt: I.° Dies omnes cujusque Mensis, qui in proprio Kalendario ab Officiis novem Lectionum vacui sunt; excepta die 28 Januarii (ubi Festum SS. Nominis Jesu celebratur Dominica secunda post Epiphaniam), item die 3 Februarii et 24 Decembris, et apud nos etiam die 1 Decembris, de quibus vide quæ in iis mensibus adnotabimus. II.° Dies infra Octavas non privilegiatas, in quibus in Kalendario adnotatur de Octava Officium fieri. Quivis porro indiscriminatim horum dierum semiduplici quoque, observatis communibus repositionis regulis, assignari potest; minime vero dies proxime subsequens cum privilegio, de quo supra n. 5: namque hoc privilegium pro perpetua ejusdem translatione locum non habet. *Rubr. pecul. n.* 110, *et S. R. C.* 19 *Apr.* 1749 *in una Veneta.* Attamen secunda et tertia dies infra Octavam Omnium Sanctorum ne Semiduplici quidem stabiliter attribui possunt, ac multo minus Officio altioris cujuscumque ritus. *Rubr. pecul. n.* 110 *et S. R. C.* 24 *Sept.* 1842 *in una Tertii Ord. S. Francisci ad* 1. III.° Dies quoque infra Octavam Epiphaniæ, si agatur de assignatione alicujus duplicis 1 classis. Quæ enim Festa a diebus infra Octavam quamlibet privilegiatam occurrentia non respuuntur; eadem neque respuuntur in perpetuum assignata. *Rubr. pecul. n.* 111. De diebus vero per Festa ad libitum occupatis, dicetur infra n. 15. Ceterum dies reliqui pro impeditis omnino habendi sunt; cujusmodi censentur etiam omnes et singuli dies mobiles, ac præsertim Dominica. *Rubr. pecul. n.* 112 *et S. R. C.* 26 *Nov.* 1735 *in Hispalen. ad* 2 *et* 20 *Sept.* 1806 *in Toletana ad* 1.

8. Advertendum est 1°, cum transfertur Officium sive per accidens sive perpetuo, nihil in eo immutandum esse nconsulta S. R. Congregatione, neque varianda in Oraionibus verba *Hunc diem*, *hodiernam diem*, *præsentem liem*, aut similia. *S. R. C.* 7 *Sept.* 1816 *in Tudent. ad* 21. Verum si Officium transferatur a tempore non Paschali ıd Paschale, vel e converso, utrobique servandus erit rius tempori conveniens. *Vide infra notanda de tempore Pachali n.* 6 *et seqq., et in Dom. et Feriis ab Oct. Pent. ad Adv. n.* 9 *et seqq.*

9. Advertendum est 2.° omnia, quæ n. 6 de perpetua ssignatione Festorum præcepta sunt, servari oportere in alendario ordinando non modo Ordinis, Provinciæ vel iœcesis, verum etiam particularis Loci aut Ecclesiæ; aeo ut si Officium ibi occurrens v. gr. die Festo aut in ctava Patroni vel Titularis, adfixum jam fuerit alicui iei juxta Rubricas et Decreta, non sit amplius ab hac ie amovendum, nisi in casibus citato n. 6. expressis. *S. . C.* 23 *Jun.* 1853 *in Mechlinien. ad* 2 *et* 12 *Aug.* 1854 *ı Lucionen. ad* 13.

De die quo novum Officium est celebrandum

10. Novum Officium celebrandum est die a S. Sede eu a S. R. C. præstituta. Quæ dies si fuerit in proprio espectivo Kalendario ab alio Officio occupata, observandæ runt occurrentiæ leges n. 2 explicatæ (*Rubr. pecul. n.* 114 *t S. R. C.* 16 *Apr.* 1853 *in una Ord. Min. Observ. ad* 2); xcepto tantummodo casu, quo dies utrique Festo seu Ofcio assignata, novo scilicet et antiquo, pro neutro sit atalitia; tunc enim (in paritate ritus et solemnitatis, bsque excellentia majoris dignitatis insignis attendendæ) nteferri oportebit Officium antiquius in possessione diei, cet hoc sit Officium Ecclesiæ universalis et inferius dinitate exigua, alterum vero Ecclesiæ particularis atque ob jusmodi dignitatem præstantius: ac novo assignanda erit rima dies, quæ post illam in Kalendario non fuerit imedita. *S. R. C.* 7 *Dec.* 1844 *in Mechlinien. ad* 4, 14 *Jun.*

1845 *in una Scotorum ad* 1 *et* 16 *Apr.* 1853 *in una Ord. Min. Observ. ad* 4. Si autem novo Officio dies non fuerit præfinita, eidem assignabitur dies natalitia; vel, si in hac ob prædictas occurrentiæ leges locum habere nequeat, prima dies assignabitur post natalitiam in Kalendario non impedita. *Rubr. pecul. n.* 114. Advertendum tamen est, novum Officium, si particulare sit seu proprium, (in paritate ritus etc. ut supra) diei natalitiæ adfigendum esse; etiamsi hæc occupata sit ab alio Officio, cujus paritas natalitia sit; dummodo istud sit minus particulare seu proprium; hoc enim in casu nequidquam opponitur Decretum diei 22 Aug. 1818 in una Hispalen. ad 7, utpote editum ob causam omnino specialem, ad evitandam nimirum uniformitatem in iis, quæ coincidunt aliquando cum Dominica XIV post Pentecosten. *S. R. C.* 16 *Apr.* 1853 *in una Ord. Min. Observ. ad* 2 *q.* 4. Quoties vero nec dies a S. Sede seu a S. R. C. præfinita sit, nec nota natalitia dies; assignabitur novo Officio fixa aliqua dies non impedita, quæ minime sit illa, qua Sanctus vel Beatus in hanc mortalem vitam ingressus est, vel qua alterius Sancti seu Beati ejusdem nominis memoria in Kalendario ritu simplici, aut in Martyrologio recolitur, cum quo nempe queat ille progressu temporis per errorem confundi. Consultius porro erit seligere diem translationis, Inventionis, Ordinationis, Elevationis etc. ejusdem Sancti seu Beati; vel, hac impedita, proxime subsquentem ut supra; nisi alia commodior suppetat, celebrandoque Festo magis idonea. *Rubr. pecul. n.* 115.

11. Advertendum est 1.° Officia particulariter pro certis diebus concessa, si tractu temporis ad totam extendantur Ecclesiam diversis tamen diebus, in hisce deinceps recitanda esse (si occurrentiæ leges sinant); dempto casu quo aliter fieri permittat aut privilegium, ut apud nos quoad Festum SS. Nominis Jesu; aut legitima consuetudo, uti alicubi in Festo S. Bartholomæi Apostoli; aut concessio ipsa universalis, quæ declaret peculiaribus Indultis se parcere, vel nullam certam præfiniat diem pro Officii celebratione, quemadmodum nuperrime contigit in Decreto extensionis Officii S. Angelæ Merici ad totam Ecclesiam. *S. R. C.* 17 *Jul.* 1684 *Decr. gener.*, 19 *Jan.* 1697 *in Lau-*

den. ad 2, 28 *Nov.* 1722 *in Bonon.*, 17 *Aug.* 1771 *in una Ord. Erem. S. Augustini ad* 1 *et Caval. to.* 1 *c.* 12 *d.* 3 *n.* 7. Si vero Officia particulatim concessa, tantum extendantur ad Diœcesim (aut Ordinem), debent pariter omnes, ejus Kalendario utentes, eidem sese conformare quoad diem. *S. R. C.* 31 *Mart.* 1821 *in una Congreg. SS. Redemptoris ad* 6 *et* 29 *Nov.* 1856 *in una Congreg. Barnabitarum ad* 1. Quin imo in prædictis casibus opus est ut sese quoque conforment quoad Officium, si hoc forte differat ab alio prius concesso, nisi in Decreto extensionis aliter statuatur, quemadmodum novissime statutum constat pro Festo SS. Cordis Jesu. *S. R. C.* 17 *Jul.* 1684 *Decr. gener.* Verumtamen per Officii extensionem non derogatur Indulto antea concesso celebrandi idem Festum sub altiori ritu aut cum Octava. *S. R. C.* 19 *Jan.* 1697 *in Lauden. ad* 3 *et* 7 *Apr.* 1832 *in Collen.*

12. Advertendum est 2° novum Officium ab omnibus ad quos spectat) recitandum esse, si præceptivum sit. Sin vero fuerit concessum, non quidem *ad libitum*, sed cum clausula *Recitari possit et valeat*, vel *Recitari posse censuit* etc., ante acceptationem non contrahitur obligatio illud ricitandi; sed hæc urget post acceptationem, adeo ut illud amplius nequeat recusari, licet acceptatio a solo Ordinario Loci aut Generali Ordinis facta sit. *S. R. C.* 6 *Sept.* 1730 *in una Ord. Jerosolymitani*, 6 *Sept.* 1738 *in una Ord. Min. Refor.*, 14 *Jun.* 1845 *et* 23 *Maj.* 1846 *in una Ord. Prædicatorum.* Recitatio porro novi Officii in tota Ecclesia, Ordine, Provincia vel Diœcesi suscipienda est eodem anno, quo conceditur, quoties certa Concessionis notitia ita opportune pervenerit, ut imprimi illud possit in proprio Kalendario. Si vero accidat, ut notitia Officii post impressionem annui Kalendarii evulgetur, aut quamvis antea perlata sit, Officium tamen in Kalendario recensitum forte non fuerit, in utroque casu, etsi scripto a Superioribus promulgatum, eo anno ad confusionem vitandam nemini sive in Choro, sive privatim licebit illud recitare. *Rubr. pecul. n.* 140 *et Caval. to.* 2 *c.* 43 *d.* 15 *n.* 4. At ubi concessio alicui tantum, vel aliquibus Provinciæ Conventibus, vel Ecclesiis Diœcesis facta sit; tunc etsi explorata ipsius notitia evulgetur post editum Kalen-

dariurp, tamen si pervenerit ante diem propriam (ut supra n. 10) Officii, vel ante diem, in quam eo anno fortasse transferendum sit; opus sane erit ut eo ipso anno ante prædictam diem (una cum die designatione, aliisque in recitatione servandis) illud scripto promulgetur atque persolvatur. *Rubr. pecul. n.* 141 *et S. R. C.* 11 *Jul.* 1739 *in Tropien. ad* 1. Festum sub ritu duplici concessum absque designatione majoris vel minoris, agendum est sub ritu duplici minori tantum. *S. R. C.* 20 *Nov.* 1683 *in Lauden ad* 3.

De Festis quorum potest fieri necne Translatio

13. Quæ antea ediximus de translatione sive per accidens sive in perpetuum, ea solum de Festis oportet intelligi, et quidem novem Lectionum. Itaque Festo simplici, si illius commemoratio vel interdum vel perpetuo impediatur, dies alia nequit assignari, sed illud, quoties et utcumque impediatur, est prætermittendum. *Rubr. pecul. n.* 116 *et S. R. C.* 3 *Mart.* 1761 *in Aquen. ad* 11.

14. Sed nec omnia novem Lectionum Festa indiscriminatim translatione gaudent. Nam I Officia, quæ mobilibus diebus, Dominicis nempe vel Feriis, sunt affixa, quamquam hisce diebus ceu propriis reguntur communibus occurrentiæ legibus (nisi sint ad libitum, de quibus mox agetur); tamen si iisdem diebus perpetuo impediantur aut per accidens, opus est ut vel semper, vel identidem prorsus omittantur. *S. R. C.* 23 *Maj.* 1835 *in una S. Miniati ad* 2 *et* 27 *Aug.* 1836 *in Veronen. ad* 11. Excipiuntur 1.° Officia quæ sunt universalis Ecclesiæ. *Rubr. pecul. n.* 118 *et Caval. to.* 2 *c.* 25 *d.* 4. Secundo, quæ ex præcepto agenda sunt, utpote verbis non facultativis concessa, sed præceptivis. *S. R. C.* 5 *Maj.* 1736 *in Einsidlen. ad* 10 *et* 11 *Jan.* 1749 *in una Ord. Erem. S. Augustini ad* 3. Tertio, illa pro quibus specialis adest facultas. *S. R. C.* 3 *Aug.* 1839 *in Piscien. ad* 12. Ejusmodi facultas suppetit apud nos pro Officiis toti Franciscano Ordini, sine clausula *ad libitum*, concessis. *Rubr. pecul. n.* 118. Namque

Officia hæc, si impediantur, juxta repositionum regulas debent transferri (*).

15. II. Rursum repositione privantur Festa, quæ cum clausula *ad libitum* permissa sunt. Hæc enim, quamvis sint duplicia, possunt quidem pro libito omitti, vel recitari, sed nonnisi die a Sancta Sede concessa, vel (si hæc assignata non fuerit) non nisi die natalitia. *Rubr. pecul. n.* 119. Præterea Festa *ad libitum* beneficio privantur occurrentiæ legum. Nam si in diem ut supra, assignatam vel natalitiam, aliquod, vel ipso Concessionis actu, vel temporis progressu, Officium perenniter incidat ex præcepto recitandum (dummodo saltem sit semiduplex), sive universale, sive peculiare Religionis cujuspiam, Provinciæ, Conventus, Diœcesis etc. (comprehensis quoque diebus infra Octavas quaslibet, utcumque non privilegiatas et particulares); Festum illud *ad libitum,* quamvis duplex, omitti in perpetuum debet, nisi specialis facultas præsto sit illud affigendi alteri diei. Itidem est eo anno omittendum, quo propria ipsius die aliquod occurrat ex Officiis antedictis, etiam mobile, aut Feria aliqua privilegiata duplicia excludens, vel Officium de Dominica aliqua anticipata agendum sit. *Rubr. pecul. n.* 120, *S. R. C.* 24 *Jan.* 1682 *Decr. gen.* 3 *Sept.* 1704 *in Catanien. ad* 2 *et Caval. to.* 2 *c.* 22 *d. et* 3. Verum si die eadem Officii *ad libitum,* aut Officium aliquod votivum, aut Officium quodcumque translatum ponendum foret; in priori casu, uti etiam si quando occurrant una die Officia duo *ad libitum* quantumvis ritu disparia, liberum omnino erit alterutrum recitare, omisso altero: in casu item posteriore, quamvis Officium cujuspiam Dominicæ (excepta secunda post Epiphaniam) anticipandum extet, ac tota Hebdomada impedita sit, fas plane erit, vel Officium *ad libitum* persolvere, et translatum ulterius protrahere (dummodo tam huic, quam translatis aliis reponendis remaneat in Kalendario locus), vel trans-

(*) Officia nihilominus Passionis, licet facultas adsit illa transferendi, non transferuntur extra Quadragesimam. *S. R. C.* 14 *Jun.* 1845 *in una Ord. Min. Observ. ad* 2 *et* 4, *ac* 11 *Sept.* 1847 *in una plurium Diœc. ad* 3 *et* 4.

latum celebrare, et Officium *ad libitum* prætermit
Horum autem alterutrum omnino agendum erit; a
Officium, quod extet, ut supra, Dominicæ anticipa
persolvi oportebit ad normam Rubricæ generalis t
n. 4 in fine. *Rubr. pecul. n.* 122 *et Caval. to.* 2 *c.* 22
n. 10 *et* 11. Ratio porro cur in prædicto casu agi p
Officium *ad libitum* quamvis adsit anticipandum Offi
Dominicæ, ea est, quia nimirum si Officium *ad lib*
omittatur, necessario huic Officium translatum erit su
gandum, uti jam præmonuimus; cum itaque per omi
nem Officii *ad libitum* non pateat locus Officio Domin
idcirco in eo casu indicta non videtur omissio Offici
libitum, sed libera; Decretum quippe prohibens recit
nem Officii *ad libitum* quando anticipandum est Offic
Dominicæ, ad casus utiles, non inutiles opus est ref
Caval. to. 2 *c.* 14 *d.* 3 *n.* 4. Si vero Officium aliquod
petuo transferendum sit, nequit reponi in die Offici
libitum assignata (*S. R. C.* 31 *Mart.* 1821 *in una*
SS. Redemptoris ad 7); sed in die post illam proxim
impedita, si quidem hæc suppetat in proprio Kalen
secus dies ipsa Officii *ad libitum* Officio alteri attri
erit. *Rubr. pecul. n.* 122. Rursum ubi in singulos
pro repositione omnium Officiorum, quæ per a
transferuntur, deficiant dies vacui (uti apud nos
est vetitum diebus occupatis ab Officio *ad libitum*
aliquod Officium perpetuo translatum; quia si d
modi translato ea die nihil fiat, necessario agendu
Officium de translato per accidens; neque enim
mittere Officium de præcepto, ut celebretur alte
libitum, quemadmodum in superiori parenthesi cau
Itaque cum protracta prioris translatione locus æq
Officio *ad libitum,* propterea non videtur interdicta
in perpetuum translato assignatio diei ab Officio
tum occupatæ; Decretum quippe hoc prohibens ad
utiles, non inutiles sese porrigit, ut paulo ante i
consimili animadvertimus. Diversis nihilominus ex
reguntur legibus Officia *ad libitum* ab ipsa S. Sede
diei adfixa, si ei constaret in actu Concessionis diem
occupari ab Officio recitando ex præcepto. Tum quip
possunt æque omitti pro lubitu; sed recitari queunt

a die, tamquam forent occurrentia ex præcepto, non obtantibus scilicet non modo translatis quibuscumque, veum etiam occurrentibus, nisi hæc secundum occurrentiæ egulas anteferenda sint. Ceterum et ipsa, sicuti reliqua, ua tantum die persolvi possunt; ac si contingat in diem lliam ex privilegio adduci communibus legibus subjiciunur. *Rubr. pecul. n.* 123 *et Caval. to.* 2 *c.* 22 *d.* 7 *et* 8. Quoties Festum *ad libitum* vel necessario vel sponte, ut upra, omittitur, ritu simplici, sicut alia per se simplicia, gendum est, si quidem ritum hunc ex præcepto obtineat ıt Officium S. Remigii 1 Octobris. Quod si non habet, omnino prætermittitur. *Rubr. pecul. n.* 124 *et Caval. loc. it. d.* 13.

16. III. Translatione privantur quoque Officia noviter oncessa, quando, ob aliorum Officiorum occurrentiam quæ rælatione gaudent, nec diebus propriis seu assignatis ueunt celebrari, nec infra annum ob dierum defectum ransferri; tunc enim præfatis diebus perpetuo considenda sunt tamquam simplicia (*de quibus vide infra cap.* 6 ı. 9), licet antea dies adsint non impediti. *S. R. C.* 27 *lug.* 1836 *in Capuana.* Verum si Officia illa forent dulicia primæ aut secundæ classis, recurrendum esset ad acram Rituum Congregationem pro alterius diei assignaione; quæ nimirum si hujusmodi Officiis providit quoties er accidens agi nequeunt, ut n. 5 declaratum est, multo agis arbitramur, ab illa provisum iri in casu perpetui mpedimenti.

17. IV. Ob eamdem rationem beneficio translationis non audent Officia, quæ propriis diebus sive per accidens, ive perpetuo impedita, diebus subsequentibus usque ad 1 Decembris repositionis locum non reperiunt. Nam ista, on secus ac præcedentia, diebus eorum propriis consieranda sunt tamquam simplicia, tametsi sub ipsum finem ecembris occurrant, et sint duplicia etiam majora, et anea præsto sint dies liberi, ut supra innuimus. *S. R. C.* 7 *Dec.* 1743 *in Mediolan. ad* 4, 23 *Jan.* 1745 *in Lunen. arzanen.*, 19 *Jun.* 1773 *in una Ord. Min. Refor. ad* 7, 11 *Mart.* 1837 *in una Ord. Min. Conventualium, et Rubr. pecul. n.* 89. Si vero fuerint duplicia primæ aut secundæ classis, confer n. 5 et 16.

18. V. Dies Octava et dies infra Octavam, quan habeant novem Lectiones, non transferuntur. *Vide ca*] *n.* 32. Item neque transfertur Officium Dominicæ, etia appellatione comprehendatur Festi novem Lectionum, licet quandoque anticipetur. *Vide notanda in Dom. Epiph. n.* 1 *et seqq., et Dom. post Pent. n.* 4.

CAPUT V.

DE OFFICIORUM CONCURRENTIA

1. Concurrentia adest, quando unum Officium die ræcedenti et alterum die sequenti celebratur, ac utrumae Vesperas intermedias exigit. Concurrentia igitur reicit dumtaxat Vesperas, et datur solummodo inter Officia, iæ jus ad Vesperas habent. Hujusmodi sunt: I.° Omnia esta duplicia et semiduplicia, dies Octava et Dominica utrisque Vesperis. II.° Dies infra Octavam (excepta die ptima) in secundis Vesperis, sed non in primis, quia is carent. III.° Festum simplex per se in primis Vesperis ntum. Feria autem proprie concurrentiam non habet, ia ejus Officium ibi incipit et desinit, ubi desinit et inipit quodcumque Officium. Si Feria sequatur aliam Feam, ita ut totum Officium obtineat; Officium sequentis lum incipit a Matutino; adeo ut in Vesperis præcedens nihil fiat de sequenti. Præterea de Feriis Quatuor Temorum Septembris, de Feria secunda Rogationum, et de igiliis (excepta Vigilia Epiphaniæ) nihil fit in primis, ec in secundis Vesperis, sed tantum in Laudibus, cum e Festo agitur Officium; sin vero de Feria illud agatur, esperæ dicuntur de Feria per annum. De Feriis Advenis et Quadragesimæ fit quidem commemoratio in Veperis; id tamen non accidit ratione concurrentiæ, sed rivilegii.

2. Effectus concurrentiæ est, ut Vesperæ vel integræ persolvantur de alterutro concurrentium, vel inter utrumque mediæ dividantur, ita ut Psalmi cum suis Antiphonis recitentur de præcedenti, et reliquum a Capitulo de sequenti. Illud evenit quatuor in casibus:

I.° Quando præcedens et subsequens Officium non sunt ejusdem ritus, Vesperæ integræ erunt de eo, quod altiorem ritum obtinet, exceptis quatuor diebus Octavis Domini, nempe Epiphaniæ, Paschæ, Ascensionis et Corporis

Christi, quæ licet sint ritus duplicis minoris, nihilominus ex privilegio gaudent integris Vesperis, quamvis concurrant cum Officio ritus duplicis etiam majoris. *Rubr. post Tabell. concurrentiæ n. 1 et 2.* His adjungenda est dies Octava SS. Trinitatis (ubi fit), cui par privilegium est attributum. *S. R. C. 13 Sept. 1704 in Majoricen.* Ritum autem non attollit Octava, qua ex duobus duplicibus secundæ classis unum gaudeat, careat alterum. *Rubr. pecul. n. 125 et S. R. C. 11 Jan. 1749 in una Ord. S. Augustini Excalc. ad 4.*

II.° Quando præcedens et subsequens Officium sunt quidem ejusdem ritus, sed non ejusdem classis, nempe unum de Festo primario, alterum de secundario, Vesperæ integræ erunt de Festo primario, dummodo Festa concurrentia sint saltem duplicia majora (exceptis Festis Commemorationis S. Pauli et Ss. Angelorum Custodum, Raphaelis et Gabrielis); quippe cum ab hoc tantum ritu incipiat Tabella concurrentiæ *de digniori*, et tale sit Festum primarium præ secundario cujuscumque dignitatis objectivæ; quia, ut supra c. 4 n. 2 II.° explicuimus, illud est classis superioris præ isto (*). *S. R. C. 16 Apr. 1781*

(*) Quod impræsentiarum Festum primarium, concurrens cum secundario ejusdem ritus, integras obtineat Vesperas, quamvis alterum insigni magis dignitate polleat, id novissimo (præter alia) evincitur Decreto diei 26 Martii 1859 in una Congregationis Scholarum piarum ad 1. Istud enim Festo primario Visitationis B. M. V. concurrenti cum secundariis SS. Cordis Jesu et Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C. ejusdem ritus, integras decernit Vesperas; et quod maxime refert, declarat non modo juxta Decreta id præstandum esse, verum etiam *juxta Rubricas*. Hisce verbis S. R. C. palam facit Festa primaria et secundaria non paris solemnitatis seu ejusdem classis indiscriminatim esse censenda, sed illa quidem classis subalternæ superioris, hæc vero inferioris; eam ob rem sicuti nil penditur dignitas cum Festa non eodem ritu gaudent, sic illam neque attendendam esse cum in eodem ritu non ad eamdem classem spectant. Si ita se res non haberet, anne unquam S. R. C. docuisset, in ritu pari prælationem Festo B. M. Virg. supra Festa Domini *juxta Rubricas* tribui oportere, cum istæ (*tit. XI n. 2*) aperte præ-

una Ord. Carmelitarum Excalceatorum ad 17, 20 Apr. 1822 in una Ord. Eremitarum S. Augustini ad 1, 12 Apr. 1823 in Panormitana ad 4 et 6 ac 26 Mart. 1859 in una Congregationis Scholarum piarum ad 1.

III.° Quando præcedens et subsequens Officium sunt ejusdem ritus, ejusdemque classis, sed non ejusdem dignitatis objectivæ, Vesperæ integræ erunt de digniori. Hic porro perpendenda est dignitas tantum insignis, qua scilicet eminent Festa quædam hoc ordine: I. Festa Domini. II. Deiparæ Virginis. III. Ss. Angelorum. IV. S. Joannis

---

iant ut Festis æqualis solemnitatis seu ejusdem classis Festa mini anteferantur, atque adeo utrasque Vesperas integras sibi dicent? Eapropter nisi dicere velimus S. R. C. errasse in bricarum interpretatione, quod nefas vel suspicari, necesse ut illam classium distinctionem statuamus. Ex quo iterum uet Festis primariis, si quando cum secundariis ejusdem ritus currant, integras Vesperas fore tribuendas. *Videatur quoque notatio ad caput proxime præcedens pag.* 48**. Neque vero o Nostratibus peculiares obstant Rubricæ, quæ aliter hac in rte edicunt (*n.* 80 *et* 127), eo quod ipsæ (*n.* 137) nos nul jubent recentiora exequi Decreta S. R. C., quoties juxta ris principia Rubricis peculiaribus derogent; at in casu de quo imus, iis derogari, patet ex eo quod Rubricæ nullum sane bis conferunt privilegium, sed tantum adhærent legi communi æ olim vigebat, seu potius vigere putabatur, cui posterior x vim ademit, juxta illud: *Priora posterioribus derogantur.* uamobrem S. R. C. a Nostratibus rogata: An Festa secunda- a Domini et Deiparæ in paritate ritus præferentiam habeant ipra Festa primaria Sanctorum? Resp. *Negative juxta Decreta.* Die 16 Apr. 1853 in una Ord. Min. Observ. ad 2 q. 1. ræterea S. R. C., Decreto diei 26 Martii 1859 superius allato, claravit Rubricas generales Breviarii Romani (quibus omnes stringuntur) cum æqualis est ritus, prælationem conferre pleno re Festis primariis supra secundaria licet Domini. Quamobrem im interpretatio authentica Rubricarum, uti hæc est, ex juris rincipiis alteri cuilibet interpretationi longe prævaleat, ratum cploratumque est etiam ex hoc capite, recte a nobis, cum cera suppetunt adjuncta, prælationem Festis primariis adjudicari, on obstantibus Rubricis nostris, utpote quæ in præsens vi obligandi hac in re destituantur.

Baptistæ. V. S. Joseph Sponsi B. M. Virginis. VI. Ss. Apostolorum et Evangelistarum. Attamen prælatio dignitatis non attenditur in Festis duplicibus minoribus, præterquam in Festis Commemorationis S. Pauli et Ss. Angelorum Custodum, Raphaelis et Gabrielis. *Rubr. pecul. n.* 126, *S. R. C.* 25 *Sept.* 1688 *in Licen. ad* 4, 12 *Jul.* 1704 *in Gerund.*, 16 *Sept.* 1730 *in una Ord. Jerosolymitani ad* 5 *et* 12 *Apr.* 1823 *in Panormitana ad* 4 *et* 5. Item non attenditur in die Octava, illa excepta quorumvis Festorum Domini et B. M. V. nec non S. Joannis Apostoli concurrente cum altera Ss. Innocentium, ex privilegio; quo cum careat dies Octava Dedicationis Ecclesiæ, idcirco in concurrentia cum duplici minori Vesperas dividit. *S. R. C.* 12 *Apr.* 1823 *in Panormitana ad* 5, 7 *Apr.* 1832 *in una Marsorum et* 16 *Apr.* 1853 *in una Ord. Min. Observ. ad* 6. Denique multo minus attenditur in Festis et Officiis semiduplicibus etiam Domini (si excipias secundas Vesperas Dominicæ), uti ex. gr. in Officiis dierum infra Octavas, in votivis SS. Sacramenti etc. *Rubr. pecul. n.* 127 *et S. R. C.* 1 *Jul.* 1747 *in Zagobrien.*

IV.° Quando præcedens et subsequens Officium sunt ejusdem ritus, classis, et dignitatis insignis vel nullius aut non attendendæ, sed non solemnitate paria, Vesperæ integræ erunt de solemniori. Porro perpendenda tantum est solemnitas magna, qua Festum quodvis (dummodo duplex sit) in respectiva Ecclesia celebretur. Ac magnæ solemnitatis nomine illa debet intelligi, quæ exteriorem pompam præseferat in Officii, aut saltem Vesperarum cantu, in apparatu Templi et Altaris, aut Supplicatione splendido ritu peracta, aut Indulgentia plenaria, aliisve id generis, maxime vero in Populi concursu; adeo ut omnia aut pleraque ex hisce adjunctis celebritatem efficiant, quæ respectu habito ad Civitatem, Oppidum vel Pagum vere illustris censeatur. Quod autem Festo adnexum sit, vel non, præceptum audiendi Sacrum, id minime interest; modo ne desint præcipuæ ex iis quas recensuimus, magnæ solemnitatis partes. *Rubr. pecul. n.* 130, *S. R. C.* 26 *Jan.* 1793 *in Santanderien. ad* 18 *et Caval. to.* 2 *c.* 28 *d.* 1 *n.* 5.

3. Divisio autem Vesperarum evenit, quando præcedens et subsequens Officium sunt ejusdem ritus, classis,

gnitatis insignis vel nullius aut non attendendæ, et ma-
iæ solemnitatis (etiamsi inæqualis) vel nullius, tunc e-
n Vesperæ fiunt a Capitulo de sequenti cum commemo-
tione præcedentis. *Rubr. gen. tit. XI n.* 2 *et pecul. n.*
2. Verumtamen si hæc ipsa æqualia Officia sint de uno
demque, tunc Vesperæ integræ aguntur de præcedenti,
e commemoratione sequentis. *S. R. C.* 22 *Jul.* 1848 *in*
ien. et 16 *Apr.* 1853 *in una Ord. Minor. de Observ. ad*
Id ipsum contingit, si binis aut pluribus diebus con-
uis Officium agendum sit de die infra eamdem Octa-
n; vel si Feria aliam subsequatur Feriam, ut n. 1 jam
ximus. Attamen si Festum primarium concurreret cum
undario ejusdem Sancti, Vesperæ forent integræ de pri-
rio sine alterius commemoratione, quamvis ambo essent
plicia tantum minora. Rursum si Festum sive primarium
e secundarium concurreret cum die Octava ejusdem
ncti, Vesperæ integræ forent de Festo sine commemora-
ne Octavæ, excepta die Octava Corporis Christi concur-
ıte cum Festo SS. Cordis Jesu sub ritu duplicis majo-
, quæ nimirum utpote privilegiata Vesperas adsciscit
egras, sine commemoratione SS. Cordis, ut suo loco decla-
ıitur. Quapropter superior præscriptio locum habet etiam
Officiis Domini, ubi per illa idem Festum vel Mysterium
ebretur, quemadmodum contingit si ambo sint de Pas-
ne, ver. gr. de Oratione in Monte Oliveti, de Pretio-
simo Sanguine, de Corona Spinea, de SS. Sindone etc.
. R. C. 10 *Febr.* 1856 *in Alben ad* 3); non item si
diversa Festa pertineant aut Mysteria; tum quippe
m unum commemorationem alterius minime expungat,
speræ fiunt a Capitulo de sequenti, cum commemora-
ne præcedentis, perinde ac de uno eodemque non fo-
nt. *Rubr. pecul. n.* 133. *Vide etiam infra c.* 6 *n.* 8.
ıonam autem pacto Vesperas ordinari oporteat, si dies
tava cujuspiam Festi in Dominicam privilegiatam inci-
ıt, ac pridie actum fuerit de septima die infra Octa-
ım, confer annotanda sub die 9 et 14 Decembris.

CAPUT VI.

DE COMMEMORATIONIBUS

1. Commemorationes, de quibus hic sermo instituitur, stant pro Officio quod foret agendum, quodque alioquin vel ex toto vel ex parte ab alio digniore, impediatur. Quapropter locum habent in occurrentia et concurrentia, seu in Laudibus et in Vesperis.

Quandonam fiunt Commemorationes

2. In occurrentia igitur seu in Laudibus commemorationem recipit, si quidem ei aptum sit, Officium quod ab alio ita impediatur, ut nequeat aliam in diem transferri. Hujusmodi sunt Dominicæ, Feriæ majores, Festa simplicia, Vigiliæ et Octavæ, ac etiam Festa novem Lectionum sine clausula *ad libitum*, quæ sub anni exitum supersunt. *Vide cap. 4 n.* 16 *et* 17.

3. In concurrentia vero Officia omnia, quæ habent, et prout habent Vesperas, quæ impediuntur, si pariter apta sint, pro Vesperis commemorationem adsciscunt. *Cavel. to.* 2 *c.* 32. Hujusce generis sunt Officia descripta cap. 5 de Concurrentia n. 1.

4. Dicitur *si quidem apta sint*, quia interdum etiam commemoratione carent.

5. Nam in primis Vesperis Festi duplicis primæ classis fit tantum commemoratio præcedentis duplicis primæ aut secundæ classis, et Dominicæ majoris, necnon Feriarum Adventus et Quadragesimæ, ac sequentis Dominicæ, vel diei Octavæ, ac etiam sequentis duplicis majoris vel minoris aut semiduplicis redacti ad ritum simplicis (vide tamen infra n. 9); non autem præcedentis Dominicæ minoris, duplicis majoris vel minoris aut semiduplicis, ac diei Octavæ (nisi ea sit Epiphaniæ, Paschatis, Ascensionis et Corporis Christi), neque diei infra Octavam, nisi hæc

it privilegiata uti Nativitatis Domini, Epiphaniæ et Cororis Christi. In Laudibus vero fit commemoratio occurentis Dominicæ aut diei Octavæ, duplicis majoris vel mioris aut semiduplicis sub ritu simplicis, et Feriarum Adentus, Quadragesimæ, Quatuor Temporum et secundæ logationum; sed nihil fit de Vigilia (excepta Vigilia Epihaniæ), nihil de Festo simplici per se, aut de die infra ctavam, nisi sit ex tribus privilegiatis paulo ante excetis. In secundis porro Vesperis commemoratio agitur seuentis duplicis, diei Octavæ, semiduplicis, cujuscumque ominicæ, et Feriarum Adventus et Quadragesimæ, atque ccurrentis quoque duplicis majoris, minoris, semiduplicis ub simplicis ritu, vel diei Octavæ aut Dominicæ; non em fit commemoratio sequentis Festi simplicis per se, eque diei infra Octavam, præter tres privilegiatas supra xceptas, etiamsi die sequenti persolvendum sit Officium e die infra Octavam. Commemoratio occurrentis Dominiæ minoris aut semiduplicis sub ritu simplicis omittitur ı secundis Vesperis Festi duplicis primæ classis, si sequatur Festum duplex secundæ classis; si vero sequatur liud Festum duplex primæ classis, omittitur etiam comnemoratio occurrentis duplicis majoris vel minoris sub implicis ritu.

6. In primis Vesperis Festi duplicis secundæ classis it commemoratio cujuscumque præcedentis duplicis, nec ion Feriarum Adventus et Quadragesimæ, ac sequentis Dominicæ minoris, vel diei Octavæ, aut etiam sequentis luplicis maj., min. vel semiduplicis sub ritu simplicis; ion item sequentis Festi simplicis per se, nec precedentis Dominicæ minoris aut semiduplicis, neque diei infra Octavam, si modo tres privilegiatas excipias, uti supra n. 5. n Festo tamen Circumcisionis commemoratio non agitur ræcedentis Festi, nisi fuerit duplex secundæ classis. In Laudibus vero fit commemoratio occurrentis Dominicæ, ıc diei Octavæ, duplicis majoris vel minoris aut semiluplicis sub ritu simplicis, nec non Feriarum Adventus, Quadragesimæ, Quatuor Temporum, secundæ Rogationum, Vigiliæ ac Festi simplicis; non autem fit commemoratio liei infra Octavam, nisi ea sit Nativitatis Domini et Cororis Christi, ac S. Stephani in Festo S. Joannis, aut O-

ctavarum istorum in Festo Ss. Innocentium. In secundis porro Vesperis commemoratio agitur cujuscumque Dominicæ, et sequentis Festi etiam simplicis, et Feriarum Adventus et Quadragesimæ, ac occurrentis duplicis majoris, minoris vel semiduplicis sub simplicis ritu, aut diei Octavæ; non autem diei infra Octavam (præter supra exceptas), nisi die sequenti Officium de die infra Octavam celebretur. Commemoratio Dominicæ minoris occurrentis vel semiduplicis sub ritu simplicis, et sequentis Festi simplicis per se, omittitur, si aliud sequatur Festum duplex secundæ classis; si vero Festum duplex primæ classis sequatur, omittitur quoque commemoratio occurrentis duplicis majoris vel minoris sub simplicis ritu, ut n. 5 præmonuimus.

7. In utrisque Vesperis et Laudibus cujuspiam Officii ritus inferioris quam duplex primæ aut secundæ classis, omnes aguntur commemorationes tam concurrentes quam occurrentes, excepta Vigilia in Feriam majorem incidente, de qua in Officio nihil fit; item dies excipitur infra Octavam, si in diem occurrat, qua anticipari oporteat Officium Dominicæ secundæ post Epiphaniam, vel si apud Privilegiatos incidat in Feriam IV Cinerum vel in aliquam Dominicam Quadragesimæ; tum quippe in Laudibus ac Missa nulla fit Octavæ commemoratio, ut suo loco explicabitur.

8. Advertendum est 1° de uno eodemque, sub diversis licet Mysteriis, titulis, aut qualitatibus, agi haud posse pluries aut bis in eadem Officii parte, v. gr. in Vesperis; verum id intelligas velim, si unum idemque nominatim et expresse, non vero si universim dumtaxat et confuse in ea Officii parte plus una vice commemoretur. Eapropter apud nos in primis Vesperis omnium Sanctorum trium Ordinum S. P. N. Francisci commemoratio agenda est S. Jacobi Piceni ejusdem Ordinis, quia universim ibi et confuse cum aliis comprehenditur. Contra autem si Festum idem Sanctorum ac alterum Translationis S. P. N. Francisci transferrentur simulque concurrerent, Translationis commemoratio foret prorsus omittenda, quia Festum illud in honorem Seraphici Patris, simul quidem cum Sanctis filiis ejus, sed tamen expresse institutum est, ut ex Ora-

one perspicuum fit. *Rubr. pecul. n.* 55. In Deiparæ Officiis locum quoque habet superior præscriptio. Quocirca ı concursu Festorum Annuntiationis ac Septem Dolorum, ı illius Vesperis nulla de isto fit commemoratio. Nulla em agitur de Festo SS. Nominis Mariæ in secundis Ve›eris ejus Nativitatis si in Sabbatum incidat; neque de ıjus die Octava aut infra Octavam in illo Festo. *Rubr. ›cul. n.* 56 *et S. R. C.* 23 *Sept.* 1684 *Decr. gener.* Expiuntur tantum Festa Domini. Itaque de Inventione S. ·ucis in Vesperis Ascensionis (si hæc duo concurrant) ımmemoratio peragenda est, et apud nos de Octava Ephaniæ in primis Vesperis SS. Nominis Jesu. Idipsum aliis casibus præstandum, dummodo de eodem Domini Festo l Mysterio in eadem Officii parte bis non agatur expresn. Quamobrem omittenda est in secundis Vesperis Oavæ Corporis Christi commemoratio Festi SS. Cordis Je., eo quod æque ad memoriam Ven. Sacramenti recondam, conjunctim licet cum præcipuis aliis beneficiis vinæ in nos Charitatis, institutum est. *Rubr. pecul. n.* [. Ubi vero Festum SS. Cordis Jesu celebratur sub ritu ıplici primæ aut secundæ classis, Vesperæ de ipso aıntur sine commemoratione Octavæ Corporis Christi. *S. . C.* 10 *Febr.* 1856 *in Alben ad* 3. Præterea commemoıtioni locus non est in Officiis Mysteriorum aut Instrumen›rum Passionis Domini, v. gr. Orationis in Monte Oliveti, retiosissimi Sanguinis, Coronæ Spineæ, SS. Sindonis etc., ı simul concurrant. Si aliquod nihilominus ex hisce Officiis Octavam adsciscat (uti illud SS. Sindonis in ditione edemontana) et infra eamdem vel ipsa die Octava occurrat vel concurrat Festum aliud de Passione, tum vero ıaudquaquam prætermittitur Octavæ commemoratio, ac :tiam diei infra Octavam. *S. R. C.* 10 *Febr.* 1856 *in Alben. ad* 3.

9. Advertendum est 2° commemorationem Sanctorum, quorum Officia novem Lectionum, eo quod defecerint dies vertente anno, in hujus exitu supersunt, diebus eorum propriis peragendam esse, quæcumque in illis occurrant Officia. Excipiuntur solummodo Triduum ultimum majoris Hebdomadæ, nec non Dominicæ Paschatis et Pentecostes ac duo dies utramque subsequentes. In iis enim quævis San-

ctoroum commemoratio expungitur; ideoque si in iis aliquo anno occurrat, anno illo prorsus omittitur. In Vesperis tamen Feriæ tertiæ Paschatis et Pentecostes illorum fit commemoratio, si in Feria quarta sequenti peragenda sit. Porro illa fieri debet instar commemorationum diei Octavæ et Dominicæ per annum impeditæ tam in occursu quam in concursu. Nimirum in concursu fieri debet instar impeditæ diei Octavæ, si in proprio Kalendario Sancti illi potiantur ritu duplici, et instar impeditæ Dominicæ, si semiduplici. In occursu vero, sive illorum Festa sint duplicia sive semiduplicia, in utrisque Vesperis, Laudibus et Missa etiam solemni peragenda eorum commemoratio est, etiamsi Festum occurrens sit duplex primæ classis, et Festum sub ritu simplici sit tantum semiduplex. *S. R. C.* 18 *Dec.* 1779 *in una Ord. Min. Observ.*, 27 *Febr.* 1847 *in una Sanctimonialium SS. Crucis et Passionis D. N. J. C. et Rubr. pecul. n.* 59 *et* 60. Peragenda porro est commemoratio Festi simplicis per accidens etiam in Missa solemni, quia ex S. R. C. mandato hujusmodi Festa habenda sunt instar Dominicæ impeditæ; atqui de Dominica impedita nemini dubium est quin commemorationem fieri opus sit in omnibus Missis; ergo idipsum de Festis illis constat præstandum esse. Huc adde, quod Rubrica Missalis (*tit.* 7 *n.* 1) præcipit commemorationem Festi simplicis in Missis privatis, non item in solemni, quando illa dumtaxat in Laudibus (ob occursum Festi duplicis secundæ classis) locum habet; at cum fit etiam in primis Vesperis, Rubrica nullam Missam excipit; quare cum ex Decretis S. R. C. in comperto sit, Festorum per accidens simplicium semper commemorationem in primis Vesperis agendam esse; perspecte liquet eam quoque locum habere in Missa solemni. Exinde in Officio occurrente recitanda est 9 Lectio Officii per accidens simplicis, si propriam habeat de Sancti vita et gestis, quæ nempe conflatur ex Lectionibus secundi Nocturni, utcumque plures sint, ad modum unius. Quæ præscriptio semper servanda est, dummodo Officium occurrens 1.° ex novem Lectionibus constet. 2.° Nono careat Responsorio. 3.° Non incidat in diem, qua legenda sit nona Lectio de homilia Dominicæ, Vigiliæ aut Feriæ. Verum si cum illo eadem die occurrat duplex

vel semiduplex sub ritu simplici et simplex per se, hujus quidem foret, non alterius, 9 Lectio omittenda. 4.° Denique ejusmodi sit ut simplicium per accidens commemorationem saltem in Laudibus admittat. Excipe nihilominus Festum SS. Corporis Christi, ac Dominicam infra ipsius Octavam, quin et singulos Octavæ dies, quoties de iis Officium celebratur. Etsi enim hisce diebus commemorationi simplicium per accidens locus adsit, horum tamen nona Lectio abnuitur. *S. R. C.* 12 *Aug.* 1854 *in Veronen. et Rubr. pecul. n.* 177. Ratione autem Festi duplicis quidem per se, at simplicis per accidens, in Officio occurrente minime excluduntur Suffragia et Preces, si ea ritus exigat, nec tertia Oratio in Missa. Contra vero in Missa non dicitur *Credo*, neque Præfatio propria, etiamsi competant Festo, cujus commemoratio fit sub ritu simplicis, neque color huic conveniens adhibetur, in Officio autem conclusio Hymnorum ad omnes horas, si forte propria adsit Festi, prætermittitur. *S. R. C.* 28 *Mart.* 1775 *in una Urbis ad* 7 *et* 8, 20 *Apr.* 1822 *in una Ord. Erem. S. Augustini ad* 3 *ac Caval. to.* 5 *c.* 12 *n.* 60 *et c.* 14 *n.* 51.

De ratione qua fiunt Commemorationes

10. Commemorationes aguntur hoc modo: Post Orationem diei, in Vesperis dicitur Antiphona quæ posita est ad *Magnificat*, et in Laudibus quæ posita est ad *Benedictus* in Communi (si propria desit) conveniens Festo, cujus fit commemoratio. Tum Antiphonæ subjicitur ℣., inde sumendus unde sumpta est Antiphona, scilicet post hymnum Vesperarum et Laudum; dehinc Oratio dicitur. Si Antiphona et ℣ Festi, cujus commemoratio agitur, extent in eodem Communi, ex quo sumpta sunt pro Officio diei; in Festo variantur Antiphonæ et ℣℣., atque in Vesperis sumuntur ibidem ex Laudibus, ac vicissim in Laudibus ex primis Vesperis, nisi aliter designetur. *Rubr. tit.* 9 *n.* 8. At si duo Festa Ss. Doctorum simul concurrant, Antiphona pro commemoratione præcedentis non accipienda erit ex Laudibus, sed ex Vesperis ipsis, nempe *Dum esset, Amavit* vel *Hic vir* juxta Festi qualitatem. *Rubr. pecul. n.* 61. Rursum si in Officio S. Confessoris commemoretur dies infra

Octavam alterius Confessoris, ac neuter propriam Antiphonam et ℣. obtineat; Antiphona Octavæ in Laudibus erit ex secundis Vesperis, non ex primis; in secundis autem Vesperis ex Laudibus, et utrobique adhibebitur ℣. ex primis Vesperis. *S. R. C.* 18 *Decembris* 1779 *in una Ordinis Minorum Observantium ad* 6. Hæc eadem servari oportet, quoties pro die infra Octavam commemoratio ex eodem Communi petenda sit, unde Officii Antiphona cum ℣. suppetit. Id porro præcipitur, ne Antiphona eadem, aut ℣. repetatur: qua causa cessante, omnia propriis locis hauriuntur. Propterea commemorationes Festi simplicis (ut Ss. Euphemiæ et Sociorum 16 Septembris) quæ in Breviario variantur ob occursum Festi idem Communepertinentis, si istud transferatur, et alio diverso Communi subrogetur, tum vero e propria petendæ sunt. *Rubr. pecul. n.* 62 *et S. R. C.* 14 *Dec.* [illegible] *in Ferrarien.* Si in Officio novem Lectionum de pluribus Ss. Virginibus et Martyribus facienda sit commemoratio Festi simplicis ejusdem qualitatis, pro isto ad primas Vesperas et Laudes adhibenda erit Antiphona cum ℣. commemorationis Ss. Perpetuæ et Felicitatis, ut 7 Martii. *Rubr. pecul. n.* 63 *et S. R. C.* 7 *Sept.* 1680 *in una Canon. Regularium ad* 11. Ubi plures occurrant simplicium commemorationes ex eodem Communi, a quo sumuntur Antiphona et ℣. pro Officio diei, illæ hoc modo aguntur. *Ad Vesperas:* Prima fiet per Antiphonam et ℣. Laudum (quod enim pro Ss. Euphemia et Sociis sumatur Antiphona e secundis Vesperis id ex peculiari dispositione est, in exemplum minime traducenda, ne pro aliis quidem Martyribus. *S. R. C.* 10 *Jan.* 1693 *in una Galliarum*): Secunda per Antiphonam ex secundis Vesperis et ℣. secundi Nocturni. Tertia per primam Antiphonam et ℣. 3 Nocturni. *Ad Laudes vero:* Prima agetur per Antiphonam et ℣. ex primis Vesperis: Secunda per priorem Antiphonam et ℣. 3 Nocturni: Tertia per Antiphonam ex secundis Vesp., et ℣. e 2 Nocturno. Atque hæc servanda sunt, etiamsi commemoratio sit de pluribus, Antiphona vero et ℣. singulari numero efferantur. *Rubr. pecul. n.* 64 *et S. R. C.* 5 *Ma*[illegible] 1736 *in Einsidlen.* Si priori ex Simplicibus Antiphona et ℣. sint particulariter assignata, tunc commemoratio s[illegible]

cundi erit prima ex commemorationibus antedictis; tertii secunda, atque ita porro: nec non aliis casibus ordo ejusmodi erit aptandus. Hic ordo (circumstantiis pariter, prout opus fuerit, accomodatus) necesse est ut servetur quoque in Suffragiis communibus, ita ut nulla in ipsis Antiphona aut ℣., jam dictus in eadem Officii parte, repetatur. *Rubr. pecul. n.* 65. Advertendum tamen est Antiphonas ad *Benedictus* de Communi Confessoris Pontificis et non Pontificis plane esse diversas, ac proinde alteram pro Officio, alteram pro commemoratione recte deservire. *Gav. sect.* 3 *c.* 11 *n.* 29. Idem sentiendum est de Antiphona *Amavit* in secundis Vesperis Confessoris Pontificis; et de ℣. *Amavit;* ideoque utrumque pro eadem commemoratione poterit adhiberi. Item Antiphona *Sancti et justi* ad *Magnificat* in secundis Vesperis et ℣. *Sancti et justi* in primis Vesperis Martyrum tempore Paschali usurpari queunt in eadem Officii parte, attamen pro diversa commemoratione. Nequeunt pro commemoratione eadem; quia si Epiphania in Feriam tertiam adveniat, Rubrica Sabbati sequentis immutari jubet ℣. *Omnes* utpote prorsus similem Antiphonæ ad *Magnificat.* Queunt vero pro commemoratione diversa; quia cum concursus duorum Martyrum tempore Paschali sit admodum frequens, si ℣. *Sancti et justi* ideo foret expungendus, quod Antiphona *Sancti et justi* pro commemoratione sit adhibita, profecto id Rubrica, quemadmodum in Sabbato Epiphaniæ, præmonuisset; atqui in casu nostro id minime præstitit, uti videre est in Breviario sub diebus 13 et 24 Aprilis; ergo inde licet eruere, præfatam Antiphonam cum ℣. pro diversa commemoratione permitti. Idipsum censeatur de Antiphona *Lux perpetua* ad *Magnificat* in primis Vesperis et de ℣. *Lux perpetua* secundi Nocturni. Similiter si contingat, ut eadem sit Oratio Festi, cujus Officium celebratur, et ejus, cujus agitur commemoratio, tunc hujus Oratio mutatur in aliam de Communi. *Rubr. tit.* 9 *n.* 8. Si autem una tantum Oratio in Communi suppetat, ut pro Doctoribus, Abbatibus, Virginibus et non Virginibus: pro Doctoribus et Abbatibus alia potest adhiberi de Communi Confessoris; pro Virginibus et non Virginibus usurpatur Oratio *Indulgentiam,* omissa *Martyris,* vel *Virginis et Martyris* appellatio-

ne. *S. R. C.* 21 *Jul.* 1855 *in Suessionen. ad* 5. Rursum si Vigilia cujuspiam Apostoli occurrat in Festo Confessoris Pontificis cum Oratione *Da quæsumus*, pro commemoratione Vigiliæ substituitur, mutato nomine, Oratio Vigiliæ S. Andreæ Apostoli 29 Novembris. Orationes porro censentur eædem, cum per illas idem prorsus petitur, ac fere iisdem verbis ; non vero quando postulatio est diversa, quamvis verba pene omnia sint eadem, ut in secunda Oratione pro Martyre Pontifice et prima pro Confessore non Pontifice. *Guyetus lib.* 3 *c.* 2 *q.* 7.

11. Ubi Festum S. Petri ad Vincula vel alterutrius Cathedræ celebratur cum Octava, etiamsi de hac non Officium, sed sola fiat commemoratio ; agenda est singillatim commemoratio S. Pauli, uti ipsa die Festi ; non vero per Antiph. *Petrus Apostolus* et *Gloriosi Principes terræ.* Hoc idem dictum esto de commemoratione S. Petri, ubi Conversio S. Pauli Octavam obtinet. *Rubr. pecul. n.* 66 *et S. R. C.* 2 *Sept.* 1741 *in Aquen. ad* 10.

De ordine Commemorationum

12. Ex duobus impeditis Officiis, si simul occurrant de illo prius commemoratio agenda est, quod impedimento secluso persolvi oporteret ; si vero concurrant, de ill prius, cujus, si impedimentum abesset, recitarentur Ve speræ integræ, vel a Capitulo, vel dimidiæ. *Rubr. pecul.* n 67 *et S. R. C.* 18 *Dec.* 1779 *in una Ord. Min. Observ ad* 3 *et* 12 *Apr.* 1823 *in Panormitana ad* 8. Quare i occursu hic ordo servabitur in sequentibus commemora tionibus, si duas vel plures ex iis peragi opus sit : vide licet agatur : I. De Dominica privilegiata. II. De die O ctava communi. III. De Sancto ritus duplicis majoris v minoris ex se, ac per accidens simplicis. IV. De Dominic per annum. V. De die infra Octavam Corporis Christ VI. De Festo semiduplici ex se, ac per accidens simplic VII. De die infra Octavam communem. VIII. De Fer Quadragesimæ, Adventus, Quatuor Temporum, Vigiliaru et Feriæ secundæ Rogationum. IX. De Festo simplici pe se. *Rubr. pecul. n.* 68. Ad concursum vero quod specta cum in aliquam ex tribus privilegiatis Dominicis aut

Quadragesimam, aut in Dominicam Adventus primam vel secundam aut tertiam quæ incidat ante diem 17 Decembris (imo etiam post hanc diem et in Dominicam quartam penes illos qui privilegio fruuntur celebrandi Octavas tempore vetito), simul occurrunt dies Octava, et Sanctus per se duplex; tunc si in Sabbato persolutum sit Officium de semiduplici, de ipso omnium primo in Vesperis, utpote quæ dimidiæ de eo actæ sunt, commemoratio facienda est, dehinc de duobus Officiis quæ prorsus impediuntur, ac prius quidem de die Octava, postmodum de Sancto prædicto. Si vero Festum in Sabbato sit duplex, in ejus secundis Vesperis commemoratio fiet I. Dominicæ privilegiatæ. II. Diei Octavæ. III. Sancti per se duplicis. *Rubr. pecul. n.* 69 *et Caval. to.* 2 *c.* 18 *d.* 1 *n.* 11 *et* 12. Pari modo atque ordine in secundis Vesperis ipsius Dominicæ, si subsequatur in Feria secunda Officium duplex, post hujus Orationem tres illas agi commemorationes oportebit, nempe I. de Dominica. II. de die Octava. III. de Sancto per se duplici. Si vero sequatur Officium semiduplex, post Orationem Dominicæ commemoratio fiet I. de die Octava. II. de Sancto per se duplici. III. de sequenti Officio semiduplici. Quod si Officium per accidens simplex in eadem Dominica occurrens, sit pariter semiduplex, tunc hujus commemoratio postponenda erit commemorationi semiduplicis subsequentis, de quo, Dominicæ et Octavæ impedimento cessante, diceretur potior Vesperarum pars, videlicet a Capitulo. *Rubr. pecul. n.* 70 *et Caval. l. cit. n.* 13. Si vero dies Octava impedita, vel duplex Officium æque impeditum incidant in Sabbatum vel Feriam secundam, eorum commemoratio præcedet commemorationem Dominicæ privilegiatæ (excepta Dominica in Albis), quia amoto impedimento Vesperæ integræ forent de ipsis respective persolvendæ. *S. R. C.* 10 *Jan.* 1693 *in una Galliarum*. Ope regulæ, quam initio hujus numeri præstituimus, facile ac pronum cuique est dignoscere quid in aliis id generis tum occurrentiæ, tum concurrentiæ casibus præstandum sit; quidve etiam agendum, cum e binis Sanctis per accidens simplicibus alter alteri duobus continuis diebus succedit. *Rubr. pecul. n.* 71.

13. Commemorationes peculiares, quæ in Officio fiunt non fortuito, seu ratione diei, qua illud celebratur, sed

ratione ipsius Officii, cui sunt conjunctæ, utpote quæ illud comitantur inseparabiliter in quamcumque diem transferatur; cujusmodi est commemoratio S. Joseph in Officio Desponsationis B. M. V. (ubi illa est concessa), et S. Pauli in Officio S. Petri, ac vicissim; anteferendæ sunt semper in utrisque Vesperis et Laudibus quibusvis diei commemorationibus, etiam Festi duplicis et Dominicæ. *Rubr. pecul. n.* 72 *et Caval. to.* 2 *c.* 30 *d.* 6 *n.* 2.

De Commemorationibus in Missa

14. In Missa eædem fiunt commemorationes, eodem numero, eodemque ordine ac in Laudibus. Excipitur Festum duplex 2 classis, in cujus Missa cum cantu (quamvis sine Diacono et Subdiacono) et ubi hæc desit, in Missa Conventuali lecta (uti apud Regulares), nulla agitur commemoratio Festi simplicis per se, etsi locum habeat in Laudibus; sed fit tantum in Missis strictim privatis. *S. R. C.* 27 *Mart.* 1779 *in una Ord. Min. Refor. ad* 18, 9 *Apr.* 1808 *in Compostellana ad* 4 *ed* 12 *Mart.* 1836 *in Tridentina ad* 8. Item excipitur Dominica Palmarum et Vigilia Pentecostes, in quibus commemoratio omittitur in Missis quoque privatis, de Festo simplici sive per se, sive per accidens, licet facta sit in Officio. *Rubr. tit.* 7 *n.* 1 *et S. R. C.* 18 *Mart.* 1775 *in una Urbis ad* 6. Contra si qua Vigilia incidat in Feriam Adventus (ubi fiat de aliquo Festo), Quadragesimæ aut Quatuor Temporum, illius agitur commemoratio in Missa (ante commemorationem Festi simplicis per se, si occurrat) tametsi praetermissa fuerit in Officio; dummodo Officium hoc non sit duplex primæ classis, tum quippe nec in Missa commemorationi de Vigilia locus esset. *Rubr. Brev. tit.* 6 *n.* 2 *et Missal. tit.* 3 *n.* 2 *et* 5. Rursum in Missa (post commemorationem Festi simplicis occurrentis) commemoratio fit de Feria tertia et quarta Rogationum, etsi ab Officio excludatur, dummodo pariter ejusmodi Officium non sit de Festo duplici primæ classis, quia tunc omitteretur etiam in Missa. *S. R. C.* 16 *Apr.* 1853 *in una Ord. Min. Observ. ad* 12. Quoad commemorationes agendas in duabus Missis Conventualibus, si quando celebrandæ sint, ac in Missis vo-

ris, confer cap. 8 n. 3, 4 et 21. Quoad Orationes in semiduplicibus, aliisque inferioris ritus, item recole cit. cap. 8 n. 3 et 4, ac notanda de Tempore. Quoad Collectas vero consule cap. 9 n. 5 et seqq.

15. Cum plures dicuntur. Orationes, si qua unum idemque sonet et exprimat atque alia, commutanda est illa, quæ commemorationis loco est, seu ordine posterior, et diversa sumitur de Communi vel Proprio. *Rubr. tit.* 7 n. 8 *et S. R. C.* 7 *Sept.* 1816 *in Tudent. ad* 31. *Vide etiam supra n.* 10 *sub finem.* In occurrentia duarum Ss. Virginum vel Mulierum, quæ in Communi eamdem habent Secretam et Postcommunionem, pro variatione sumi potest Secreta et Postcommunio ex Missa *Loquebar* de Communi Virginis et Martyris, omissa nuncupatione *Martyris* vel *Virginis et Martyris* respective. *S. R. C.* 12 *Sept.* 1840 *in una Congreg. SS. Cordium Jesu et Mariæ ad* 1. Si identitas Orationum accidat in Dominica vel Feria, subroganda est Oratio Dominicæ vel Feriæ sequentis, ut suo loco adnotabitur. Mutatur porro illa tantum Oratio, quæ eadem est, non vero Secreta et Postcommunio, ac vicissim. An Orationibus inserere liceat Cognomen vel Patriam Sanctorum, vide notanda sub die 2 Aprilis.

De modo quo Orationes concluduntur

16. In conclusione Orationum hæc lex servanda: Si Oratio dirigatur ad Patrem concluditur *Per Dominum nostrum Jesum Christum* etc. Si ad Filium, *Qui vivis et regnas cum Deo Patre* etc. Si in principio aut medio Orationis Filii mentio inferatur sub nomine Salvatoris, Christi, Verbi, Unigeniti, Dei cum additione Genitricis Mariæ, aut quacumque alia voce quæ denotet, licet dumtaxat quoad sensum, secundam SS. Trinitatis Personam (ut in Oratione Exaltationis S. Crucis) concludenda est *Per eumdem Dominum nostrum* etc. *S. R. C.* 11 *Mart.* 1820 *in Mazarien. ad* 5. Si vero mentio Filii incidat in finem Orationis, etsi tantum quoad sensum sub nomine Ejus vel aliter, conclusio erit *Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum.* Verum quo Oratio modis antedictis concludi queat, non sufficit ut men-

tio Filii habeatur in una ex præcedentibus Orationibus, si plures unica conclusione contineantur; sed necesse est ut illius mentio fiat in postrema Oratione, quæ concluditur. *S. R. C.* 23 *Maj.* 1835 *in una Ord. Eremit. S. Augustini.* Denique si in Oratione inducatur mentio Spiritus Sancti, conclusio hæc est apponenda:... *In unitate ejusdem Spiritus Sancti* etc. Attamen ut sic concludi possit, requiritur ut mentio illa Spiritum Sanctum directe significet; neque sat est, ut ibi dumtaxat hæc verba occurrant: *Spiritus tuæ dilectionis, adoptionis, fortitudinis, fervoris vel gratiæ salutaris* etc. *S. R. C.* 12 *Nov.* 1831 *in una Marsorum ad* 49, 7 *Dec.* 1844 *in Mechlinien. ad* 9 *et Missale Rom. typicum Romæ edit. an.* 1861.

CAPUT VII.

DE OFFICIIS ADDITITIIS

1. Officiorum addititiorum nomine intelligitur quid-
uid Divino Officio nonnunquam addi opus est, seu ultra
litum Officii Divini pensum ex Rubricarum mandato,
l alia de causa recitari debet. *Caval. to.* 2 *c.* 46. Hu-
ismodi autem sunt Officium parvum B. M. Virginis, Of-
cium Defunctorum, Psalmi Graduales et Pœnitentiales ac
itaniæ Sanctorum.

De Officio parvo B. M. V. ex Rubricarum præscripto vel alia de causa in Choro recitando

2. Officium parvum B. M. V. recitandum est in Choro
x Rubricarum præscripto, quoties Officium peragitur
rium Lectionum, exceptis Pervigilio Nativitatis Domini,
najori Hebdomada, tota Octava Paschæ et Pentecostes,
ec non diebus quibus fit Officium de S. Maria; hisce
quippe diebus omittitur a primis Vesperis, in Vigilia autem
Nativitatis a Matutino. Verum ubi consuetudo viget hoc
parvum Officium in Choro persolvendi in Dominicis et Festis
semiduplicibus, ac etiam in duplicibus per annum, ser-
vanda est, dempta Octava Paschatis et Pentecostes. *S. R.
C.* 1 *Sept.* 1607 *in Troian. et* 25 *Aug.* 1818 *in una Hi-
spalen. ad* 9.

3. In illo persolvendo idem ritus locum habet ac in
Officio feriali. Quod ad Vesperas attinet et Matutinum cum
Laudibus præponuntur Officio diei, Horæ vero minores
postponuntur, hoc modo: Dicto *Pater* et *Ave* dicuntur
Vesperæ Officii parvi usque ad *Benedicamus Domino;* de-
hinc absolute (hoc est prætermissis *Pater* et *Ave*) in-
choantur Vesperæ Officii diei. Similiter dicto *Pater*, *Ave* et
Credo recitatur Matutinum cum Laudibus B. M. V. usque

ad *Benedicamus Domino;* tum absolute (ut supra) incipit Matutinum Officii diei. Prima Officii parvi dicitur post *Benedicamus Domino*, antequam legatur Martyrologium, ac sub finem omittitur ℣. *Fidelium animæ*. Reliquæ Horæ B. M. V. inchoantur absolute (nempe absque *Ave Maria*) post *Benedicamus Domino* Horarum Officii diei; et post Orationem Completorii subjungitur *Benedicat et custodiat nos* etc. *Rubr. ante Officium parvum B. M. V. et S. R. C. 7 Sept. 1850 in Massilien. ad 1.*

4. Ejusmodi parvum Officium quovis tempore persolvendum plane est prout jacet in Breviario, si illa tantum excipias, quorum immutatio in Officii ejusdem Rubricis præcipitur. Quamobrem nec tempore Passionis omittitur *Gloria Patri* in Invitatorio ac tertio Responsorio; nec tempore Paschali numerus Antiphonarum imminuitur, neque *Alleluja* Invitatorio etc. additur. *Rubr. gener. tit. 37 n. 2 et pecul. n. 239 ac S. R. C. 26 Aug. 1752 in Gadicen. ad 2.*

De Officio Defunctorum ex Rubricarum præscripto aliave de causa in Choro recitando

5. Officium Defunctorum, idest Vesperæ et Nocturnum Feriæ currentis cum Laudibus ritu simplici cum Precibus et tribus Orationibus ut in fine Breviarii, recitandum est in Choro (extra tempus Paschale) ex Rubricarum præscripto prima cujusque Mensis die, nisi obstet Officium novem Lectionum; tum quippe ad diem transfertur proxime insequentem itemque non impeditam. In Adventu nihilominus et Quadragesima non persolvitur prima die Mensis, sed Feria secunda cujusque Hebdomadæ non impedita, ut supra, excepta majori Hebdomada, nec non Vigilia Nativitatis Domini si quando incidat in secundam Feriam. *Rubr. ante Off. Def. et Guyetus lib. 4 c. 23 q. 7.* Si omnes dies Mensis et Feriæ secundæ Adventus et Quadragesimæ impediantur Officiis novem Lectionum, tunc Defunctorum Officium omittitur. Attamen si tantum dies ultima Mensis sit libera, in ea sane illud persolvi opus erit, licet postera die rursus pro Mense sequenti foret repetendum; quo casu Vesperæ Defunctorum dicentur post

Vesperas diei postremæ Mensis præcedentis, a quibus incipit prima dies Mensis juxta ritum Ecclesiasticum. *S. R. C. 23 Maj. 1603 in Egitanien. ad 4 et Gav. sect. 9 c. 2 n. 11.*

6. Præter Officia pro Defunctis a Rubricis generalibus præcepta, quatuor a Nostratibus generalia ejusmodi Officia debent quotannis persolvi. Tria fiunt pro universis Fratribus, eorumque ac nostris Propinquis et Benefactoribus. Quartum pro Patribus et Matribus Fratrum omnium, quot sunt quotque fuerant. His addendum est generalissimum aliud pro Fratribus et Sororibus cujusque Status trium Ordinum S. P. N. Francisci; pro eorum, earumque, ac viventium Fratrum, et Sororum Patribus, Matribus, et Benefactoribus; ac pro iis omnibus, qui in Cœmeteriis eorumdem Ordinum consepulti sunt. Porro quatuor priora agenda sunt die proxime non impedita, primum post Dominicam Septuagesimæ, alterum ante Festum S. Mariæ Magd. 22 Julii, tertium ante Festum Dedicationis S. Michaelis Arch., quartum ante Adventum. Postremum vero celebrari oportet post Festum omnium Sanctorum trium Ordinum die item proxime non impedita. In his quinque Officiis, vi Constitutionum Ordinis et Rubricarum peculiarium anni 1696 celebrandis, opus est Vesperas persolvi et Matutinum integrum cum Laudibus, ac Missam de Requie decantari; a Religiosis autem Laicis recitari 100 *Pater, Ave* et *Requiem* juxta morem. Oratio Officii et Missæ in quarto Officio erit *Deus qui nos patrem.... animabus Parentum nostrorum.... nosque eos* etc. plurali numero; in Officiis reliquis *Deus veniæ.* Dies porro impediti pro Officio generalissimo sunt: I.° Dies Dominici et Festivi de præcepto Ecclesiæ audiendi Sacrum, sive universales ii sint sive particulares, tametsi festivitas, quæ agitur, nullum Officium obtineat. II.° Totum tempus, quo pro Oratione XL. horarum, vel alia publica de causa expositum manet SS. Sacramentum. III.° Dies illi, quibus occurrunt vel in quos debent transferri Officia ritus duplicis majoris vel altioris. IV.° Quicumque dies in respectiva Ecclesia cum insigni solemnitate (etiamsi hæc Officio careat), sive communiter cum aliis Loci Ecclesiis, sive singillatim celebrentur. Pro quatuor vero generalibus Officiis, præter dies quos paulo ante recensuimus, ii quo-

quæ ceu impediti habeantur, in quos Duplicia minora vel occurrunt vel debent reponi; itemque quod attinet ad primum ex ipsis, Feria quoque privilegiata, non tamen quod ad quartum attinet, Dominica anticipata. *Rubr. pecul. n.* 214, 215, 216, 219, 220, 221 *et* 222.

7. Vesperæ Defunctorum persolvuntur pridie post *Benedicamus Domino* Vesperarum diei, etiam Dominicæ vel Festi cujuscumque, tametsi primæ classis, simulque de præcepto quoad Forum. *S. R. C.* 23 *Maj.* 1603 *in Egitanien. ad* 4 *et Rubr. nostri Franciscani Breviarii ante Off. Defunctorum.* Matutinum autem incipit post *Benedicamus Domino* Laudum diei, nisi aliud ferat Ecclesiarum consuetudo. *Rubr. ante Off. Def.*

De modo recitandi Officium Defunctorum

8. Invitatorium *Regem cui omnia vivunt* etc. dicitur dumtaxat die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, nec non die obitus seu depositionis Defuncti, et quoties integrum recitatur aut canitur Officium. *Rubr. in Off. Def. et S. R. C.* 9 *Maj.* 1739 *in una Ord. Camaldulensium Montis Coronæ ad* 2. Semper omittitur quando unum tantummodo persolvitur aut cantatur Nocturnum, quamvis cum Laudibus (*Rubr. et S. R. C.* 31 *Maj.* 1817 *in una Dubior. ad* 13 *et* 7 *Sept.* 1850 *in Veronen. ad* 7); excepta die depositionis præsente Cadavere (*ex Rit. Rom. de Exeq.*), et apud nos (*ex peculiari Breviarii nostri præscripto*) quacumque die Nocturnum persolvendum sit sub ritu duplici juxta infra dicenda; in hoc autem utroque casu semper erit recitandum primum Nocturnum; ceteris in casibus Nocturnum Feriæ occurrentis. *Rubr. ut supra.*

9. In hoc Officio, etsi unicum dicatur Nocturnum, duplicantur Antiphonæ, ultra diem Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, diemque obitus vel quasi obitus (nempe postquam perlata est obitus notitia), etiam in die III, VII, XXX et anniversaria, ac cum solemniter celebratur Officium, cumque apud nos illud agitur quod generalissimum nuncupatur. *Rit. Rom. ante Off. Def., Rubr. pecul. n.* 29 *et* 30 *et antiquæ n.* 32, *S. R. C.* 8 *Mart.* 1738 *in Uyxbonen. Occiden. ad* 3 *et Gujetus lib.* 4 *c.* 23 *q.* 16.

10. In ℟. *Libera me Domine de morte æterna* etc., prima repetitio post ℣. *Tremens* fit a primo asterisco ad secundum, ac verba a secundo asterisco usque ad præfatum ℣. reservantur pro altera repetitione. *S. R. C.* 12 *Sept.* 1840 *in Avenionen.* Responsorium tamen Exequiarum *Subvenite* dicendum est ut in Rituali *tit. de Expiratione;* idest prima repetitio post ℣. *Suscipiat* fieri debet a primo asterisco ad secundum inclusive. *S. R. C.* 12 *Aug.* 1854 *in Lucionen. ad* 59. Psalmi *Lauda* in Vesperis et *De profundis* in fine Laudum prætermittuntur die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, nec non die obitus seu depositionis præsente Cadavere, etsi unicum dicatur Nocturnum; itemque apud nos, ex peculiari concessione, in Officio generalissimo; alias semper dicendi sunt. *Rubr. in Off. Def., Rit. Rom. de Exequiis et S. R. C.* 28 *Aug.* 1762 *in una Ord. S. Benedicti,* 27 *Mart.* 1779 *in una Ord. Min. Refor. ad* 1 *et* 25 *Aug.* 1818 *in Hispalen. ad* 3. In Officio pro die prima Mensis ac pro Feria secunda Adventus et Quadragesimæ subjiciuntur tres Orationes ut in fine Breviarii; quotiescumque vero illud celebratur sub ritu duplici, dicitur una tantum Oratio conveniens ei vel iis, in cujus vel quorum suffragium cedat, et quidem sub longiori conclusione. *S. R. C.* 16 *Apr.* 1853 *in una Ord. Min. Observ. ad* 23 *et Gujetus lib* 4 *c.* 23 *q.* 19. Conclusio enim hæc semper locum habet quando unica dicitur Oratio, nisi statim subsequatur Missa de Requie vel Absolutio, quia tunc adhibetur conclusio brevis. *Rubr. nostri Franciscani Brev. in Off. Def.* Cum Officium Defunctorum vel ejus pars pro uno persolvitur, ℣℣. dumtaxat et ℟℟., quæ immediate Orationem præcedunt et subsequuntur, dicuntur singulari numero, nempe ante Orationem ℟. *Erue, Domine, animam ejus*, et sequens ℣. *Requiescat in pace;* post Orationem vero ℣. *Requiem æternam dona ei, Domine*, ℟. *Et lux perpetua luceat ei,* et sequens ℣. *Requiescat in pace.* Duo nihilominus ultimi ℣℣. post Orationem omittuntur, si statim sequatur Missa de Requie vel Absolutio. Reliqua in Vesperis, Matutino et Laudibus omnino dicuntur uti jacent, sive pro uno, sive pro pluribus recitentur. *Rubr. nostri Franc. Brev. in Off. Def., Rit. Rom. et S. R. C.* 7 *Sept.* 1816 *in*

Tudent. ad 41 *et* 25 *Aug.* 1818 *in Hispalen. ad* 3. Quamquam vero unicum recitetur Nocturnum sine Laudibus, attamen ultimum ℟. ac Preces cum Psalmo *De profundis* (quando hic dici debet, ut supra monuimus) atque cum Oratione seu Orationibus nunquam prætermitti fas est, etsi continuo subsequatur Missa de Requie vel Absolutio. *Rubr. nostri Franc. Brev. et S. R. C.* 16 *Dec.* 1828 *in Volaterrana ad* 4. Præfatæ preces dicendæ sunt flexis genibus etiamsi fiat Officium sub ritu duplici, Hebdomadario tamen ad Orationem surgente. *Rubr. et Rituale Rom. ubi de Off. Def. ac Cœrem. Ep. lib.* 2 *c.* 10 *n.* 3 *et* 4. Oratio *Inclina* pro Defuncto pronuncianda est sine *Nomine*, prout jacet in Breviario et Missali. *S. R. C.* 7 *Apr.* 1832 *in Viglevanen.* Idem præstandum est ex Rubricarum præscripto in aliis Orationibus, in quibus non reperitur littera N. *Ita ex Gardellini sub n.* 4538. Quotiescumque pro omnibus Defunctis Officium persolvitur vel fit Absolutio, omittitur in fine ℣. *Animæ eorum*, *et animæ omnium Fidelium Defuctorum* etc. ; et in casu Absolutionis omittitur etiam Antiphona *Si iniquitates* cum Psalmo *De profundis*, statimque omnes silentio abscedunt. *Rubr. pecul. n.* 255 *et S. R. C.* 28 *Jul.* 1832 *in una Ord. Min. S. Francisci.*

De diebus quibus Officium Defunctorum permittitur vel prohibetur

11. Officium Defunctorum, præsente Cadavere, cantari seu recitari potest omnibus diebus, exceptis Feriis quinta, sexta ac Sabbato majoris Hebdomadæ; nec non tempore, quo pro Oratione XL horarum vel alia publica de causa expositum manet SS. Sacramentum ; itemque Dominicis Paschæ et Pentecostes ; ac Festis Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Ascensionis, Corporis Christi, Assumptionis B. M. Virginis, Nativitatis S. Joannis Baptistæ, Ss. Apostolorum Petri et Pauli, Omnium Sanctorum, Titularis propriæ Ecclesiæ et Patroni principalis Loci. Alia vero duplicia primæ classis non excipiuntur, nisi ubi Festiva sint de præcepto et magna cum pompa celebrentur. *Rubr. pecul. n.* 230 *et Caval. to.* 3 *c.* 2 *d.* 6. Si vero Cadaver non est præsens, tunc præter supradictos, excipiuntur etiam dies

Dominici ac Festi de præcepto; duplicia 1 et 2 classis; dies infra Octavas privilegiatas Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Paschatis, Pentecostes et Corporis Christi; tòta major Hebdomada, ac Vigiliæ Nativitatis et Pentecostes. *Rubr. pecul. n.* 231 *et S. R. C.* 22 *Jan.* 1689 *in Regien.*, 16 *Dec.* 1828 *in Volaterrana ad* 7 *et* 23 *Maj.* 1846 *in Tudent. ad* 15. Veruntamen ubi Cadavera ob civilem prohibitionem vel justa quapiam de causa nequeunt in Ecclesia exponi, tunc ibi Officium Defunctorum, etiam cum Missa solemni et Exequiis, fas est canere vel in duplicibus 2 classis, nec non diebus Festis ejusdem classis; dummodo Cadaver sit adhuc insepultum, et in decenti loco servetur prope Ecclesiam; in Ecclesia vero nigri panni signum insternatur ab eo diversum, quod in Anniversariis adhibetur, ut nempe Fideles intelligant suffragia fieri in expiationem animæ illius Defuncti, cujus corpus nondum terræ traditum fuit. *S. R. C.* 23 *Maj.* 1603 *in Egitanien. ad* 5, 25 *Apr.* 1781 *in Florent. et* 7 *Sept.* 1816 *in Tudent. ad* 43. Advertendum tamen est dies omnes, quos supra enumeravimus, eatenus tantum pro exceptis habendos esse, quatenus nimirum in eorumdem dierum, ut ita dicam, corpore Officii Defunctorum cantus aut publica recitatio interdicitur. Quapropter nihil obstat quominus ejusmodi Officium (quod intelligas velim etiam de ℟. *Libera me Domine*, et de singulis Officii partibus, si quæ alicubi seorsim dicendæ sint) in Choro post Completorium cunctis diebus cani queat, demptis solemnioribus, nempe Feriis quinta, sexta ac Sabbato majoris Hebdomadæ et ceteris quos initio memoravimus. Quinimo nil impedit quominus voce submissa, et post Completorium ut supra, diebus etiam solemnioribus recitetur, nec non perdurante SS. Sacramenti expositione (si quidem Officium sit diei addictum) hora tamen qua minor esse frequentia solet. *Rubr. pecul. n.* 233 *et S. R. C.* 8 *Jul.* 1741 *in Lamacen.*

12. Quoties Testator simpliciter legaverit *Officium*, per hanc formulam haudquaquam intelligitur integrum Officium Defunctorum, sed unum dumtaxat Nocturnum diei conveniens, in quem incidit Anniversarium, una cum Laudibus. Item quum ex Testamento celebrandum quis mandaverit *Anniversarium* vel *Anniversarium solemne*, hoc no-

mine dumtaxat intelligi oportet onus Missæ solemnis, non item Officium quoque Defunctorum, nisi conceptis verbis id jubeatur. *S. R. C.* 21 *Jul.* 1855 *in una Ord. Carmelitarum Excalceatorum ad* 1 *et* 2.

13. Quoad Psalmos Graduales et Pœnitentiales, vide notanda in Feria IV Cinerum n. 10 post mensem Februarii. Quoad Litanias vero Sanctorum, consule dicenda sub die 25 Aprilis n. IV et seqq.

CAPUT VIII.

DE MISSIS ADDITITIIS

1. Missæ addititiæ illæ nuncupantur, quæ nonnunım ex Rubricarum vel præscripto vel permissu, ultra ı præter Missam diei, celebrantur. Hujusmodi autem ıt secunda Missa Conventualis, Missa de Sancto cujus icium transfertur, Missa votiva pro re gravi vel non ıvi, ac Missa Defunctorum.

De duabus Missis Conventualibus

2. Quando in Feriis Quadragesimæ, Quatuor Tempom, Rogationum, ac Vigiliarum (communium) occurrit stum duplex vel semiduplex etiam translatum, aut dies tava, in Ecclesiis Cathedralibus, Collegiatis, et Regulaım celebrantur duæ Missæ Conventuales, altera de Fe) vel de die Octava, altera de Feria vel de Vigilia. *ıbr. tit.* 3 *n.* 1. Cathedrales et Collegiatæ ad eas Missas ligantur vi præcepti, et quidem cum cantu, et post)ras Canonicas a Rubrica tit. XV n. 2 præscriptas. *S. C.* 3 *Aug.* 1737 *in Urbevetana ad* 11, 27 *Sept.* 1817 *una Nullius Prov. Compostellanæ ad* 5 *et* 3 *Aug.* 1839 *Bobien. ad* 1. Regulares vero utriusque sexus Choro)stricti tenentur dumtaxat ad Missam Conventualem de fficio currenti, et sine cantu, nisi aliunde obligatio iatur. *S. R. C.* 19 *Jun.* 1773 *in una Ord. Min. Observanım,* 20 *Dec.* 1783 *in Lusitana ad* 1 *et* 7 *Dec.* 1844 *in una ınctimonialium Ord. Capuccinarum.* Missa nihilominus onventualis de Feria vel de Vigilia apud ipsos legi post post Nonam privatim et absque adsistentia Choristaım, e quibus sane quotquot eidem interfuerint, commenıtione digni sunt. *S. R. C.* 27 *Mart.* 1779 *in una Ord. in. Reformat. ad* 15. Attamen Missa Rogationum, ubi fit rocessio, ac post Processionem, est ubique de præcepto;

et si in illarum Feria tertia aut quarta Festum occurrat duplex 1 classis, Missa illa celebranda est cum cantu etiam apud Regulares. *S. R. C.* 12 *Nov.* 1831 *in una Marsorum ad* 37, 23 *Maj.* 1835 *in Namurcen. ad* 12, 12 *Mart.* 1836 *in Trident. ad* 10. *et* 16 *Apr.* 1853 *in una Ord. Min. Observ. ad* 12. Ubi vero non est in more Processio, ibi quidem Missa de Rogationibus omittitur, at in Missa Conventuali diei commemoratio fit Rogationum, et quidem sub conclusione unica si occurrens Festum sit duplex primæ classis. *S. R. C.* 27 *Febr.* 1847 *in Limburgen.* In Vigilia porro Ascensionis (ubi peragitur Processio) tres celebrantur Missæ Conventuales, nisi Festum occurrens sit duplex 1 classis; tum quippe de hac Vigilia, et de quacumque alia communi, nihil foret agendum. Ubi vero Processio prætermittitur, ac neutiquam occurrit Festum duplex primæ classis ut supra, duæ tantum dicuntur Missæ Conventuales, scilicet de Festo absque commemoratione Vigiliæ et Rogationum; nec non de Vigilia cum Oratione secunda de Rogationibus, et tertia *Concede.* — Quoad Missam alteram Conventualem de *Requiem*, vide infra n. 25 et notanda sub die secunda Novembris.

3. Missa Conventualis de Festo duplici vel semiduplici aut de die Octava, ut supra, celebranda est post Tertiam, ac in illa minime fit commemoratio Feriæ aut Vigiliæ; sed si Festum est duplex, commemoratio agitur diei infra Octavam, vel Festi simplicis occurrentis, si fieri oporteat. *Vide cap.* 6 *n.* 14. Si vero Festum est semiduplex, tunc ab Adventu ad Nativitatem dicitur 2 Oratio *Deus qui de B. M. V. utero*, 3 *Ecclesiæ* vel pro Papa; a Nativitate ad Purificationem 2 Oratio *Deus qui salutis*, 3 *Ecclesiæ* vel pro Papa; a Purificatione ad Quadragesimam, et ab Octava Pentecostes usque ad Adventum 2 Oratio *A cunctis*, 3 ad libitum; a Feria IV Cinerum ad Dominicam Passionis 2 Oratio *A cunctis*, 3 *Omnipotens;* a Dominica Passionis ad Dominicam Palmarum 2 Oratio *Ecclesiæ* vel pro Papa, 3 non dicitur; ab Octava Paschatis ad Pentecosten (et infra Octavam Corporis Christi, quando fit Officium de ea) 2 Oratio *Concede nos*, 3 *Ecclesiæ* vel pro Papa; infra aliquam vero Octavam, 2 Oratio est de Octava, 3 de S. Maria vel de Spiritu Sancto juxta temporis et Octavæ qua-

tem, de qua vide cap. 2 n. 35. Si autem cujuspiam ti simplicis commemoratio facienda sit, tum vero Ora- 2 loco præscripta, dicetur 3 loco, si modo excipias domadam Passionis, in qua deest 3 Oratio de tem- ; infra Octavam nihilominus 2 Oratio erit de Octava, Simplici, omissis aliis de tempore, quæ prorsus ex- untur quoties ternarius Orationum numerus a Rubrica emiduplicibus præscriptus aliunde completur.

. Missa Conventualis de Feria aut de Vigilia ut su- celebranda est post Nonam. In ea adhibetur color ceus, non dicitur *Gloria* nec *Credo*, neque fit com- oratio Officii occurrentis, nec diei infra Octavam, nec simplicis; sed enim in Feriis Quadragesimæ et Qua- Temporum dicuntur Orationes ibi notatæ, nisi aliqua at Vigilia, quia, cum hujus Missa sit omittenda, pro- a 2 Oratio erit de Vigilia, 3 vero quæ secus secundum n obtineret. In Feriis Rogationum dicitur 2 Oratio *de nos*, 3 *Ecclesiæ* vel pro Papa. In Vigiliis ab Ad- ad Nativitatem (extra Quatuor Tempora) 2 Oratio e Adventu, 3 *Deus qui de B. M. V. utero;* a Nati- ad Purificationem 2 Oratio est *Deus qui salutis*, 3 *siæ* vel pro Papa; aliis autem temporibus 2 Oratio *oncede nos*, 3 *Ecclesiæ* vel pro Papa. In Vigilia ta- B. M. V. quæ forte in Adventu occurrat, substituitur atio de Spiritu Sancto; porro extra Adventum ac in ia omnium Sanctorum 2 Oratio est de Spiritu San- 3 *Ecclesiæ* vel pro Papa. *Rubr. tit.* 3 *n.* 4 *et* 5, *tit.* 7 *et tit.* 9 *n.* 9. Præfatio dicitur de Tempore vel Com- is, non autem de Festo, neque de Octava. *S. R. C. ec.* 1626 *in una Urbis et* 23 *Jun.* 1736 *in Einsidlen.*

1. Pro *Ite Missa est* pronunciatur *Benedicamus Do-*, ac in fine legitur Evangelium S. Joannis *In prin-* etc. *Rubr. tit.* 13 *n.* 1 *et Quarti ad hunc locum.* Ad- endum denique est, Missam Vigiliæ Ascensionis post am non esse celebrandam, sed post Sextam (uti u- nit in Festis simplicibus et Feriis per annum), atque olore albo, nec non cum *Gloria* et *Ite Missa est. Rubr. n.* 2 *et tit.* 7 *n.* 2. *Vide etiam infra notanda sub die Febr. n. VII et seqq.*

De Missa Titularis vel alterius Sancti cujus Officium transferri debet

5. Si transferri contigerit Festum Titularis Ecclesiæ, vel aliud ad quod celebrandum soleat frequens populus confluere, potest ibi ejus cani Missa (dummodo simul non transferatur solemnitas. *Guyetus lib. 4 c. 8 q. 7*), si tamen Missa Conventualis de die, ubi adest obligatio Chori, non omittatur; ac præterea si excipiatur Dominica prima Adventus, Feria IV Cinerum, Dominica prima Quadragesimæ, Dominica Palmarum cum tota majori Hebdomada, Dominica Paschæ et Pentecostes cum duobus diebus utramque insequentibus, dies Nativitatis Domini, Epiphaniæ et Ascensionis, ac Festum SS. Corporis Christi, Assumptionis B. M. V., Nativitatis S. Joannis Bapt., Ss. Apost. Petri et Pauli, Omnium Sanctorum, Dedicationis èt Titularis propriæ Ecclesiæ ac Patroni principalis Loci, quippe cum hisce diebus non modo Missa, sed et Collecta seu commemoratio de Festo illo transferendo vetita sit. *Rubr. tit.* 6 *et S. R. C.* 12 *Mart.* 1836 *in Lucana,* 23 *Sept.* 1837 *in Mutinen. ad* 12 *ac* 16 *Apr.* 1853 *in una Ord. Min. Observ. ad* 13 *et* 29. Quæ quidem commemoratio diebus etiam quibus Missa illa permittitur, interdicitur in Missis reliquis, propterea quod Urbanus VIII in recognitione Missalis eam e Rubricis sustulerit.

6. Præfata Missa de Festo, quod transferatur, canenda est post Nonam, et dicenda eo prorsus modo ac si de illo Officium fieret; præterquam quod in Ecclesia, ubi adest obligatio Chori, (quoniam ibi Missa Conventualis de Officio diei omitti nequit, uti supra animadvertimus) illam oportet celebrari cum unica Oratione, et in fine cum Evangelio S. Joannis *In principio:* at in Ecclesia ubi neque viget Chori obligatio, neque alia canitur Missa de die, addenda erit Missæ de Festo transferendo commemoratio Officii diei cum aliis in ipso occurrentibus, nec non dicendum Evangelium Dominicæ in fine, si dies Dominica incidat; prout nuper S. R. C. declaravit in casu simili, nempe de Missa decantanda in Dominica infra Octavam Patroni principalis Loci, in quam ex Indulto Apostolico Patroni ejusdem solemnitas transfertur. *S. R. C.* 18 *Febr.* 1794 *Decr. gener.*,

2 *Maj.* 1801 *in Cartaginen. ad* 17, 22 *Jul.* 1848 *in Tornacen. ad* 1 *et* 12 *Aug.* 1854 *in Lucionen. ad* 5, 6, 7 *et* 9. Quoad Præfationem autem vide infra n. 23.

De Missa votiva pro re gravi

7. Missa votiva proprie illa est, quæ celebratur extra ordinem Officii diei, quin a Rubricis præscribatur. Res porro gravis, ob quam licet Missam votivam solemniter decantare, præsto est quando Episcopus cum Clero aut Magistratus cum populo Ecclesiam adeunt implorandi causa divinum auxilium in urgenti aliqua ac publica necessitate, v. gr. pro liberatione a peste, terræmotu etc. vel pro recuperatione salutis Pontificis, Principis ac re simili; aut causa agendi gratias post obtenta eadem beneficia. *S. R. C.* 19 *Maj.* 1607 *in Placentina ad* 14. Eapropter solemnitas cujuspiam Sancti vel Mysterii extra proprium diem peragenda, quamvis infra ejusdem Octavam, haberi nequit pro causa gravi et sufficienti ad canendam Missam illius votivam. *S. R. C.* 24 *Jul.* 1660 *in Areatina et ex Indultis specialibus ob hoc concessis.* Item nec electio Abbatissæ, nec susceptio habitus Regularis aut Professio Religiosa sufficiens causa est quare Missa de Spiritu sancto, vel alia votiva decantetur. *S. R. C.* 26 *Aug.* 1702 *in Camerinen. et* 28 *Apr.* 1708 *in Bracharen. ad* 6. Comitia tamen Generalia vel Provincialia apud Regulares pro electione Superiorum Ordinis vel Provinciæ censeri queunt gravis causa et sufficiens canendi Missam votivam de Spiritu Sancto; ea quippe ad plurium familiarum Religiosarum bonum maxime conducunt. *Meratus p.* 1 *tit.* 4 *n.* 42. Advertendum nihilominus est, Missam votivam sine cantu, pro re quantumlibet gravi, legendam non esse, nisi occurrat dies, qua privatæ admittantur Missæ ejusmodi. *S. R. C.* 4 *Sept.* 1754 *in Aquen. ad* 2.

8. Missa votiva solemnis pro re gravi, ut supra, canitur cum *Gloria* et *Credo* (nisi adhibendus sit color violaceus, qui tamen minime impedit quominus in Dominica semper locum habeat *Credo*) ac cum Oratione unica, cui pro gratiarum actione additur sub una conclusione Oratio *Deus cujus misericordiæ non est numerus* etc. Præfatio

propria dicitur, si adsit, et in fine Evangelium S. Joannis *In principio* etc. *Rubr. tit.* 8 *n.* 4, *tit.* 11, *tit.* 12 *n.* 4 *et tit.* 13 *n.* 2. Missa hæc cantari potest singulis diebus, demptis duplicibus primæ classis, Dominicis item primæ classis, Feria IV Cinerum, tota majori Hebdomada et Vigiliis Nativitatis Domini et Pentecostes. *S. R. C.* 27 *Mart.* 1779 *in una Ord. Min. Reform. ad* 20. Quum porro Decretum hoc Missam ejusmodi expressim permittat diebus omnibus præter hos exceptos, idcirco nulla vi pollet hoc loco regula Gardellini mox n. 10 explicanda. Si exceptis diebus Missa votiva, ab Ordinario Loci vel Superiore Generali aut Provinciali præcipiatur, illa erit de Officio currenti, ejusque Orationi sub conclusione unica Oratio adjungetur Missæ votivæ. *S. R. C.* 12 *Sept.* 1767 *in Urbevetana et* 27 *Mart.* 1773 *in una Ord. Carmelitarum Excal. ad* 7.

De Missa votiva SS. Sacramenti pro adoratione XL horarum

9. Missa votiva solemnis de SS. Sacramento, cum pro adoratione XL horarum exponitur ac reponitur, nec non Missa quæ intermedia die pro pace dicitur vel alia necessitate arbitrio Episcopi, celebranda est cum *Gloria* etc. uti n. 8 de Missa pro re gravi præmonuimus: sed in Missa pro pace sub unica conclusione additur Oratio de SS. Sacramento; neutra autem Missa cani potest, nisi expositio diu noctuque jugiter perduret. *S. R. C.* 12 *Sept.* 1840 *in Brugen. ad* 6 *et Gardellini in Inst. Clement.* § 33 *n.* 4. Quo casu utramque celebrari permittitur in dies singulos, exceptis Duplicibus ac Dominicis primæ et secundæ classis, Feria IV Cinerum, tota majori Hebdomada, diebus infra Octavas privilegiatas Epiphaniæ, Paschatis et Pentecostes, necnon Vigiliis Nativitatis Domini et Pentecostes. *Instructio Clem.* § 12 *et* 13. Hisce porro exceptis diebus canitur Missa de die, eique adjicitur sub una conclusione Oratio Missæ votivæ, dehinc sub conclusione distincta aliæ aguntur commemorationes occurrentes; ceterum illa celebratur cum vel absque *Gloria* et *Credo*, prout ritus et qualitas Missæ diei exigunt. *Inst. l. cit. et Gardellini ibidem* § 12 *n.* 9 *et* 10.

De Missa anniversaria Electionis et Consecrationis Episcopi

10. Missa solemnis anniversaria Electionis et Consecrationis proprii Episcopi celebranda est in Cathedrali et Collegiatis Diœcesis, et quidem ex præcepto, die anniversaria tam Electionis quam Consecrationis, accedente tamen Episcopi mandato. *S. R. C.* 23 *Maj.* 1835 *in Namurcen. ad* 7 *et* 14 *Aug.* 1858 *in Granaten. ad* 1 *et* 2. Dies porro isthæc est dies mensis, non autem Dominica aut Feria, qua Electio et Consecratio peracta est. *S. R. C.* 12 *Sept.* 1840 *in Cenomanen. ad* 1. At si Episcopus ad aliam Ecclesiam fuerit translatus, tunc in hac, loco prioris Electionis, opus erit celebrari anniversarium diei, quo Papa Episcopum posteriori Ecclesiæ præfecit. *S. R. C.* 2 *Sept.* 1741 *in Aquen. ad* 11. In Missa hac solemni adhibetur color albus, dicitur *Gloria* et *Credo*, unica Oratio (eo quod hora debita canenda sit Missa Conventualis de die), Præfatio de tempore vel de Octava occurrente, si propriam habeat (*Gav. p.* 1 *tit.* 12 *n.* 5 *et p.* 4 *tit.* 17 *n.* 20), aliter Communis, et in fine consuetum Evangelium S. Joannis : cani autem debet post Nonam, et si Episcopus ipse celebret, in Oratione substituit verba: *Me indignum famulum tuum, quem huic Ecclesiæ* etc. *Cærem. Ep. lib.* 2 *c.* 35 *et S. R. C.* 17 *Sept.* 1785 *in Portugallen. ad* 3. Hæc tamen Missa locum non habet diebus Dominicis et Festivis, nec in duplicibus primæ aut secundæ classis, neque diebus, quibus duplicia hæc excluduntur, juxta regulam a Gardellini traditam (*sub n.* 4437 *ad* 5 *et in Inst. Clem.* § 12 n. 8 *et* 11), quæ nempe, universim statuit, quando Missa aliqua prohibetur in duplicibus primæ aut secundæ classis, eam quoque prohibitam censeri diebus, quibus eadem duplicia non admittuntur ; si enim ejusmodi dies privilegiati excludunt illa duplicia, multo magis excludant necesse est supradictam Missam, quæ iisdem duplicibus locum cedit. *Cærem. Ep. lib.* 2 *c.* 35 *et S. R. C.* 17 *Sept.* 1785 *in Portugallen. ad* 3 *et* 12 *Sept.* 1840 *in Cenomanen. ad* 1 *et in Mechlinien. ad* 3. Istis porro diebus impeditis, in Cathedrali et Collegiatis canitur tantum Missa Conventualis de die cum omnibus Orationibus occurrentibus,

cum vel absque *Gloria* et *Credo*, prout ritus et qualitas Missæ exposcat, et sub unica conclusione additur primæ Orationi dumtaxat commemoratio pro Episcopo ex Missa anniversaria; dummodo non celebretur duplex primæ classis, tum quippe illo anno de anniversario nihil fit. *Cærem. Ep. lib.* 2 *c.* 35 *et S. R. C.* 4 *Apr.* 1705 *in Lycien. ad* 1, 8 *Jul.* 1709 *in Bracharen. ad* 7, *et* 12 *Sept.* 1840 *in Cenomanen. ad* 3 *et in Mechlinien. ad* 3.

11. Occurrente hoc Electionis et Consecrationis Anniversario, in omnibus Missis (vivorum), quæ celebrantur ea die in Ecclesiis et Oratoriis etiam exemptis totius Diœcesis (præter Conventualem in Cathedrali et Collegiatis, ubi post Nonam Anniversarii Missa canenda est, ut supra ediximus) ex præcepto, accedente Episcopi mandato, commemoratio pro ipso Episcopo fit, quæ ex Missa anniversaria sumitur. *S. R. C.* 17 *Sept.* 1785 *in Portugallen. ad* 3, 23 *Maj.* 1835 *in Namurcen. ad* 7 *et* 14 *Aug.* 1858 *in Granaten. ad* 3, 4 *et* 5. Attamen si Anniversarium incidat in Festum duplex primæ classis, in Dominicam Palmarum, in Triduum Mortis Christi, ac in Vigilias Nativitatis Domini et Pentecostes, ea commemoratio prorsus erit omittenda. Si vero occurrat in Festo duplici secundæ classis, fit quidem, sed sub unica conclusione cum Oratione Missæ, nisi forte alia agatur commemoratio, huic quippe tum foret adjungenda. In Festis autem inferioris ritus, fit semper sub conclusione distincta, et post alias commemorationes a Rubricis præscriptas. *S. R. C.* 17 *Sept.* 1785 *in Portugallen. ad* 3 *et* 12 *Sept.* 1840 *in Mechlinien. ad* 3. Si Anniversarium in diem occurrat, qua minime prohibeantur Missæ votivæ privatæ, non propterea Anniversarii Missa legi potest, quum ipsa non sit Votivis accensenda. Item quod in Missis illius fiat commemoratio, non idcirco fas est Symbolum addere, si aliunde non præcipiatur. *S. R. C.* 12 *Sept.* 1840 *in Mechlinien. ad* 1 *et* 2.

12. Quod ad Missam attinet anniversariam tam Creationis quam Coronationis Summi Pontificis pro tempore regnantis, non illa quidem extra Statum Ecclesiasticum celebratur, sed ejus tantum commemoratio fit ex præcepto per Collectam *Deus omnium Fidelium Pastor* etc. in Missis singulis (vivorum) in universa Ecclesia. Attamen

ipsa commemoratio locum non habet in duplicibus primæ classis, nec in Missis, quæ unam dumtaxat Orationem admittunt; in duplicibus vero secundæ classis agitur quidem, sed sub unica conclusione, nisi commemoratio alia sit adjungenda, quemadmodum paullo ante de anniversario proprii Episcopi præstitutum est. *S. R. C.* 12 *Mart.* 1836 *in Tridentina ad* 11, 22 *Maj.* 1841 *in Baltimoren. ad* 8 *et* 14 *Aug.* 1858 *in Granaten. ad* 7.

De Missa votiva pro Sponso et Sponsa cum Nuptiarum benedictione

13. Missa votiva pro Sponso et Sponsa cum Nuptiarum benedictione (tempore quo illarum solemnitas non prohibetur) dici potest diebus singulis, Dominicis exceptis ac Festivis, et iis quibus agitur Officium duplex primæ aut secundæ classis, nec non diebus infra Octavas privilegiatas Epiphaniæ et Pentecostes cum istius Vigilia, die Octava Corporis Christi, aliisque diebus duplicia secundæ classis excludentibus, juxta regulam traditam n. 10. *S. R. C.* 20 *Dec.* 1783 *Decr. gener. et* 20 *Apr.* 1822 *in Derthonen. ad* 5. Ipsa vero quum votiva privata sit, nempe pro privato Nubentium bono, sive legatur sive canatur, celebranda semper est uti alia quævis votiva privata, videlicet absque *Gloria* et *Credo,* cum tribus saltem Orationibus, si plures non occurrant (*vide infra n.* 21) et cum *Benedicamus Domino* in fine, atque consueto S. Joannis Evangelio. *S. R. C.* 18 *Febr.* 1818 *Decr. gener. et* 1 *Aug.* 1839 *in Eysteten.* Quoad Præfationem vide infra n. 23. Diebus porro ante recensitis, quibus Missa hæc locum non habet, oportet Missam legi de die cum commemoratione pro Sponso et Sponsa post alias a Rubricis præscriptas, ac semper sub distincta conclusione, in Festis etiam duplicibus primæ et secundæ classis; et post *Pater noster* etc. Orationes ad præfatam Missam adjunctæ recitantur. *Rubr. ibi et S. R. C.* 20 *Apr.* 1822 *in Derthonen. ad* 6, 7 *et* 8. Verum commemoratio, quam paullo ante innuimus, in Vigilia et in Festo Pentecostes ac binis diebus insequentibus facienda est sub unica conclusione cum Oratione Missæ. Jam vero a prima Dominica

Adventus usque ad Festum Epiphaniæ, et a Feria IV Cinerum usque ad Dominicam in Albis inclusive, etiamsi ex venia Ordinarii celebretur Matrimonium, Missa votiva pro Sponsis vi præcepti omittitur, neque pro eis additur commemoratio in Missa de die, neque preces adjiciuntur *Pater noster* etc.; quæ omnia et singula, tempore vetito elapso, resumi nequeunt. *S. R. C.* 31 *Aug.* 1839 *in una Montis Pessulan. et* 7 *Sept.* 1850 *in Veronen. ad* 3. Denique si Mulier foret vidua, item ex præcepto Missa votiva pro Sponsis, nec non aliæ Orationes pro ipsis prætermittuntur. *S. R. C.* 3 *Mart.* 1761 *in Aquen. ad* 4.

De Missa votiva B. M. V. a Sacerdote cæcutiente celebranda

14. Missa votiva B. M. V. celebrari potest singulis diebus (excepto triduo Mortis Christi) a Sacerdote cæcutiente, si Apostolicum obtinuerit Indultum: in qua albis utetur jugiter indumentis, ac dicet secundam Orationem de Spiritu Sancto, tertiam *Ecclesiæ* vel pro Papa, sine *Gloria* (extra Sabbatum. *S. R. C.* 23 *Febr.* 1839 *in una Congreg. Oblatorum B. M. V.*) et sine *Credo*, etiam diebus solemnioribus. Potest semper votivam dicere a Pentecoste ad Adventum, vel assignatam secundum tempus (etiam in Festis B. M. Virginis. *S. R. C.* 11 *Sept.* 1847 *in Angelopolitana*); itemque diebus non vetitis legere Missam de *Requiem*. Si vero Indultum sit assecutus votivam celebrandi Missam de S. Cruce, diebus solemnibus, quibus nempe Ecclesia, ubi Sacrum faciat, utitur colore rubro, erit ab eo adjungenda secunda Oratio de B. M. V., tertia *Ecclesiæ* vel pro Papa. *S. R. C.* 11 *Aug.* 1860 *in Granaten. ad* 8. At si miser Sacerdos plane cæcus evadat, tum vero necesse est ut a celebrando abstineat, donec novum impetrarit Indultum; quo obtento, in celebratione adigitur sub gravi ad jugem præsentiam alterius Sacerdotis sibi comparandam, qui ei adsistat, tametsi obligatio isthæc expressim non fuerit Indulto apposita. *S. R. C.* 16 *Mart.* 1805 *in Oriolen.*, 20 *Sept.* 1806 *in Corduben. ad* 5 *et* 12 *Apr.* 1823 *in Panormitana ad* 10 *et* 11.

De diebus quibus Missæ votivæ prohibentur

15. Missæ votivæ, præter illas quas numeris præcedentibus recensuimus, sive cum cantu sive sine cantu, ve sint ex fundatione sive non, celebrari nequeunt, absue speciali Apostolico Indulto, diebus Dominicis, et iis uibus fit Officium duplex sive a Celebrante sive in Ecesia in qua celebratur, nec non infra Octavas privilegiatas ativitatis Domini, Epiphaniæ, Paschatis, Pentecostes, et orporis Christi, itemque in Vigiliis Nativitatis Domini, piphaniæ et Pentecostes, ac demum in Feria IV Cinerum t in tota majori Hebdomada. *Rubr. tit.* 4 *n.* 3 *et S. R. C.* 8 *Sept.* 1714 *Decr. gener.*, 16 *Sept.* 1730 *in una Ord. erosolymitani ad* 7, 22 *Dec.* 1753 *in Vilnen. ad* 6, 7 *ept.* 1816 *in Tudent. ad* 20 *et* 11 *Sept.* 1847 *in Lugduen. ad* 3. Apud nos quovis Sabbato, quod non impediaır Festo duplici primæ vel secundæ classis, aut die vel igilia privilegiata, singuli Sacerdotes subjecti Ministro enerali totius Ordinis Minorum libere ac licite queunt elebrare in Ecclesiis proprii Ordinis Missam votivam de mmaculata Conceptione B. M. V. (quæ in præsens incipit *audens gaudebo*), non omissa tamen Missa Conventuali le Officio currenti. *Ex Brevi SS. D. N. Pii Papæ IX diei* 5 *Aprilis* 1856.

De Missa votiva ex Rubricarum præscripto celebranda

16. Sabbatis non impeditis Festo duplici vel semiduplici, Octava, Vigilia, Feriis Quadragesimæ vel Quatuor Temporum, vel Officio alicujus Dominicæ, quæ supersit, in præcedens Sabbatum translato, (in Ecclesiis ubi Chori munia implentur) dicitur Missa (Conventualis) de S. Maria juxta temporum varietatem, prout in fine Missalis designatur. In Adventu autem, licet Officium non agatur de S. Maria in Sabbato (sed de Feria Adventus), principalis tamen Missa de ea celebratur, nisi obstent Quatuor Tempora vel Vigilia, ut supra. Ceteris diebus infra Hebdomadam, cum Officium fit de Feria, nec resumenda

est Missa Dominicæ præcedentis, quæ fuerit impedita « a *Festo duplici* » (exceptis Feriis Adventus, Quadragesimæ, Quatuor Temporum, Rogationum et Vigiliarum) aliqua dici potest ex Missis votivis, etiam pro principali Missa, quæ vocatur Conventualis, juxta dierum ordinem in fine Missalis descriptum (*Rubr. tit.* 4), nempe Feria secunda (nisi dicatur de Requie, ut infra n. 25) Missa SS. Trinitatis ; Feria tertia, de Angelis ; Feria quarta, de Apostolis Petro et Paulo ; Feria quinta, de Spiritu Sancto, vel de SS. Eucharistiæ Sacramento; Feria sexta, de Cruce, vel de Passione Domini; Sabbato, de S. Maria ; et celebrantur ea ratione, quæ infra n. 19 et seqq. explicabitur. Hæ porro Missæ, utpote quæ a Rubricis præscribantur, non strictim, sed lato sensu votivæ nuncupantur.

De quibus et quo modo celebrari potest Missa votiva

17. Missa votiva dici potest de quolibet relato in Sanctorum canonem, non item de Beatis, nec de Tempore et Mysteriis, si modo Missas exceperis de SS. Trinitate, de Spiritu Sancto et de SS. Sacramento, quæ singillatim in fine Missalis præsto sunt, nec non Missam de SS. Corde Jesu, cujus votiva celebratio pariter indulta est. Quare si quis Missam exposcat de Epiphania, Paschate, Ascensione, Nativitate Domini etc. legenda erit Missa votiva de SS. Trinitate cum intentione recolendi illud Mysterium, in cujus honorem petitur. *Guyetus lib.* 4 *c.* 21 *q.* 2. Rursum si quis Missam votivam postulet de Corona spinea, Lancea, Quinque Vulneribus D. N. J. C. etc., Missa legitur de Cruce vel de Passione Domini, ut in fine Missalis, cum intentione venerandi illa Passionis Instrumenta; nisi propria habeatur Missa pro Celebrante a S. Sede concessa. *Meratus p.* 1 *tit.* 4 *n.* 15. Similiter si votivam Missam quis roget de Annuntiatione, Purificatione, Assumptione, aliisque Festis B. M. V., celebranda est una ex quinque votivis B. M. V. ad calcem Missalis juxta temporis qualitatem, cum intentione honorem tribuendi Annuntiationi, Purificationi etc. *S. R. C.* 12 *Mart.* 1678 *in Mexicana ad* 8 *et* 22 *Dec.* 1753 *in Vilnen. ad* 5. Verum Missa VII Dolorum B. M. V., de Monte

Carmelo, de SS. Rosario, ac novissima de Immaculata Conceptione, ceu votiva dici potest, mutatis tamen mutandis, uti mox explicabimus. *Meratus l. citato n.* 30. Denique si postuletur seorsim Missa votiva de S. Petro Apostolo vel seorsim de S. Paulo legi votiva potest utrique communis cum intentione eum colendi, in cujus venerationem petitur. *Meratus l. cit. n.* 25. Missa votiva de aliis Sanctis sumitur de Communi, nisi propria suppetat Celebranti concessa; mutatis tamen in utroque casu mutandis, prout temporis qualitas exiget. Quamobrem si tempore Paschali oporteat Missam votivam dici cujuspiam Apostoli, cujus Festum extra tempus Paschale celebratur, ea sumitur ex Festo S. Marci 25 Aprilis, cum Orationibus, Epistola et Evangelio ex Missa propria. Votiva nihilominus S. Joannis Ap. et Ev. eadem erit quæ in illius Festo *Ante portam Latinam*. Contra si extra tempus Paschale opus sit Missam votivam legi alicujus ex Ss. Apostolis, quorum Festum Paschali tempore colitur, substituenda erit votiva Ss. Apostolorum Petri et Pauli, cum Orationibus, Epistola et Evangelio ex Missa propria; si modo excipias Missam Ss. Philippi et Jacobi, quæ dicitur ut ibi notatur, necnon Missam S. Marci Evangelistæ, quæ legitur ut in Festo S. Lucæ 18 Octobris, præter Orationes et Epistolam, quæ ex Missa propria sumuntur. Similiter si tempore Paschali celebrari contigerit Missam votivam Sanctorum Martyrum, quorum Festum extra tempus Paschale recurrit, est accipienda ex respectivo Communi pro tempore Paschali, iis tamen semper retentis, quæ ipsorum Missæ sint propria: e converso autem se res habet, cum extra tempus Paschale votiva celebratur Sanctorum Martyrum, quorum Festum Paschali tempore agitur. Si in Missa adsit Introitus *Gaudeamus*, ille omittitur, et alter adhibetur de Communi, nisi secus proprio in loco adnotetur; omittitur quoque *Sequentia* si adest (*S. R. C.* 16 *Sept.* 1673 *in Corduben. ad* 2), necnon verbum *Hodie*, *hodierna die* vel simile ubicumque reperitur: vox vero *Natalitia*, *Festivitas*, *Solemnitas* etc., mutatur in vocem *Memoria* aut *Commemoratio*. *S. R. C.* 22 *Dec.* 1653 *in Vilnen. ad* 5. *Vide infra not.* 19 *Jan. n. IV.* Graduale autem, ℣℣. vel Tractus, si in proprio deficiunt, e Communi accipiuntur, ac pro temporis varietate alternantur.

18. Si Missa votiva B. M. V. vel alterius Sancti locum habeat die, qua de iisdem Officium agatur ratione Festi vel Octavæ, Missa erit de Festo vel de Octava tamquam non votiva, nempe cum Commemorationibus, *Gloria*, *Credo* et Evangelio proprio in fine, prout ipsa Missa diei exigit. *S. R. C.* 26 *Jan.* 1793 *in Baien. ad* 2 *et* 12 *Nov.* 1831 *in Pistorien. ad* 1 *et* 2. Si vero non fit Officium, quemadmodum evenit, cum infra Octavam de alio agitur semiduplici, Missa erit quidem de Octava, sed more votivo, idest sine *Credo*, et cum consueto Evangelio S. Joannis in fine, attamen cum *Gloria* propter Festivitatem. *S. R. C.* 13 *Jun.* 1671 *in Angelopolitana ad* 2, 2 *Dec.* 1684 *in una Ord. Canonic. Reg. Lateran. ad* 7 *et* 22 *Aug.* 1744 *in Cracovien. ad* 8. Id ipsum perfici opus est, si celebretur Missa in honorem alicujus Sancti infra ejus Octavam, die nimirum qua de Octava fit quidem Officium, sed in Vigilia, in Feriis Quatuor Temporum aut in Feria secunda Rogationum. Cum enim Missa diei eo in casu non spectet ad Officium, sed ad Vigiliam aut Feriam (*Rubr. tit.* 3 *n.* 2); idcirco Missa illa legenda quidem erit de Octava, sed more votivo, cum *Gloria* ob Festivitatem, sed sine *Credo*, et absque Evangelio Vigiliæ aut Feriæ, ut supra animadversum est. *Meratus p.* 1 *tit.* 3 *n.* 4. Si vero Missa dicenda sit in honorem cujuspiam Sancti, qui in Officio diei solam commemorationem sibi vindicat, uti S. Lucius in Officio S. Casimiri 4 Martii, fas est, si dies permittat, Missam illius integram celebrari cum commemoratione ejus, cujus fit Officium, et cum *Gloria* respectu habito ad Festivitatem, sed in reliquis more votivo. *S. R. C.* 13 *Jun.* 1671 *in Angelopolitana ad* 2.

De colore Indumentorum, Gloria, Orationibus, Credo. Præfatione, aliisque servandis in Missis votivis

19. In Missis votivis Mysteriorum et Sanctorum adhibetur color ut in eorum Festis. In votiva tamen Ss. Innocentium rubro colore utendum est. *Merat. p.* 1 *tit.* 4 *n.* 36. In Missa pro Sponso et Sponsa adhibetur color albus. In Missis autem de Passione Domini, pro quacumque

Necessitate, pro peccatis, ad postulandam gratiam bene moriendi, ad tollendum Schisma, contra Paganos, Tempore belli, pro pace, pro vitanda Mortalitate, pro iter agentibus et pro Infirmis adhibetur color violaceus. *Rubr. tit.* 18.

20. In Missis votivis solemnibus non dicitur *Gloria* (sine speciali Indulto. *S. R. C.* 10 *Dec.* 1718 *in una Ord. Min. Obser.*), præterquam in illis, quas n. 6, 8, 9, et 10 recensuimus, vel quæ *Gloria* exposcunt etiamsi non cantentur, ut mox declarabitur. In votivis autem privatis et absque cantu omittitur pariter *Gloria*, si excipias 1.° Missam B. M. V. ubi celebretur in Sabbato, quamvis non fiat Officium de ea. *S. R. C.* 30 *Jun.* 1689 *in una Ord. Capuccinorum.* 2.° Missam ejusdem B. M. V. et aliorum Sanctorum, si celebretur die ipsorum Festo aut infra Octavam, uti jam n. 18 animadvertimus. 3.° Missam Angelorum, quocumque die celebretur, quia sunt illius hymni Auctores. *Rubr. tit.* 8 *n.* 4.

21. In Missis votivis solemnibus, memoratis n. 6, 8, 9, et 10, legitur una tantum Oratio vel plures ut ibi adnotatur. In aliis autem, quamvis solemniter celebrentur, vel ex privilegio dicantur in duplicibus (quemadmodum apud nos votiva de Immaculata Conceptione, sicuti patet ex n. 15) tres saltem Orationes recitandæ sunt (*S. R. C.* 24 *Jan.* 1682 *in Granaten. ad* 1 *et* 2 *ac* 28 *Febr.* 1818 *Decr. gener.*): prima scilicet de ipsa Missa votiva, altera de Officio diei, tertia quæ in Missa de die foret secundo loco adjungenda. Propterea si Missa diei legenda sit de Octava, tertia Oratio erit, quæ secundo loco infra ipsam Octavam ponitur (*vide cap.* 2 *n.* 35); si de Vigilia, tertia Oratio erit, quæ secundo loco in ipsa Vigilia assignatur (*confer n.* 4); si de semiduplici, simplici aut feria, vel etiam de duplici (apud Privilegiatos ut supra, et quoad Missam pro Sponso et Sponsa in Nuptiarum benedictione), tertia Oratio erit, quæ secundo loco de tempore recitanda præscribitur. *Vide n.* 3. Excipitur tamen 1.° Missa votiva B. M. V., in qua tertia Oratio dicitur de Spiritu sancto. 2.° Votiva S. Petri Apostoli tantum vel S. Pauli, in qua secunda Oratio dicitur de alterutro juxta qualitatem Missæ, et tertia de Officio diei. Item si votiva sit utrique Apostolo communis, eo tempore, quo uti jam præmonui-

mus, ponenda est Oratio *A cunctis*, in istius locum subrogatur Oratio *Concede nos* de B. M. Virgine. 3.° Votiva in Feria tertia Rogationum, cum de hac peractum Officium; in ea quippe secunda Oratio non de Officio dicitur, sed de Rogationibus, et tertia *Concede* ut in Rogationum Missa præcipitur. 4.° Votiva pro gratiarum actione, in qua tertio loco legitur Oratio *Deus cujus misericordiæ non est numerus* etc. 5.° Votiva cum cantu ex fundatione vel alio titulo, ubi Missa Conventualis de Officio æque cum cantu celebratur; in votiva enim neque commemoratio fit Officii diei, nec alia quæ forte in Officio adjuncta fuerit, sed secunda et tertia Oratio adjungitur de tempore. *S. R. C.* 13 *Jun.* 1671 *in Angelopolitana ad* 2 et 16 *Febr.* 1737 *in Mechlinien. ad* 10. — Si vero in Officio factæ fuerint commemorationes; eædem quoque in Missa votiva et eodem ordine adjiciendæ sunt; atque tunc Oratio tertia in Missa erit prima commemoratio facta in Officio, et sic deinceps; excepta votiva S. Apostoli Petri aut Pauli, in qua tertia Oratio est de Officio, uti supra præstitutum est, ac propterea prima commemoratio Officii fiet quarto loco, et ita porro. Missæ autem votivæ cum cantu, ubi pariter cum cantu celebratur Missa Conventualis de Officio diei, etiam in hoc casu adjungitur secunda ac tertia Oratio de tempore, ut antea adnotavimus. Jam vero post has Commemorationes vel Orationes de tempore, aliæ addi possunt ad libitum Celebrantis, dummodo tamen simul junctæ septenarium numerum minime excedant.

22. In Missis votivis solemnibus, quas recensuimus n. 6, 8, 9 et 10, dicitur *Credo*, prout ibi præcipitur. In aliis autem votivis semper omittitur, quamvis solemniter celebrentur (*S. R. C.* 2 *Sept.* 1690 *in Panormitana ad* 1 *et* 2), nisi speciale præsto sit Indultum. *S R. C.* 10 *Dec.* 1718 *in una Urbis.*

23. In Missis votivis Præfatio propria adhibetur, si adsit; si vero desit, dicitur de Octava propriam Præfationem habente, et si Octavæ ejusmodi plures simul occurrant, de digniori; at si nulla Octava ejusmodi incidat, utendum erit, si suppetat, Præfatione de Tempore, alioquin dicetur Communis: nunquam vero usurpatur Præfatio

propria Festi occurrentis, licet de eo in votiva fiat commemoratio; nec de Trinitate, si votiva aliqua de causa celebretur die Dominica. *S. R. C.* 2 *Decembris* 1684 *in una Ord. Canonic. Reg. Lateranen. ad* 8 *et* 16 *Apr.* 1853 *in una Ord. Min. Observ. ad* 27. Oratio porro *Communicantes* et *Hanc igitur* propria Octavæ adjungitur cuicumque Missæ votivæ, etiamsi hujus Præfatio propria adhibeatur. *S. R. C.* 16 *Jun.* 1663 *in Granaten. ad* 3.

24. In Missis votivis dicitur *Ite Missa est*, quoties in iis recitatur *Gloria*; secus substituitur *Benedicamus Domino* quicumque sit indumentorum color. Rursum in fine aliud non legitur Evangelium nisi consuetum S. Joannis, quamvis votivæ locus sit in Feria etc. proprium Evangelium obtinente, dempto casu n. 6 exposito. Tandem in Missis solemnibus, quæ juxta superius dicta celebrantur cum *Gloria* et *Credo*, Præfatio et reliqua festo ritu sunt peragenda. *S. R. C.* 19 *Maj.* 1607 *in Placentina ad* 14.

De Missa Defunctorum ex Rubricarum præscripto aliave de causa celebranda

25. Missa principalis seu Conventualis de Requie (ut in Quotidianis) universim pro defunctis Sacerdotibus, Benefactoribus (singularum Ecclesiarum) et aliis celebratur ex Rubricarum præscripto (extra Adventum, Quadragesimam et tempus Paschale) prima cujusque Mensis die non impedita Officio duplici vel semiduplici. At si in hanc festum simplex inciderit aut Feria, propriam obtinens Missam (qualem omnes Vigiliæ obtinent), vel si resumenda sit Missa Dominicæ præcedentis, quæ fuerit impedita (ob festum duplex), neque alia infra Hebdomadam occurrat dies, qua resumi possit, tum quidem in Cathedralibus et Collegiatis ex præcepto (*S. R. C.* 27 *Febr.* 1847 *in Aretin.*), in Ecclesiis autem Regularium de congruo, duæ dicuntur Missæ Conventuales, altera pro Defunctis ut supra, altera de Festo vel Feria prædicta. *Rubr. tit.* 5 *n.* 1. In ceteris vero Missis de die commemoratio additur (penultimo loco ante Collectas præscriptas. *S. R. C.* 23 *Maj.* 1835 *in Namurcen.*) generatim pro Defunctis. *S. R. C.* 13 *Aug.* 1701 *in una*

Ord. S. Augustini. Quæ quidem commemoratio fit quoque in Conventuali ubi altera de *Requiem*, ut supra, non celebratur. Præterea Feria secunda cujusque Hebdomadæ, qua nimirum Officium agitur de Feria, Missa principalis dici potest pro Defunctis (ut in Quotidianis). Si porro Missa adsit propria de Feria vel de Festo simplici, aut si resumi oporteat Missam Dominicæ præcedentis ut supra, tunc in Missa diei currentis, etiam Conventuali, commemoratio agitur (uti jam ediximus) pro Defunctis. Sed enim ubi Officium, uti supra, Missa propria careat, nec Missam Dominicæ præteritæ resumi necesse sit, tunc, omissa Missa Conventuali de *Requiem* (ut in Quotidianis), substituatur vel votiva de SS. Trinitate (*juxta Rubr. tit. 4 n.* 3) vel de Dominica præcedenti, aut de Festo simplici occurrente, in hoc quoque casu non modo in Missis strictim privatis, verum etiam in Conventuali agenda erit universim commemoratio pro Defunctis, ut paulo ante animadversum est. Excipitur nihilominus Quadragesima, totum tempus Paschale, ac dies quivis per annum quo Officium agatur duplex vel semiduplex ; hisce quippe temporibus omittitur Missa Conventualis pro Defunctis, neque pro eis fit commemoratio. *Rubr. tit.* 5 *n.* 2. Verum Oratio pro singulari Defuncto, puta *Inclina* vel *Deus qui nos Patrem*, adjungi potest, penultimo loco ante Collectas, in quacumque Missa vivorum, præter Conventualem ac Missam cum cantu, diebus singulis, quibus privatæ Missæ de Requie non prohibentur ; sed ob id minime fas est ullam prætermitti ex Orationibus pro tempore assignatis, v. gr. *A cunctis* etc. *S. R. C.* 2 *Dec.* 1684 *in una Ord. Canonic. Regul. Lateran. ad* 6 *et* 23 *Maj.* 1835 *in Namurcen. ad* 1.

De qualitate Missæ Defunctorum et quo modo celebranda

26. In die obitus et pro die obitus (idest post habitam obitus notitiam), nec non die tertia, septima, trigesima et anniversaria Summi Pontificis, Cardinalium et Episcoporum celebratur prima ex quatuor Missis de Requie, quæ extant in Missali, cum Orationibus cuique propriis, quæ post Missam quotidianam assignantur. *Rub*

iv. p. 4 tit. 18 *n.* 7 *et Guyet. lib.* 4 *c.* 23 *q.* 27 *et* 28.
acerdotibus dici potest præfatis diebus prima vel
la Missa, dummodo Oratio *Deus qui inter Apostolicos*
otes omnino adhibeatur. *S. R. C.* 29 *Jan.* 1752 *in*
rd. Carmelitarum Excal. ad 14 *et* 23 *Sept.* 1837
tinen. ad 11. Pro Principibus atque Optimatibus
ante dictis, potest item prima Missa celebrari cum
nibus aliarum Missarum juxta qualitatem diei, cujus
atio repetitur. *Guyetus l. cit. q.* 27 *et* 29. Die autem
, et pro die obitus, ac die III, VII, XXX et anni-
ia aliorum Defunctorum semper Missa legitur, quæ
iebus ejusmodi in Missali præstituta est. Extra hos
lissa dicitur quotidiana, etiamsi foret pro anima
i Pontificis, Episcopi etc. ut supra. *Caval. to.* 3 *c.*
14.

. In tribus prioribus Missis de Requie, dicendis die
emorationis omnium Fidelium Defunctorum et die obi-
u depositionis et post habitam mortis notitiam ac die
II, XXX et anniversaria, una tantum Oratio recitatur.
tit. 5 *n.* 3. In Missa vero quotidiana unica Oratio
habet, quando celebratur cum Diacono et Subdia-
excepta illa quæ ex Rubricarum præscripto cantatur
die Mensis et Feria secunda. *S. R. C.* 16 *Apr.* 1853
Ord. Min. Observ. ad 22. Quæ quidem Oratio erit
iima illius, quam designat eleemosynam exhibens. *S.*
12 *Aug.* 1854 *in Briocen. ad* 11. Cum porro in
Defunctorum una tantum adest Oratio, nunquam
tur Sequentia *Dies iræ* etc. *Rubr. tit.* 5 *n.* 4. Quod
ssas attinet quotidianas sine cantu, Orationes legun-
i assignatæ, excepta secunda *Deus veniæ*, in cujus
alia interdum subrogari potest, ut puta pro quibus
applicatur, pro Patre et Matre etc. Dici etiam queunt
Orationes quam tres, at eo casu Oratio *Fidelium*
enda est ultimo loco, et curandum ut sint numero
s. *S. R. C.* 2 *Sept.* 1741 *in Aquen. ad* 4, 27 *Aug.*
in Veronen. ad 7 *et* 12 *Aug.* 1854 *in Briocen. ad* 10.
primendum sit in Orationibus nomen Defuncti, vide
c. 7 n. 10 circa finem.

. In Missis de Requie Præfatio et *Communicantes*
emper de Communi. *Rubr. tit.* 12 *n.* 4 *et S. R. C.* 4

Jun. 1644 *in una Dubii.* In fine Missæ dicitur semper *Requiescant in pace*, quamvis pro uno fuerit applicita (*S. R. C.* 22 *Jan.* 1678 *in una Urbis*) et Evangelium S. Joannis *In principio.* Advertendum hoc loco est, in Missis de Requie in nigris indumentis minime fas esse administrare SS. Communionem cum Particulis præconsecratis. *S. R. C.* 23. *Maj.* 1835 *in Veronen.* Violacea porro non sunt adhibenda ut administrari possit SS. Communio extrahendo Pyxidem e Tabernaculo; Rubrica enim Sacerdoti absolute præcipit ut in Missa Defunctorum paramentis nigris utatur. *S. R. C.* 23 *Sept.* 1837 *in Mutinen. ad* 3. Ad lucrandam vero Indulgentiam Altaris privilegiati etiam personalis, *necessario* celebranda est Missa de *Requiem* diebus omnibus, quibus per Rubricas et Decreta non prohibetur; vetitis porro diebus, *necessario* dicenda est Missa de Officio diei currentis. *S. R. C.* 27 *Aug.* 1836 *et* 22 *Jul.* 1848, *ac S. Indulgentiarum C.* 11 *Aug.* 1840 *et* 6 *Aug.* 1842 (*). — In Missa et Officio Defunctorum non est Organum pulsandum. *Cærem. Ep. lib.* 1 *c.* 28 *n.* 13. Altare autem nullo ornatu festivo instrui debet, sed sola Cruce et sex Candelabris; ac proinde nequeunt in eo poni cupressus, nec mortuorum imagines. *Cærem. Ep. lib.* 2 *c.* 11 *n.* 1 *et Caval. to.* 3 *c.* 12 *d.* 1 *n.* 9. — Si ex illius mandato qui eleemosynam obtulit, ultra Missam de *Requiem* facenda sit Absolutio ad Tumulum, necesse est ut hæc locum habeat absoluta Missa, non autem post Orationem Postcommunionem. *S. R. C.* 31 *Jul.* 1665 *in una Nullius Diœc. Prov. Treviren. ad* 7 *et* 23 *Sept.* 1837 *in Mutinen. ad* 11. In ea Celebrans, absente corpore Defuncti etiam Sacerdotis (licet sit adhuc insepultum) semper debet sistere inter Altare et Tumulum, Crucifer vero inter Tumulum ac fores Ecclesiæ; in fine vero, si fuerit pro

(*) Heic juverit advertere Sacerdotem in Altari privilegiato legendo Missam de Festo semiduplici, aut simplici, votivam aut de Feria non privilegiata, sive ratione Expositionis SS. Sacramenti, sive Stationis Ecclesiæ, vel alterius solemnitatis frui privilegio ac si Missam legeret de Requie per Rubricas eo die permissam. *S. R. C.* 29 *Febr.* 1864 *Decr. Urbis et Orbis.*

no tantum, dicendum est *Requiescat in pace* in singulari. *'œrem. Ep. lib.* 2 *c.* 11 *n.* 15 *et* 24 *ac S. R. C.* 22 *Jan.* 1678 *ı una Urbis et* 21 *Jul.* 1855 *in Veronen. ad* 3. Quæ quiem Absolutio peragi potest tantummodo post Missam de *'equiem*, non item post Missam de die (seu vivorum), tsi applicita pro Defunctis fuerit, et Absolutio fieret in aramentis nigris. *S. R. C.* 9 *Jul.* 1853 *in Cochinchina d* 1 *et* 12 *Sept.* 1857 *in una Dubior. ad* 21. — Si habendus sit sermo in laudem Defuncti, hunc haberi opus st post Missam et ante Absolutionem. Orator porro niris debet esse vestibus indutus, seu veste talari, absque uperpelliceo et sine Stola. *Cœrem. Ep. lib.* 2 *c.* 12 *n.* 6 *t S. R. C.* 14 *Jun.* 1845 *in Limburgen.*

De diebus quibus Missa Defunctorum 'permittitur vel prohibetur

29. Missa solemnis de Requie *præsente Cadavere* ceebrari potest diebus omnibus, demptis Feriis quinta, exta ac Sabbato majoris Hebdomadæ, toto tempore quo S. Sacramentum manet expositum pro Oratione XL hoarum vel publica alia de causa, Dominicis Paschæ et 'entecostes, ac Festis Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Acensionis, Corporis Christi, Assumptionis B. M. V., Natiitatis S. Joannis Bapt., Ss. Apost. Petri et Pauli, Omnium Sanctorum, Titularis propriæ Ecclesiæ, et Patroni principalis Loci, die etiam in quam ex Indulto Apostolico istius solemnitas transferatur. Reliqua vero duplicia primæ classis non excipiuntur, nisi ubi Festiva sunt ex præcepto et magna cum pompa celebrantur. Sed enim pro Ecclesiis Parochialibus, in quibus una tantum legitur Missa, excipiuntur insuper dies Dominici ac Festi de præcepto, cujuscumque ritus exstant. *S. R. C.* 29 *Jan.* 1752 *in una Ord. Carmelitarum ad* 12 *et* 13, 26 *Jan.* 1793 *in Santanderien. ad* 7, 9 *Apr* 1808 *in Compostellana ad* 1, 7 *Sept.* 1816 *in Tudent. ad* 44, 23 *Maj.* 1835 *in Namurcen. ad* 14 *et in una Ord. Capuccinorum ad* 7, *ac* 16 *Apr.* 1853 *in una Ord. Min. Observ. ad* 20 *et Gardellini in Inst. Clem.* § 17 *n.* 8. Advertendum hoc loco est, Missam solemnem de Requie, ut supra, iterari non posse, sed unicam esse opor-

tere, nisi dies occurrat admittens Missas privatas de Requie, non obstante consuetudine. *S. R. C.* 23 *Maj.* 1846 *in Tudent. ad* 13.

30. Missa solemnis de Requie die et pro die obitus *absente Cadavere* vel pridie sepulto sine Missa, nec non die III, VII, XXX et anniversaria, prohibetur in duplicibus primæ et secundæ classis, diebus Dominicis ac Festivis de præcepto, infra Octavas privilegiatas Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Paschæ, Pentecostes et Corporis Christi, in Feria quarta Cinerum, in tota majori Hebdomada, in Vigiliis Nativitatis et Pentecostes, et quamdiu protrahitur expositio SS. Sacramenti publica de causa, uti jam præmonuimus. *S. R. C.* 20 *Nov.* 1628 *in Januen.*, 20 *Nov.* 1677 *in Taurinen.*, 13 *Sept.* 1704 *in Cathanien. ad* 1, 2 *Sept.* 1741 *in Aquen. ad* 4, 7 *Sept.* 1816 *in Tudent. ad* 43, 19 *Dec.* 1829 *in Cathanien. et* 11 *Apr.* 1840 *in Taurinen.* Ast ubi Cadaver ob civile vetitum, aut contagiosum morbum vel gravi alia de causa, in Ecclesia nequeat efferri, ibi Missa solemnis de Requie interdicitur dumtaxat in Dominicis primæ classis, in duplicibus item primæ classis, et juxta regulam n. 10 præstitutam, diebus duplicia primæ classis excludentibus; dummodo Cadaver sit adhuc insepultum ac decenti loco custodiatur prope Ecclesiam; in Ecclesia vero stemmata apponantur, aliudve signum ex nigro panno secus ac pro Anniversario in more sit, ut Fideles facile intelligant suffragia fieri in expiationem animæ illius Defuncti, cujus corpus necdum fuit terræ mandatum. *S. R. C.* 25 *Apr.* 1781 *in Florent.*, 7 *Sept.* 1816 *in Tudent. ad* 43, 3 *Aug.* 1839 *in Piscien. ad* 7, 11 *Aug.* 1840 *in Taurinen.*, *et* 21 *Jul.* 1855 *in Veronen. ad* 3. At enim præstat hoc loco animadvertere, die et pro die obitus, itemque die III, VII, XXX et anniversaria cujuspiam Defuncti, si Festum incidat Missas privatas de Requie impediens, pro eo non nisi unam Missam et in una tantum Ecclesia cani posse. Id porro intelligi par est, quoties ex Apostolico Indulto non detur facultas aliter efficiendi; quo nimirum gaudent Indulto Regulares, qui, prima die non impedita post nuntium allatum mortis alicujus ex ipsis, in cunctis Ecclesiis Ordinis vel Provinciæ queunt pro eo Missam canere de Requie ut ipsa obitus die. *S. R. C.* 4 *Maj.* 1686 *in una Ca-*

nonic. Reg. Lateran. ad 2, 23 *Maj.* 1846 *in Tudent. ad* 13 *et* 16 *Apr.* 1853 *in una Ord. Min. Observ. ad* 21.

31. Anniversarium, quod a Capitulis, a Regularibus, a Confraternitatibus etc. peragitur cum Missa solemni de Requie pro omnibus Canonicis vel Confratribus defunctis, fieri nequit in duplicibus sine Indulto Apostolico. *S. R. C.* 12 *Nov.* 1831 *in una Marsorum ad* 55, 23 *Maj.* 1846 *in Tudent. ad* 16 *et* 7 *Sept.* 1850 *in Asturicen. ad* 5. Item Anniversarium Defunctorum, pro quibus stips oblata est in Concione habita Dominica quarta Quadragesimæ (vel alia), minime fas est sine Indulto Apostolico Feria secunda sequenti aliave celebrari Missæ cum cantu de Requie, si Officium duplex occurrat. *S. R. C.* 8 *Aug.* 1835 *in Eugubina ad* 1. Rursum ejusmodi Missas cum cantu, quæ proprie anniversariæ non sunt, vel quibus Testatores non præfinierint diem, oportet iis tantum diebus dici, quibus privatæ de Requie permittuntur. *S. R. C.* 10 *Mart.* 1708 *in Nolana et* 23 *Aug.* 1766 *in Cartaginen. ad* 1. Missa de Requie extra diem obitus seu depositionis, nec non III, VII, XXX et anniversariam, Vivorum rogatu cani nequit in duplicibus, neque aliis diebus privatas de Requie excludentibus, nisi Apostolicum Indultum in promptu sit. *S. R. C.* 11 *Maj.* 1754 *in una Ord. Min. Observ. ad* 4 *et* 27 *Febr.* 1847 *in una Vicariatus Ruremondensis ad* 1. Præterea Anniversaria pro Defunctis juxta Vivorum rogationem, si in diem impeditam incidant, transferri haudquaquam licet, nisi in diem privatas de Requie admittentem (*S. R. C.* 21 *Jul.* 1855 *in Veronen. ad* 1); contra ac usuvenit in Anniversariis ex Testatorum placito injunctis, quæ nimirum, si impedimentum sese objiciat, anticipari vel transferri possunt imo vero debent in primam diem non impeditam Festis initio numeri præcedentis annotatis. *S. R. C.* 4 *Maj.* 1686 *in una Canonic. Reg. Lateran. ad* 1 *et* 22 *Dec.* 1753 *in Vilnen. ad* 4.

32. Missæ vero privatæ de Requie, etiam præsente Cadavere, prohibentur diebus Dominicis et Festivis, atque iis quibus Officium agitur ritus duplicis, nec non infra Octavas privilegiatas Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Paschatis, Pentecostes et Corporis Christi, in Vigiliis Nativitatis, Epiphaniæ et Pentecostes, in Feria IV Cinerum, in

tota majori Hebdomada; quamdiu porro expositum perstat SS. Sacramentum ex causa privata, dumtaxat ad Altare expositionis prohibentur, quamdiu ex causa publica, ad omnia Ecclesiæ Altaria. *Rubr. tit.* 5 *n.* 2 *et S. R. C.* 5 *Aug.* 1662 *Decr. gener.*, 28 *Sept. in Vercellen.*, 22 *Aug.* 1682 *in Triventin. ad* 1, 16 *Sept.* 1730 *in una Ord. Jerosolymitani ad* 7, 7 *Maj.* 1746 *in Varsavien. ad* 9, 29 *Jan.* 1752 *in una Ord. Carmelitar. Excalc. ad* 12 *et* 23 *Maj.* 1835 *in una Ord. Capuccinor. ad* 6. Verum in Exequiis pauperum qui sunt impares solvere expensas Missæ cum cantu, privata Missa legi potest de Requie, *præsente Cadavere*, dummodo duplex non occurrat primæ aut secundæ classis, neve dies infra Octavas privilegiatas, vel Festivus ex præcepto, aut duplicia excludens, nec SS. Sacramenti solemnis expositio. *S. R. C.* 11 *Apr.* 1840 *in Viterbien. et* 22 *Maj.* 1841 *in Mechlinien. ad* 6. Item Missa de Requie ex Testatoris mandato, recurrente ejus emortuali die, in Ecclesiis ruralibus dici potest sine cantu ob Cantorum defectum, etsi agatur Festum duplex minus. *S. R. C.* 19 *Jun.* 1700 *in Curien. ad* 9. Porro ut Sacerdoti fas sit, extra istos duos casus, Missam privatam de Requie celebrare, requiritur ut Officium recitet Missam ejusmodi admittens, atque in Ecclesia Sacrum faciat, quæ pariter ex proprio Kalendario eamdem Missam die illa non excludat. *S. R. C.* 9 *Jun.* 1668 *in Conversana et* 7 *Maj.* 1746 *in Varsavien. ad* 13. Attamen quando in Ecclesia haud excludente privatas Missas de Requie funebre aliquod agitur Officium cum solemnitate et populi concursu, tunc Sacerdoti licet ibi Missam de Requie legere, quamvis ipse persolvat ea die Officium duplex. *S. R. C.* 11 *Jun.* 1701 *in una Tertii Ord. S. Francisci ad* 1 *et* 29 *Jan.* 1752 *in una Ord. Carmelitarum Excalceatorum ad* 11.

CAPUT IX.

DE MISSA IN ALIENA ECCLESIA ET IN ORATORIO PUBLICO VEL PRIVATO ATQUE DE COLLECTIS MISSÆ ADJUNGENDIS

---

1. Quivis Sacerdos Missam celebrans in aliena Ecesia (quænam autem Ecclesia ita nuncupetur, constat dictis capite 2 n. 17) hisce tantum in casibus sese li conformare tenetur, nempe 1.° quando ibi Festum ragitur cum solemnitate et populi frequentia. *S. R. C.* l *Jun.* 1701 *in una Tertii Ord. S. Francisci ad* 1, 29 *n.* 1752 *in una Ord. Carmelitar. Excalc. ad* 10 *et* 22 *art.* 1817 *in una Ord. Min. Reformatorum.* 2.° Quando i celebratur Festum ritus duplicis (vel de Dominica) lorem exigens non congruentem Officio, quod ab ipso acerdote recitatur. *S. R. C.* 7 *Maj.* 1746 *in Varsavien.* *d* 13, 27 *Febr.* 1847 *in Rhemen. et* 17 *Sept.* 1853 *in alatayeronensi.* 3.° Quando Sacerdos Officium persolvit cuispiam Beati in Kalendario illius Ecclesiæ non comprehenum. *S. R. C.* 7 *Sept.* 1816 *in Tudent. ad XVII.* 4.° Quando acerdos Parochi supplens vicem festis diebus legit Misam Parochialem pro populo. *S. R. C.* 23 *Maj.* 1846 *in Tulent. ad V.* 5.° Quando Sacerdos in Ecclesiis Monialium (vel in aliis, quibus Chori obligatio adnexa est) Missam celebrat Conventualem. *S. R. C.* 7 *Dec.* 1844 *in una Sanctimonialium Ord. Capuccin.* 6.° Quando Sacerdos Sacrum facit cum cantu. *S. R. C.* 15 *Dec.* 1691 *in Neapolitana.* Extra ejusmodi casus Sacerdos, etiam in aliena Ecclesia, necesse est ut Missam dicat Officio respondentem, quod recitaverit, (exceptis diebus, quibus ritus tam Ecclesiæ in qua celebrat, quam Officii proprii Sacerdoti permittat Missas privatas votivas ac Defunctorum; nec non dempto casu, quo in Ecclesia illa aliter faciendi vigeat privilegium, ut apud

nos). *S. R. C.* 22 *Mart.* 1817 *in una Ord. Min. Refor.*, 12 *Nov.* 1831 *in una Marsorum ad* 31 *et* 17 *Sept.* 1853 *in Calatayeronen.* Ecclesia enim Officium et Missam ad eumdem finem ordinat, nempe ad idem Mysterium aut Sanctum colendum; quare ne dimidiatus exhibeatur cultus, opus est ut, quoad ejus fieri potest, Officium ac Missa concordent. Quæ porro hactenus de Ecclesia aliena dicta sunt, æque valent pro Oratorio publico pariter alieno. *S. R. C.* 22 *Mart.* 1817 *in una Ord. Min. Refor. et* 16 *Dec.* 1828 *in Volaterrana ad* 1 *et* 2. Quodnam autem censeatur publicum Oratorium jam declaravimus c. 2 n. 17. In Oratorio autem privato Missa semper consentiat necesse est cum Officio, quod Celebrans persolvit, quamvis foret de aliquo Beato, exceptis diebus, quibus ex proprii Kalendarii præscripto admittuntur Missæ privatæ votivæ ac Defunctorum. *S. R. C.* 12 *Nov.* 1831 *in una Marsorum ad* 31 *et* 16 *Apr.* 1853 *in una Ord. Min. Observ. ad* 14.

2. Quoties Sacerdos in Ecclesia aliena vel in Oratorio publico item alieno tenetur sese illi conformare, ut n. præcedenti ostensum est, Missa ab eo celebranda est prout ibi in Kalendario (*v. c.* 2 *n.* 17 *in fine*) præscribitur, nempe cum *Gloria*, *Credo*, Præfatione et Commemorationibus ibi adnotatis, adhibito tamen Missali Romano, cujus nimirum Proprio vel Communi utetur, nisi Missas vel Orationes particulares pro ipso quoque Sacerdote S. Sedes indulserit. Cum porro celebrat juxta proprium Kalendarium, huic sese omnino conformabit, excepta commemoratione cujuspiam Beati, quæ desit in Kalendario Ecclesiæ vel publici Oratorii ubi Sacrum fiat, quam nempe præteribit, ut supra n. 1 de Missa Beatorum animadvertimus; nec non excepto *Credo*, quod pariter omittere quidem debet, si addendum sit vel ratione Reliquiæ vel ex privilegio in propria Ecclesia, omittere vero potest si alia de causa sit adjungendum. *S. R. C.* 11 *Jun.* 1701 *in una Tertii Ord. S. Francisci*, 22 *Mart.* 1817 *in una Ord. Min. Refor.*, 11 *Apr.* 1840 *in Barchinonen. ad* 6 *et* 17 *Sept.* 1853 *in Calatayeronen.* Si vero Missa aut Orationes propriæ in Missali non adsint, sumentur de Communi, Evangelium tamen semper Evangelio Officii respondeat necesse est. *S. R. C.* 1 *Sept.* 1804 *in Tudent. ad* 9.

3. Missa in Oratoriis privatis, ubi privilegium Apostocum præsto est, dici potest diebus singulis, demptis Feis quinta, sexta et Sabbato majoris Hebdomadæ, Domiicis Paschæ et Pentecostes, ac Festis Nativitatis Domini, piphaniæ et Ascensionis, Annuntiationis et Assumptionis . M. V., Ss. Apost. Petri et Pauli, Omnium Sanctorum, c Patroni principalis Loci. *S. R. C.* 17 *Nov.* 1607 *in alagurytana et* 11 *Apr.* 1840 *in Barchinonen. ad* 3.

4. Indultum autem Apostolicum celebrandi Missam in ratoriis privatis intelligitur principaliter concessum » iis ntum quibus Breve dirigitur, nimirum personis illis, quæ tergo ejusdem Brevis proprio nomine nuncupantur; adeo t, sine præsentia alicujus ex dictis personis, minime liceat issæ sacrificium peragi ; etiamsi præsens sit aliquis sive ex liis, sive ex consanguineis, sive ex affinibus, sive ex familiaribus, sive demum ex hospitibus nobilibus in eodem Breve memoratis ; quippe quibus nil aliud per ejusmodi Brevia onceditur, quam quod unusquisque eorum (dummodo, uod attinet ad familiares, juxta clausulam in iisdem Breibus insertam, non sit ex illis actu non necessariis) assistens Missæ, quæ celebratur in Oratorio privato in præentia alicujus ex personis a tergo Brevis proprio nomine nuncupatis, satisfaciat obligationi audiendi Missam diebus estis de præcepto ». *Ex Decr.* Cum duo nobiles conjuges *Benedicti XIV diei* 7 *Januarii* 1741.

De Collectis Missæ adjungendis

5. Collectæ jussæ a Locorum Ordinariis pro re gravi omittuntur in duplicibus primæ classis et in Missis, quæ unicam Orationem admittunt. *S. R. C.* 15 *Maj.* 1819 *in Assisien. ad* 2 *et* 16 *Apr.* 1853 *in una Ord. Min. Observ. ad* 15. In duplicibus vero secundæ classis dicuntur ad libitum Celebrantis in Missis privatis, in Conventuali autem et Solemni iis locus non est. *S. R. C.* 23 *Maj.* 1835 *in Namurcen. ad* 1. Non omittuntur in Missis, quæ duas tantum Orationes adsiscunt, si modo excipias quartam Dominicam Adventus incidentem in Vigiliam Nativitatis. *S. R. C.* 20 *Apr.* 1822 *in Cortonen. ad* 2. Quæ quidem Collectæ di-

cendæ sunt etiam in Ecclesiis Regularium, aliisque exemptis (*S. R. C.* 31 *Mart.* 1821 *Decr. gener.*); et locum habent post Orationes a Rubricis præscriptas, necnon juxta ordinem dignitatis. Quamobrem si binæ ex. gr. jussæ fuerint Collectæ, altera ad petendam pluviam, altera pro remissione peccatorum, hæc primum locum obtinet, licet in Missali sit ordine posterior; quia nimirum bonum animæ, utpote dignius, temporali bono longe est præferendum. Si vero Collecta sit eadam atque Oratio a Rubricis præscripta, v. gr. utraque sit *Deus qui corda Fidelium* de Spiritu sancto, tunc priorem opus est prætermitti (nisi alia congruens in promptu sit, ut mox dicetur); quod minime contingit, si diversis exprimatur verbis, quamvis versetur in eodem objecto seu Mysterio. Quapropter in Missa SS. Cordis Jesu recitari fas est Collectam de SS. Sacramento. *S. R. C.* 22 *Maj.* 1841 *in Mechlinien. ad* 2. In Orationibus enim seu Collectis, quas Rubrica non præcipit, haud necesse est ut strictim servetur regula quam tradidimus c. 6 n. 8. *Gav. ant. p.* 4 *tit.* 17 *n.* 27. Quod si Collecta sit quidem eadem ac Oratio præscripta a Rubricis, sed ad diversum objectum seu motivum spectet, tum vero illa mutabitur in aliam congruentem, si suppetat, secus est prætereunda. Idcirco si in Dominica XXII post Pentecosten occurrat Collecta *Deus refugium*, ejus loco recitatur Oratio *Ne despicias* pro quacumque tribulatione n. 13 posita; si eadem occurrat in Festo S. Martini Episcopi et Confessoris, Secreta illius erit *Suscipe Domine* citato n. descripta. Rursum si Oratio Missæ *Deus qui corda Fidelium* de Spiritu Sancto, simul jubeatur dici pro electione Episcopi, Sede vacante, pro hac legi poterit Oratio ut in Missa pro eligendo Summo Pontifice, expresso tamen Ecclesiæ particularis nomine, ac prætermisso in Postcommunione verbo *Summi*. Si tandem a Rubricis præcipiatur Oratio *Ecclesiæ* vel pro Papa, et ab Episcopo Oratio pro Papa jubeatur, ambæ erunt recitandæ, ac ita porro in similibus. *S. R. C.* 23 *Maj.* 1835 *in Namurcen. ad* 1. Hic animadverti par est, Episcopum præter Collectas dicendas locis a Rubrica præscriptis, nullas alias posse preces, licet pro re gravi, indicere intra Missam, si ob id Missam interrumpi oporteat, sive Celebrans preces illas recitet, sive pauset dum ab aliis recitantur. *S. R. C.*

1 *Jun.* 1605 *in Oscen. et* 16 *Jan.* 1677 *in Hispalen. d.* 7. — Quoad Collectam legendam in Anniversario Creationis et Coronationis Summi Pontificis, necnon Electionis atque Consecrationis proprii Episcopi, consule c. 8 n. 11 et 12.

6. In Missa solemni seu cum cantu, post quam proxime in Altaris Throno *ibidem* SS. Sacramentum collocandum est, vel cum Supplicatione circumferendum, quemadmodum alicubi fieri solet post Festum Corporis Christi ac Dominica tertia cujuslibet Mensis, commemoratio ejusdem SS. Sacramenti est adjungenda. *S. R. C.* 6 *Dec.* 1653 *in Fanen.*, 10 *Sept.* 1796 *in Bracharen. ad* 6 *et* 15 *Maj.* 1819 *in Pisauren. ad* 2. Quæ quidem commemoratio in hoc casu fit semper sub distincta conclusione post Orationes a Rubricis præscriptas, si quidem excipiantur duplicia primæ et secundæ classis, in quibus fit sub conclusione unica, nisi plures occurrant commemorationes, quia tunc ultimæ additur. *S. R. C.* 16 *Febr.* 1737 *in Mechlinien. ad* 8 *et* 18 *Dec.* 1779 *in una Ord. Min. Observ. ad* 8. Sub unica pariter, conclusione videtur esse dicenda in Missa, quæ unam tantum Orationem adsciscit. Quo vero ad Collectam attinet ejusdem SS. Sacramenti, quæ in precibus XL horarum, diebus a Clementina Instructione exceptis, stat loco Missæ votivæ, quæ secus canenda foret, consule c. 8 n. 9. Exposito autem SS. Sacramento, sive pro Oratione XL horarum sive alia publica de causa, in Missis singulis eo tempore celebrandis illa recitatur Collecta, demptis duplicibus primæ et secundæ classis ac Missis, quæ unicam Orationem admittunt, in quibus prorsus est prætereunda. *S. R. C.* 2 *Dec.* 1684 *in una Ord. Canonic. Reg. Lateranen. ad* 4, 2 *Sept.* 1741 *in Aquen. ad* 5, 7 *Maj.* 1746 *in Varsavien. ad* 9 *et* 10 *ac Gardellini in Inst. Clem.* § 17 *n.* 24.

7. Quando, juxta dicta c. 8 n. 15 ac dicenda sub die 18 Febr. n. II, non permittuntur Missæ votivæ privatæ nec tertia Oratio ad libitum, minime licet Missæ currenti commemorationem addere alicujus Sancti vel Mysterii, quamvis Sacerdos ideo eleemosynam acceperit ut Missam celebret in ipsius Sancti vel Mysterii honorem aut memoriam. *S. R. C.* 7 *Sept.* 1850 *in Asturicen. ad* 3. Quo enim liceat Missæ diei, privatas Missas votivas et tertiam Orationem ad libitum excludentis, Orationem addere ex devotione vel pro

peculiari quapiam necessitate, v. gr. pro Infirmis vel Agonizantibus, pro Vestitione vel Professione Religiosa etc., Apostolicum plane requiritur Indultum. *S. R. C.* 11 *Mart.* 1837 *in una Romana*, 23 *Sept.* 1837 *in Meliten.* *et* 11 *Apr.* 1840 *in Florentin.* Cum porro publica urget et communis necessitas, etiam alicujus Ordinis Regularis, si Episcopi impetretur licentia, ea sufficit. *S. R. C.* 27 *Mart.* 1779 *in una Ord. Min. Refor. ad* 16.

KALENDARIUM ROMANUM

JANUARIUS

Circumcisio Domini *dup.* 2 *cl.*
Octava S. Stephani *d. min.* cum com. S. Jo. et Ss. Inn.
Octava S. Joannis Ap. *dup. min.* cum com. Ss. Innoc.
Octava Ss. Innocentium *dup. min.*
Vigilia Epiph. *semid.* cum com. S. Telesphori Pp. et M.
Epiphania Domini *dup.* 1 *cl.* cum Octava priv.
De Octava Epiph. *semidup.*
De Octava *semidup.*
De Octava *semidup.*
De Octava *semidup.*
De Octava *semidup.* et commem. S. Hygini Pp. et M.
De Octava *semidup.*
Octava Epiphaniæ *dup.*
Dom. II post Epiph., Festum SS. Nominis Jesu *dup.* 2 *cl.*
S. Hilarii Ep. C. et D. *d. min.* cum com. S. Felicis Presb. et M.
S. Pauli I Erem. C. *dup. min.* cum comm. S. Mauri Ab.
S. Marcelli Pp. et M. *semidup.*
S. Antonii Abbatis *dup. min.*
Cathedra S. Petri Romæ *dup. maj.* cum commemoratione S. Pauli ac S. Priscæ V. et M.
S. Canuti Reg. et Martyris *semidup. ad libitum*, cum comm. Ss. Marii et Soc. Mm.
Ss. Fabiani et Sebastiani Mm. *dup. min.*
S. Agnetis V. et M. *dup. min.*
Ss. Vincentii et Anastasii Mm. *semidup.*
S. Raymundi de Pennafort Conf. *semidup.* et comm. S. Emerentianæ V. et M.
S. Timothei Ep. et M. *dup. min.*
Conversio S. Pauli Ap. *dup. maj.* cum comm. S. Petri
S. Polycarpi Ep. et M. *dup. min.*
S. Joannis Chrysostomi Ep. C. et Doct. *dup. min.*
S. Agnetis secundo *simplex.*
S. Francisci Salesii Ep. et C. *dup. min.*
S. Martinæ V. et M. *semidup.*
S. Petri Nolasci Conf. *dup. min.*

FEBRUARIUS

D.M.	
1	S. Ignatii Ep. et M. *dup. min.*
2	Purificatio B. M. V. *dup.* 2 *cl.*
3	S. Blasii Ep. et M. *simplex.*
4	S. Andreæ Cors. Ep. et C. *dup. min.*
5	S. Agathæ V. et M. *dup. min.*
6	S. Titi Ep. et Conf. *dup. min.* cum commemorat S. Dorotheæ V. et M.
7	S. Romualdi Abb. *dup. min.*
8	S. Joannis de Matha C *dup. min.*
9	S. Apolloniæ V. et M. *simplex.*
10	S. Scholasticæ V. *dup. min.*
11	
12	
13	
14	S. Valentini Presbyt. et M. *simplex.*
15	Ss. Faustini et Jovitæ Mm. *simplex.*
16	
17	
18	S. Simeonis Ep. et M. *simplex.*
19	
20	
21	
22	Cathedra S. Petri Antiochiæ *dup. maj.* cum con moratione S. Pauli.
23	S. Petri Damiani Ep. C. et Doct. *dup. min.* cum memoratione Vigiliæ, excepto anno bissextili, tunc de Vigilia fit die 24.
24	S. Mathiæ Apost. *dup.* 2 *cl.*
25	
26	
27	
28	
	In anno Bissextili Februarius est dierum 29.

MARTIUS

S. Casimiri Conf. *semid.* et commem. S. Lucii Pp. et M.

S. Thomæ de Aquino C. et Doct. *dup. min.* cum commemoratione Ss. Perpetuæ et Felicitatis Mm.
S. Joannis de Deo Conf. *dup. min.*
S. Franciscæ Romanæ Vid. *dup. min.*
Ss. Quadraginta Mm. *semidup.*

S. Gregorii I Pp. C. et Doct. *dup. min.*

S. Patritii Ep. et C. *dup. min.*

S. Joseph C. Sponsi B. M. V. *dup.* 2 *classis.*

S. Benedicti Abb. *dup. min.*

Annuntiatio B. M. V. *dup.* 2 *classis.*

Feria VI post Dominicam Passionis, Festum Septem Dolorum B. M. V. *dup. maj.*

APRILIS

D.M.	
1	
2	S. Francisci de Paula C. *dup. min.*
3	
4	S. Isidori Ep. C. et Doct. *dup. min.*
5	S. Vincentii Ferrerii Conf. *dup. min.*
6	
7	
8	
9	
10	
11	S. Leonis I Pp. C. et Doct. *dup. min.*
12	
13	S. Hermenegildi Regis et M. *semidup.*
14	Ss. Tiburtii et Soc. Mm. *simplex.*
15	
16	
17	S. Aniceti Pp. et M. *simplex.*
18	
19	
20	
21	S. Anselmi Ep. C. et Doct. *dup. min.*
22	Ss. Soteris et Caji Pont. et Martyrum *semidup.*
23	S. Georgii M. *semidup.*
24	S. Fidelis a Sigmaringa M. *dup. min.*
25	S. Marci Evang. *dup. 2 cl.*
26	Ss. Cleti et Marcellini Pont. et Mm. *semidup.*
27	
28	S. Vitalis M. *simplex.*
29	S. Petri M. *dup. min.*
30	S. Catharinæ Senen. V. *dup. min.*
—	Dominica tertia post Pascha, Festum Patrocinii seph C. Sponsi B. M. V. *dup. 2 cl.*

MAJUS

Ss. Philippi et Jacobi Ap. *dup. 2 cl.*
S. Athanasii Ep. C. et Doct. *dup. min.*
Inv. S. Crucis *d. 2 cl.* cum comm. Ss. Alex. et Soc. Mm.
S. Monicæ Vid. *dup. min.*
S. Pii V Pp. et C. *dup. min.*
S. Joannis ante Portam Latinam *dup. maj.*
S. Stanislai Ep. et M. *dup. min.*
Apparitio S. Michaelis Archangeli *dup. maj.*
S. Gregorii Nazianzeni Ep. C. et Doct. *dup. min.*
S. Antonini Ep. et C. *dup. min.* cum commemoratione Ss. Gordiani et Epimachi Mm.

Ss. Nerei et Soc. Mm. *semidup.*

S. Bonifacii M. *simplex.*

S. Ubaldi Ep. et C. *semidup.*
S. Paschalis Baylon C. *dup. min.*
S. Venantii M. *dup. min.*
S. Petri Cœlestini Pp. et C. *dup. min.* cum commemoratione S. Pudentianæ V.
S. Bernardini Senen. C. *semidup.*

S. Gregorii VII Pp. et C. *dup. min.* cum commemoratione S. Urbani Pp. et M.
S. Philippi Nerii C. *d. min.* cum com. S. Eleutherii Pp. et M.
S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis V. *semidup.* cum commemoratione S. Joannis Pp. et M.

S. Felicis Pp. et M. *simplex.*
S. Angelæ Merici V. *d. min.* cum comm. S. Petronillæ V. *ex Laud.* in Vesp., et in Laud. *ex 1 Vesp.*
Feria VI post Octavam SS. Corporis Christi, Festum SS. Cordis Jesu *dup. maj.*

JUNIUS

D.M.	
1	
2	Ss. Marcellini et Soc. Mm. *simplex.*
3	
4	S. Francisci Caracciolo C. *dup. min.*
5	
6	S. Norberti Ep. et C. *dup. min.*
7	
8	
9	Ss. Primi et Feliciani Mm. *simplex.*
10	S. Margaritæ Reginæ Scotiæ Vid. *semidup.*
11	S. Barnabæ Apost. *dup. maj.*
12	S. Joannis a S. Facundo C. *dup. min.* cum con moratione Ss. Basilidis et Soc. Mm.
13	S. Antonii de Padua *dup. min.*
14	S. Basilii Ep. C. et Doct. *dup. min.*
15	Ss. Viti et Soc. Mm. *simplex.*
16	
17	
18	Ss. Marci et Marcelliani Mm. *simplex.*
19	S. Julianæ de Falconeriis V. *dup. min.* cum co moratione Ss. Gervasii et Protasii Mm.
20	S. Silverii Pp. et M. *simplex.*
21	S. Aloysii Gonzagæ C. *dup. min.*
22	S. Paulini Ep. et C. *simplex.*
23	Vigilia.
24	Nativitas S. Joannis Bapt. *dup.* 1 *cl.* cum Octav
25	S. Gulielmi Abb. *dup. min.* cum commem. Octa
26	S. Joannis et Pauli Mm. *dup. min.* cum comm. Oc
27	De Octava S. Joannis *semidup.*
28	S. Leonis II Pp. et C. *semidup.* cum commemor Octavæ et Vigiliæ.
29	Ss. Petri et Pauli Apost. *dup.* 1 *classis* cum Oc
30	Commemoratio S. Pauli Ap. *dup. min.* cum co moratione S. Petri et Octavæ S. Joannis.

JULIUS

- Dominica prima Julii, Festum Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C. *dup.* 2 *classis.*

1 Oct. S. Joannis B. *d. min.* cum com. Oct. Ss. Petri et Pauli.

2 Visitatio B. M. V. *dup.* 2 *cl.* cum comm. S. Processi et Martiniani Mm. in Laud. et Missa priv. tantum.

3 De Octava Ss. Apostolorum *semidup.*

4 De Octava *semidup.*

5 De Octava *semidup.*

6 Octava Ss. Apost. Petri et Pauli, *dup. min.*

7

8 S. Elisabeth Reginæ Portugalliæ Vid. *semidup.*

9

0 Ss. Septem Fratrum etc. Mm. *semidup.*

1 S. Pii I Pp. et M. *simplex.*

2 S. Joannis Gualberti Abb. *dup. min.* cum commemoratione Ss. Naboris et Felicis Mm.

3 S. Anacleti Pp. et M. *semidup.*

4 S. Bonaventuræ Ep. C. et Doct. *dup. min.*

5 S. Henrici C. *semidup.*

6 Festum B. M. V. de Monte Carmelo *dup. maj.*

7 S. Alexii C. *semidup.*

8 S. Camilli de Lellis C. *dup. min.* cum commemoratione Ss. Symphorosæ et Filiorum Mm.

9 S. Vincentii a Paulo C. *dup. min.*

20 S. Hieronymi Æmiliani C. *dup. min.* cum commemoratione S. Margaritæ V. et M.

21 S. Praxedis V. *simplex.*

22 S. Mariæ Magdalenæ Pœniten. *dup. min.*

23 S. Apollinaris Ep. et M. *dup. min.* cum commemoratione S. Liborii Ep. et C.

24 Vigilia et commemoratio S. Christinæ V. et M.

25 S. Jacobi Ap. *dup.* 2 *cl.* et comm. S. Christophori M.

26 S. Annæ Matris B. M. V. *dup. maj.*

27 S. Pantaleonis M. *simplex.*

28 Ss. Nazarii et Soc. Mm. *semidup.*

29 S. Marthæ V. *semidup.* cum com. Ss. Felicis et Soc. Mm.

30 Ss. Abdon et Sennen Mm. *simplex.*

31 S. Ignatii de Lojola Conf. *dup. min.*

AUGUSTUS

D.M.	
1	S. Petri ad Vincula *dup. maj.* cum comm. S. Pauli et Ss. Machabæorum Mm.
2	S. Alphonsi Mariæ de Ligorio Ep. et C. *dup. min.* cum commemoratione S. Stephani I Pp. et M.
3	Inventio S. Stephani Protom. *semidup.*
4	S. Dominici Conf. *dup. min.*
5	Dedicatio S. Mariæ ad Nives *dup. maj.*
6	Transfiguratio D. N. J. C. *dup. maj.* cum commemoratione Ss. Xysti et Soc. Mm.
7	S. Cajetani C. *dup. min.* cum com. S. Donati Ep. et M.
8	Ss. Cyriaci et Soc. Mm. *semidup.*
9	Vigilia et commem. S. Romani M.
10	S. Laurentii M. *dup. 2 cl.* cum Octava.
11	De Oct. *semid.* cum com. Ss. Tiburtii et Susannæ Mm.
12	S. Claræ V. *dup. min.* cum commem. Oct.
13	De Oct. *semid.* et comm. Ss. Hippolyti et Cassiani Mm.
14	De Oct. *semidup.* cum comm. Vig. et S. Eusebii C.
15	Assumptio B. M. V. *dup. 1 cl.* cum Octava.
—	Dominica infra Octavam Assumptionis, Festum S. Joachim C. Patris B. M. V. *dup. maj.*
16	S. Hyacinthi C. *d. min.* cum com. Oct. Ass. et S. Laurent.
17	Octava S. Laurentii *dup. min.* cum com. Oct. Assumpt.
18	De Octava *semidup.* cum comm. S. Agapiti M.
19	De Octava *semidup.*
20	S. Bernardi Abb. et Doct. *dup. min.* cum com. Octavæ.
21	S. Joannæ Franc. de Chantal Vid. *d. min.* cum com. Oct.
22	Octava Assumptionis B. M. V. *dup. min.* cum commemoratione Ss. Timothei et Soc. Mm.
23	S. Philippi Benitii Conf. *dup. min.* cum comm. Vigiliæ.
24	S. Bartholomæi Apost. *dup. 2 cl.*
25	S. Ludovici Regis Franciæ Conf. *semidup.*
26	S. Zephyrini Pp. et M. *simplex.*
27	S. Josephi Calasantii Conf. *dup. min.*
28	S. Augustini Ep. C. et D. *d. min.* cum com. S. Hermetis M.
29	Decollatio S. Joannis Bapt. *d. maj.* et com. S. Sabinæ M.
30	S. Rosæ Limanæ V. *dup. min.* cum commem. Ss. Felicis et Adaucti Mm.
31	S. Raymundi Nonnati C. *dup. min.*

SEPTEMBER

S. Ægidii Abb. *simplex* cum commem. Ss. Duodecim Fratrum Mm. *ejusd. ritus.*
S. Stephani Regis Hungariæ Conf. *semidup.*

S. Laurentii Justiniani Ep. et C. *semidup.*

Nativitas B. M. V. *dup.* 2 *cl.* cum Octava et comm. S. Adriani M. in Laud. et Missa priv. tantum.
Dominica infra Octavam Nativitatis B. M. V., Festum SS. Nominis ejusd. B. M. V. *dup. maj.*,
De Octava *semidup.* cum comm. S. Gorgonii M.
S. Nicolai de Tolentino C. *d. min.* cum com. Octavæ.
De Octava *semidup.* cum com. Ss. Proti et Soc. Mm.
De Octava *semidup.*
De Octava *semidup.*
Exaltatio S. Crucis *dup. maj.* cum comm. Octavæ.
Octava Nativ. B. M. V. *d. min.* et com. S. Nicomedis M.
Dominica III Septembris, Festum VII Dolorum B. M. V. *dup. maj.*
Ss. Cornelii et Cypriani Pont. et Mm. *semidup.* cum comm. Ss. Euphemiæ et Soc. Mm.
Impressio Sacr. Stigmatum S. Francisci *dup. min.*
S. Josephi a Cupertino Conf. *dup. min.*
Ss. Januarii Ep. et Soc. Mm. *dup. min.*
Ss. Eustachii et Soc. Mm. *dup. min.* cum com. Vigiliæ.
S. Matthæi Ap. et Ev. *dup.* 2 *classis.*
S. Thomæ a Villanova Ep. et C. *dup. min.* cum commemoratione Ss. Mauritii et Soc. Mm.
3 S. Lini Pp. et M. *semid.* cum comm. S. Theclæ V. et M.
4 Festum B. M. V. de Mercede *dup. maj.*
5
6 Ss. Cypriani et Justinæ Mm. *simplex.*
7 Ss. Cosmæ et Damiani Fr. Mm. *semidup.*
8 S. Wenceslai M. *semidup.*
9 Dedicatio S. Michaelis Arch. *dup.* 2 *cl.*
0 S. Hieronymi C. et Doct. *dup. min.*

D.M.	DECEMBER
1	
2	S. Bibianæ V. et M. *semidup.*
3	S. Francisci Xaverii Conf. *dup. min.*
4	S. Petri Chrysologi Ep. C. et Doct. *dup. min.* cum commemoratione S. Barbaræ V. et M.
5	S. Sabbæ Abb. commemoratio..
6	S. Nicolai Ep. et C. *dup. min.*
7	S. Ambrosii Ep. C. et Doct. *dup. min.*
8	Conceptio Immac. B. M. V *dup.* 2 *cl.* cum Octava.
9	De Octava *semidup.*
10	De Octava *semid.* cum comm. S. Melchiadis Pp. et M.
11	S. Damasi Pp. et C. *semidup.* cum comm. Octavæ.
12	De Octava *semidup.*
13	S. Luciæ V. et M. *dup. min.* cum comm. Octavæ.
14	De Octava *semidup.*
15	Octava Immac. Conceptionis B. M. V. *dup. min.*
16	S. Eusebii Ep. et M. *semidup,*
17	
18	
19	
20	Vigilia.
21	S. Thomæ Apost. *dup.* 2 *classis.*
22	
23	
24	Vigilia.
25	Nativitas D. N. J. C. *dup.* 1 *cl.* cum Octava privilegiata.
26	S. Stephani Protom. *dup.* 2 *cl.* cum Octava et commemoratione Octavæ Nativitatis.
27	S. Joannis Ap. et Ev. *d.* 2 *cl.* cum Oct. et com. 2 Oct.
28	Ss. Innocentium Mm. *dup.* 2 *cl.* cum Oct. et com. 3 Oct.
29	S. Thomæ Cantuarien. Ep. et M. *semid.* cum com. 4 Oct.
30	De Dominica infra Octavam Nativitatis vel de Octava Nativitatis *semidup.* cum comm. aliarum Octavarum.
31	S. Silvestri Pp. et C. *dup. min.* cum comm. 4 Octav.

N. B. — *Adnotationes in Festa supradicta Kalendarii Romani videndæ sunt infra in Kalendario trium Ordinum S. P. Francisci post singulos ipsius Menses distributæ.*

NOTANDA

CIRCA KALENDARIUM ROMANUM ET ALIA

1. Kalendarium Romanum est universale. Proptérea uti debent omnes, qui ad Horas Canonicas tenentur; itis tamen Officiis, quæ vi Rubricarum ac Decretorum eralium in unaquaque Ecclesia, Diœcesi, et Ordine Reıri sunt celebranda, vel vi specialium Indultorum S. C. concessa sunt. Ex hisce Officiis efformantur Kalenia particularia Ecclesiarum, Diœcesium ac Ordinum Reırium; quæ proinde in eo tantum differunt a Romano, d nimirum retentis istius Officiis, quæ omnibus ex prælo sunt communia, alia comprehendunt, quæ peculiar pertinent ad Ecclesias, Diœceses ac Religiosa Instituta, madmodum sunt Officia Dedicationis, Titularis, Patroni, cetera quæ forte locum habent vel ratione Reliquiarum gnium, vel ex concessione Apostolica; quæque ab iis ntaxat recitari possunt et debent, quibus præcepta vel ulta sunt. Sed enim Regulares utriusque sexus, qui proım Kalendarium a S. Sede approbatum minime obtit, opus est ut Kalendario Diœcesano utantur, adjectis ciis speciatim concessis Regularibus in illa Diœcesi ımorantibus; verum in hoc quoque casu celebrare neunt Festa Patroni Loci, Titularis et Dedicationis Eccle- Cathedralis cum Octava. *S. R. C.* 27 *Sept.* 1817 *in nullius Provinciæ Compostellanæ ad* 1 *et* 22 *Jul.* 1848 *una Dubior. ad* 1 *et* 2. *Vide etiam supra c.* 2 *n.* 6 *et q., c.* 9 *et notanda sub die* 15 *Mart. n. III et IV ac rdellini sub n.* 4392 *ad* 1.

2. Facultas iterum construendi seu reformandi proprium lendarium, Episcopis non competit jure ordinario. Quapter si necessariam vel opportunam reformationem duint, Kalendarii reformandi exemplar examini S. R. C. t subjiciendum. *S. R. C.* 29 *Sept.* 1808 *in Corduben. ad* 6.

3. In casibus dubiis Kalendario adhærendum est, sive oad Officium publicum et privatum, sive quoad Missam vestium colorem; etiamsi quibusdam probabilior videa-

tur sententia Kalendario opposita; non autem si certo constet mendum aliquod in Kalendarium irrepsisse in re, quæ aperte repugnet Rubricis Breviarii aut Missalis vel Decretis. *S. R. C.* 23 *Maj.* 1835 *in Namurcen. ad* 2 *et* 27 *Aug.* 1836 *in Minoricen. ad* 7 *et* 8.

4. Officium, quod sive privatim sive in Choro ex oblivione vel inadvertentia omissum die fuit, quo recitari oportebat, nequaquam est alia die reponendum (ne bis erretur), sed prorsus erit illo anno prætereundum. *S. R. C.* 17 *Jun.* 1673 *in una Dubii.*

NOTANDA

QUOAD OFFICIUM S. MARIÆ IN SABBATO

1. Cum apud nos agi nequeat Officium S. Mariæ in Sabbato, quia Sabbatis non impeditis alterum persolvimus Immaculatæ Conceptionis B. M. V. sub ritu semiduplici (*vide supra c.* 3 *n.* 2); propterea opportunius hoc loco visum est de prædicto Officio verba facere, quam post nostrum Kalendarium.

2. Itaque omnibus Sabbatis per annum extra Adventum et Quadragesimam, ac nisi Quatuor Tempora aut Vigiliæ occurrant, vel de Feria agendum sit propter Officium alicujus Dominicæ anticipandum, itemque nisi Officium novem recitetur Lectionum, vel de Octava Paschatis et Pentecostes; semper Officium dicitur de S. Maria, eodem modo ac de Festo simplici, quemadmodum circa finem Breviarii Romani constitutum est. Festi autem simplicis in Sabbatum incidentis fit tantum commemoratio. *Rubr. tit.* 8 *n.* 1.

3. Cum vero antedictis diebus nequit Officium S. Mariæ locum habere, nulla quoque fit ejus commemoratio propter Sabbatum. *Rubr. l. c. n.* 2.

4. Officium hoc incipit Feria sexta, instar Festi simplicis, a Capitulo, ac desinit ad Nonam Sabbati. Si autem 'eria sexta occurrat Officium novem Lectionum, B. Mariæ agitur in Vesperis dumtaxat commemoratio, nisi Officium llud de eadem B. Maria sit, quia tunc quævis ejus commemoratio foret prætermittenda. *Rubr. l. c. n.* 3. Item B. Mariæ commemorationi locus plane deest, si Officium præcedens fuerit duplex primæ classis.

5. Ad Matutinum, post Invitatorium et Hymnum de S. Maria, dicitur Nocturnum Sabbati ut in Psalterio (in quo omittitur cum Antiphona Psalmus *Jubilate*, ac substituuntur Antiphona et Psalmus *Bonum est*), ℣. de S. Maria, 1 et 2 Lectio ex Scriptura de tempore occurrente; 3 autem Lectio ac cetera omnia, tam in Matutino, quam in Laudibus et Horis, ex Officio sumuntur S. Mariæ in Sabbato. *Rubr. l. c. n.* 4. *Confer etiam notanda sub die* 14 *Aprilis n. III.*

6. Dicuntur preces Dominicales ad Primam et Completorium, Suffragia fiunt consueta de Apostolis et Pace; tempore autem Paschali sola agitur commemoratio Crucis. Post Nonam de B. Maria nihil ultra fit, nisi consueta ejus commemoratio cum aliis Suffragiis, quando ea dicenda sunt in Officio de Dominica. *Rubr. l. c. n.* 5.

KALENDARIUM

TRIUM ORDINUM S. P. FRANCISCI

L. D.	D. M.	**FESTA JANUARII**
A	1	Circumcisio D. N. J. C. et Oct. Nativ. ejusd. d. 2 cl. c. alb. tota die. Omn. ut ibi. Mis. pr. cum *Cr.*, Præf. et *Communic.* de Nat. In Vesp. com. seq. ut ibi.
B	2	Oct. S. Stephani Protom. d. min. c. rub. Omn. ut ibi et in Festo, com. duar. Oct. in L. et M. ut *in die* or. pr. diei oct., *Cr.* et Præf. tant. Nat. Vesp. a cap. seq. ut ibi, com. præc. ac Ss. Innoc.
C	3	Oct. S. Joannis Ap. et Ev. d. min. c. alb. Omn. ut ibi et in festo, com. Ss. Innoc. in L. et M. *ut in die* cum *Cr.* et Præf. Ap. In Vesp. com. seq. ut in 1 Vesp. festi.
D	4	Oct. Ss. Innocentium Mm. d. min. c. rub. Omn. ut ibi et in festo, ad 8 ℟. addit. *Gl. Patri*, et omisso 9, dic. *Te Deum*. Mis. *ut in die* cum *Gl. in exc.*, post Grad., omisso Tractu, dic. *Allel.* cum ℣. seq. sine *Cr.* (nisi sit Dom.), Præf. tant. Nat. et in fine *Ite Missa est.* In Vesp. com. Vig. Epiph. ut ibi ac S. Telesphori Pp. et M.
E	5	Vig. Epiph. *sine jej.* De ea sem. priv. c. alb. Omn. ut ibi et in die Circumcis., com. S. Telesph. in L. et M. pr. 3 or. *Deus qui salutis*, sine *Cr.* (nisi sit Dom.), Præf. tant. Nat. Ad 1 non dic. Preces. Vesp. seq. pr., sine com. In fine hym. *Jesu.... qui apparuisti* per tot. oct. Bened. Mensæ pariter per tot. oct. *Reges Thars.*, in fine *Omnes*.
F	6	Epiphania D. N. J. C. d. 1 cl. cum Oct. priv. c. alb. Omn. pr. Ad Mat. dicto *Pater, Ave* et *Cr.* inchoat. ab ant. *Afferte*, 1 ℟. *Hodie* et in 3 n. ant. et ps. *Venite*. Ad 1 ℣. *Qui appar. hod.* per tot. oct. Mis. pr. cum *Cr.*, Præf. et *Communic.* de Epiph. usq. ad 13 huj. Vesp. de solemnit.

G 7 De 2 die infra Oct. sem. c. alb. Mat. inchoat. more solit. Omn. ut ibi et heri, 1 ℟. *Tria sunt,* 1 ant. 3 n. *Homo natus* ps. *Fundam.* Mis. ut heri 2 or. *Deus qui salutis,* 3 *Eccl.* vel pro Pp., *Cr.* etc. Vesp. de oct. ant. ad Mag. *Videntes.*

A 8 De 3 die infra Oct. sem. c. alb. Omn. ut ibi et supr. Mis. ut heri. Vesp. de oct. ant. ad Mag. *Lux de luce.*

B 9 De 4 die infra Oct. sem. c. alb. Omn. ut ibi et supr. Mis. ut 7 huj. Vesp. de oct. ant. ad Mag. *Interrogabat.*

C 10 De 5 die infra Oct. sem. c. alb. Omn. ut ibi et supr. Mis. ut 7 huj. Vesp. de oct. ant. ad Mag. *Omnes,* com. S. Hygini Pp. et M.

D 11 De 6 die infra Oct. sem. c. alb. Omn. ut ibi et supr., com. S. Hygini in L. et M. *ut in die* 3 or. *Deus qui salutis*, *Cr.* etc. Vesp. de oct. a cap. Dom. infra oct. ℣. *Reges Thars.* ant. ad Mag. *Remansit,* com. oct. ant. *Admoniti* ℣. *Omnes.*

E 12 De Dom. infra oct. Epiph. sem. c. alb. ll. 1 n. de Ep. ad Rom. *Commendo* (vel *Incip. Ep. 1 ad Cor.* ut infra in adnotationibus dicetur), 1 ℟. *Hodie*, rel. ut ibi et supr. , com. oct. ant. *Hodie cœlesti* ℣. *Omnes* in L. et M. pr. sine 3 or. (*non exclusis Collect. imperatis*) cum *Cr.* etc. Vesp. seq. *ritu dup.* ut in 1 Vesp. festi or. pr. diei oct., com. Dom. ant. *Fili* ℣. *Omnes.*

F 13 Oct. Epiph. duplex c. alb. ll. 1 n. *de Ep. 1 ad Cor.* juxta dicenda in adnotationibus, 1 ℟. *Hodie,* rel. ut ibi et supr. Mis. pr. cum *Cr.* etc. In Mart. 1 l. *Romæ.* Vesp. seq. pr., com. præc. taut. In fine hym. *Jesu..... qui natus.* Bened. Mensæ in cœna et deinc. ut per ann.

★ *Indulgentiæ* ut in festo Corporis Christi, ideo anticip. Mat. in sero ut Christifideles assistentes et recitantes quinque *Pater, Ave,* et *Gloria* pro felici Statu S. Romanæ Ecclesiæ etc. eas lucr. possint (*Rubr. pecul. antiquæ n.* 53).

G 14 Festum SS. Nominis Jesu d. 2 cl. c. alb. Omn. pr., 1 ps. incip. a 2 ℣., 9 l. et com. S. Felicis M. in L. et M. (*excepta Solemn. et in ejus defectu Conv.*

plana) pr. cum Seq., *Cr.* et Præf. tant. N
1 ℣. *Qui natus.* In Vesp. com. seq. ac S.
Ab. *ex Laud.*

A 15 S. Pauli I Erem. C. d. min. c. alb. (M. S.
et 3 n. pr., 9 l. et com. S. Mauri *ex* 1 V
L. et M. ut ibi. In Mart. 1 l. *Marrochii.*
seq. or. pr., com. præc.

Indulgentia plenaria

B 16 Ss. Berardi et Soc. Protom. nostri Seraph. (
2 cl. c. rub. ll. 1 n. *Fr. debit.*, rel. pr.
Hæc est. Mis. pr. cum *Cr.* In Vesp. com.

C 17 S. Antonii Ab. d. min. c. alb. ll. 2 n. pr.,
lumbi. Mis. ut ibi. Vesp. seq. pr., com. S.
præc. ac S. Priscæ V. et M.

D 18 Cathedra S. Petri Romæ d. maj. c. alb. O
ibi et in Com. Conf. Pont., 9 l. S. Priscæ
S. Pauli ac S. Priscæ in L. et M. pr. cu
et Præf. Ap. In Vesp. com. S. Pauli, seq.
ac Ss. Marii et Soc. Mm.

E 19 S. Canuti M. sem. c. rub. ll. 2 n. pr., 3
vult, 9 l. et com. Ss. Mm. in L. et M. *In*
or. pr., 3 loco *Deus qui salutis*, cuj. sec
Dom. ex Vot., Ev. ex Mis. *Sacerd. Dei.* Ves
or. pr., com. præc.

F 20 Ss. Fabiani et Sebastiani Mm. d. min. c. rul
n. pr., 3 *Descendens.* Mis. ut ibi. Vesp.
seq. ut ibi, com. præc. (*Ap. Moniales.* Ves
pr., com. præc.).

G 21 S. Agnetis V. et M. d. min. (*Ap. Monial.* d.
c. rub. Omn. pr. Mis. ut ibi. In Vesp. co
or. pr.

A 22 Ss. Vincentii et Anastasii Mm. sem. c. rub.
pr., 3 *Cum audieritis.* Mis. ut ibi 2 or. *D*
salutis, 3 *Eccl.* vel pro Pp. In Mart. 1 l
solymis. Vesp. seq. pr., com. S. Joseph,
ac S. Emerentianæ V. et M. In fine hym
et ad 1 ℣. *Qui natus.*

B 23 Desponsatio B. M. V. d. maj. c. alb. Omn.
9 l. S. Emerent., com. S. Joseph ac S. En

in L. et M. pr. cum *Cr.* ac Præf. *Et te in Desponsat.* In Vesp. com. S. Joseph et seq.

24 S. Timothei Ep. et M. d. min. c. rub. ll. 2 n. ut ibi, 3. *Si quis venit.* Mis. ut ibi. Vesp. seq. pr., com. S. Petri et præc.

25 Conversio S. Pauli Ap. d. maj. c. alb. Omn. pr., com. S. Petri in L. et M. pr. cum *Cr.* et Præf. Ap. In Vesp. com. S. Petri et seq.

26 S. Polycarpi Ep. et M. d. min. c. rub. ll. 2 et 3 n. ut ibi. Mis. pr. In Mart. ult. l. *Brixiæ.* Vesp. a cap. seq. (M. S.) ant. ad Mag. *O Doctor* in qua et or. dic. *Chrysostom.*, com. præc.

27 S. Joannis Chrysostomi Ep. C. et Doct. d. min. c. alb. ll. 1 n. de fer., in Quadr. *Sapientiam*, rel. pr., 8 ℟. *In medio.* Mis. ut ibi cum *Cr.* In Mart. 1 l. *Panormi.* Vesp. a cap. seq. (M. S.) or. pr., com. præc. ac S. Agnetis secundo ut ibi.

28 B. Matthæi ab Agrig. Ep. et C. (1 O.) d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Vigilate,* 9 l. et com. S. Agnetis in L. et M. *Sacerd. tui* or. pr., in secreta loco verbi *Sancti* dic. *Beati.* Vesp. a cap. seq. (M. S.) or. pr., com. præc.

29 S. Francisci Sales. Ep. et C. d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3. *Homo pereg.* Mis. *Statuit* or. pr. In Mart. 1 l. *Viterbii.* Vesp. seq. ℣. et or. pr., com. præc.

Indulgentia plenaria

30 S. Hyacinthæ V. (3 O.) d. 2 cl. c. alb. Omn. de Com. 1 loc. præt. ll. 2 n. cum ℣. Laud. pr. *in B. rec.* Mis. *Dilex.* or. pr. et *Cr.* In Mart. 1 l. *Romæ.* In Vesp. com. seq. or. pr.

Indulgentia plenaria

31 B. Ludovicæ de Alberton. Vid. (3 O.) d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Thesauro.* Mis. *Cognovi* or. pr. In Mart. 1 l. *Pilei.* Vesp. seq. or. pr. *Mentes et corpora*, com. præc.

ADNOTATIONES

in Festa Januarii

Dies Mensis 1. — I. Prima die non impedita dicitur Offi
cium Defunctorum. *Vide c.* 7 *n.* 5 *et c.* 8 *n.* 25.

II. Hodie in publica Mensa apud Regulares legunt
Decreta Pii Pp. IX de testimonialibus Ordinariorum l
teris, et de receptione Novitiorum ad habitum et pr
fessionem; infra Mensem vero alia Decreta Clemen
VIII et Urbani VIII de largitione munerum.

III. Quodcumque Festum occurrat die Circumcisio
Domini transfertur. *Rubr. tit.* 10 *n.* 2. De Dominica
diem Circumcisionis incidente nihil fit. *Rubr. Brevia
posita ante Festum S. Thomæ.* Festi simplicis (si alic
occurrat) commemoratio agitur in Laudibus et Mis
(privata tantum) cum nona Lectione ad Matutinum,
propria adsit.

IV. *Color albus tota die.* Regula servanda in mutan
coloribus hæc est, ut mutatio fiat in primis Vespe
Festi. Si porro Vesperæ non sint integræ, is color
adhibendus initio Vesperarum, qui Officio congruit,
quo dicitur Capitulum. Si Officium et Missa discorde
color Altaris sequitur Officium; color autem vestiu
Celebrantis semper esse debet Missæ conformis. P
Missa solemni decet ut pallium etiam Altaris cum colo
indumentorum Missæ conveniat. *Gav. p.* 1 *tit.* 18 *n.*
Animadvertendum tamen est, Paramenta flavi vel cœr
lei coloris in sacris Functionibus nequaquam posse
surpari. *S. R. C.* 12 *Nov.* 1831 *in una Marsorum*
54, 16 *Mart.* 1833 *in Veronen. ad* 4, 23 *Sept.* 1837
Mutinen. ad 8 *et* 23 *Febr.* 1839 *in una Congreg. O
lator. B. M. V. ad* 2. Rursum Indumenta ex variis c
loribus, floribusque ita intertexta, ut color prævale
vix dignoscatur, pro nullo queunt colore adhiberi.
R. C. 23 *Sept.* 1837 *in Mutinen. ad* 8. Similiter Par
menta coloris *aurei* nequeunt supplere vices coloris al
viridis, ac rubri. *S. R. C.* 29 *Mart.* 1851 *in Adrie
ad* 5. Attamen sacræ vestes revera ex *auro* contex
inservire possunt pro tribus hisce coloribus. *Fornici Ins*

Liturg. Ad quæsitum: Num Planetæ possint confici ex tela linea, vel gossypio vulgo *Percallo*, coloribus præscriptis tincta? S. R. C. respondit: *Serventur Rubricæ et usus omnium Ecclesiarum, quæ hujusmodi Casulas non admittunt.* Die 23 Sept. 1837 in Mutinen. ad 8. Item sacra Indumenta et Supellectilia, idest *Amictus, Albæ, Altarium Mappæ, Corporalia, Pallæ* et *Purificatoria*, conficienda plane sunt ex Lino vel Cannabe, non autem ex alia quacumque materia, etsi hæc munditie, candore ac tenacitate Linum aut Cannabem æmuletur vel exæquet. *S. R. C.* 15 *Maj.* 1819 *Decr. gener.* Sacra Paramenta formam præ se ferre omnino debent ab Ecclesia præscriptam et approbatam. Quod ad ornatum attinet, fas est sequi consuetudinem circumducendi texto denticulato extremitates Albæ, Superpellicei, Corporalis et Mapparum. In fimbriis autem et manicis Albarum, aliarumque vestium minime licet immittere fundum rubrum, qui sub velo textili interluceat. *S. R. C.* 17 *Aug.* 1833 *in una Ord. S. Joannis de Deo ad* 5. (*)

(*) Heic opportunum est, ut indicentur causæ, quare interdum consecratio ac privilegium Altaris cesset. Altare consecratum instar fixi ac non portatilis consecrationem deperdit, simul ac a suo stipite avulsum sit. *Sacra R. Congregatio* 15 *Maj.* 1819 *in Senogallien.* Altare cum integra mensa lapidea, vel dumtaxat instructum sacrato lapide, execratur per enormem ejusdem mensæ aut lapidis fracturam. Fractura autem censetur enormis 1.° cum mensa seu lapis ita dividitur in binas vel plures partes ut continuatio tollatur, integritas et substantialis unitas: 2.° cum aliqua frangitur ac disjungitur ex illis partibus, ubi peculiares fuerunt unctiones adhibitæ, subtiles candelæ accensæ, thus crematum; seu cum pars fracta unam præfert ex lateralibus Crucibus in consecratione ab Episcopo specialim benedictis. *S. R. C.* 3 *Mart.* 1821 *in Carpensi et* 6 *Octob.* 1837 *in Rhedonen. ac Gardellini sub n.* 4427. Itidem Altare tam fixum quam portatile consecrationem amittit, si quando extrahantur Reliquiæ, si illarum infringatur sepulchrum, ejusve operculum, vel etiam si hoc tantummodo amoveatur. *S. R. C.* 22 *Sept.* 1848 *confirmante Pio Papa IX die* 5 *Dec.* 1851 *in Bituricen.* Porro ad reconciliandum Altare, e quo ablatæ fuerint Reliquiæ non sufficit illarum repositio, sed opus est ut denuo consecretur, nisi

V. Hic insuper juverit animadvertere, post Vesperas et Completorium recitari posse privatim Matutinum cum Laudibus pro die sequenti; dummodo elapsum sit medium temporis, quod inter meridiem et occasum solis intercedit. *Caval. to. 2 c. 34 d. 1 n. 8 et Sententia communis.* Privata item Missa potest celebrari ab aurora usque ad meridiem. Aurora autem intelligitur illud temporis punctum, quod medium est inter noctem et diem, seu inter tenebras et ortum solis, quodque tum initium sumit, cum erumpit prima claritas ac incipit per terras diffundi. Verum pro Regionibus, in quibus aurora fere continua est, aut continua lux, vel fere continuæ tenebræ ad plures menses producuntur, aurora non physice, sed moraliter ac politice accipienda est, pro tempore nempe, quo homines diluculo surgere solent ad opera, juxta probatam quæ invaluit Regionum illarum consuetudinem. *S. R. C. 18 Sept.* 1634.

2. — I. Si dies Octava S. Stephani in Dominicam inciderit, de hac nihil fit. *Rubr. Brev.*

II. In Missa Octavæ S. Stephani dicitur *Credo* ratione Octavæ S. Joannis. Præfatio autem (sine *Communicantes*) est de Nativitate, quia Nativitatis solemnitas censetur extendi usque ad Epiphaniam, atque ideo reputatur de tempore; et quamvis perduret adhuc Octava S. Joannis, cui competit Præfatio propria Apostolorum, Præfationi autem propriæ de Octava cedat Præfatio

---

specialis præsto sit Apostolica facultas illud reconciliandi per solam Reliquiarum repositionem cum præscriptis cæremoniis peractam. *S. R C.* 22 *Sept.* 1848 *et* 5 *Dec.* 1851 *in Bituricen.* — Altare privilegiatum non ideo privatur Indulgentiis quod propter vetustatem construatur iterum, aut majori ex parte sarciatur, dummodo eumdem titulum, eamdemque invocationem retineat. *S. Indulgentiarum C.* 27 *Jun.* 1836. Quo vero Altare privilegii capax existat, oportet adeo fixum esse, ut e loco nequeat dimoveri; minime tamen necesse est ut superior illius pars seu mensa constet ex integro lapide, vel adeo calce adstingatur lapis consecratus ut inde sejungi non possit. *S. I. C.* 20 *Mart.* 1846 Quænam porro Missa celebranda sit ut Indulgentia Altaris privilegiati acquiratur, jam explicuimus c. 8 n. 28.

propria de tempore; nihilominus antefertur Præfatio Nativitatis atque ideo de tempore, quia cum Præfatio de Apostolis tributa non fuerit S. Joannis Festo, idcirco neque infra ipsius Octavam inducitur. *Caval. to.* 5 *c.* 14 *n.* 28. Attamen si hodie vel alia die infra Octavam Nativitatis occurrat alicubi Missa alterius Festi vel Votiva obtinens Præfationem propriam, hæc legenda erit, non illa Nativitatis, quia Rubrica adposita Missæ S. Joannis ad alios casus minime pertingit. *S. R. C.* 16 *Febr.* 1781 *in una Ord. Carmelitarum Excalc. ad* 3.

III. Si hodie ac insequentibus diebus Dominica occurrerit, non dicitur Præfatio de Trinitate, sed de Nativitate, quia hæc (ut paullo ante commonuimus) usque ad Epiphaniam reputatur de tempore.

IV. Si forte in diem hanc Octavam S. Stephani transferri oporteret principale ejusdem Festum (ut suo loco declarabimus) non esset agenda in ipso commemoratio Octavarum S. Joannis et Ss. Innocentium; quia cum jam elapsa sit Octava Nativitatis, intra quam hujusmodi commemorationes in istorum Festis ex peculiari Rubrica admittuntur, vim suam denuo recipit Rubrica generalis tit. IX n. 6, quæ præscribit non esse faciendam in duplicibus secundæ classis commemorationem de die infra Octavam communem seu non privilegiatam. Præfatum autem Festum in diem hanc transferri potest tametsi hodie occurrat Dominica, cum ipsa sit vacans. Contra si alicubi duplex primæ aut secundæ classis in hanc ipsam diem incideret, in eam, utpote impeditam, Festum principale S. Stephani nullo pacto posset transferri. Hoc ipsum dictum esto de binis insequentibus Octavis. Vide tamen notanda sub die 26 Decembris n. IV.

. — I. Si Octava S. Joannis in Dominica occurrerit, de Dominica nihil fit. *Rubr. Brev.*

II. In Missa diei Octavæ S. Joannis legitur Præfatio Apostolorum, quæ licet recitata non fuerit infra Octavam, neque ejus die Festo; nihilominus dici debet hac die, quæ se habet ac revera est instar Festi duplicis atque solemnis Apostolorum, cui Festo profecto competit ejusmodi Præfatio. Peculiares autem rationes, ob quas in Festo et infra Octavam Præfatio isthæc exclu-

ditur, ad diem hanc minime censentur extendi. Hæc eadem Præfatio dicenda quoque foret in Missa alterius Festi Præfatione propria carentis, si forte alicubi hodie celebraretur; quippe cum Præfatio Octavæ reputetur de tempore. *Caval. to.* 5 *c.* 14 *n.* 28.

III. In secundis Vesperis diei Octavæ S. Joannis fit tantum commemoratio Ss. Innocentium ex peculiari Rubrica, quæ exceptionem inducit (*S. R. C.* 16 *Apr.* 1853 *in una Ord. Min. Observ. ad* 6); per se enim Vesperæ esse deberent a Capitulo de sequenti. *S. R. C.* 12 *Apr.* 1823 *in Panormitana ad* 5.

4. — I. Si dies Octava Ss. Innocentium inciderit in Dominicam, de hac nihil fit. *Rubr. Brev.*

II. In Missa diei Octavæ Ss. Innocentium omittitur *Credo*, quia dies hæc minime occurrit infra aliam Octavam cum *Credo*, alioqui vero nequit illud a Festo suo mutuari, quod utpote de classe Martyrum ex se illud non habet, sed adsciscit dumtaxat propter Octavas Nativitatis et S. Joannis, infra quas celebratur. In Ecclesia propria dicitur *Credo* ratione Patronatus. In Ecclesia autem universali *Credo* adjungitur, si hæc dies Octava in Dominica occurrerit, idque præstatur ratione Dominicæ, etiamsi de ipsa nihil fiat. *Rubr. tit.* 11.

III. Die Octava Ss. Innocentium adhibetur color rubeus, quia hic color festivus est, ideoque Octavæ conveniens. Octava enim perennem Beatitudinis gloriam designat: hac potissimum de causa hodie usurpantur cantica lætitiæ, v. gr. *Te Deum, Gloria in excelsis, Alleluja*, quæ alia de causa, nempe ob luctum cladis immanissimæ, in Festo, nisi in Dominicam incidat, excluduntur. Utendum porro est rubeo colore, potius quam albo, quia Ecclesia martyrium horum Ss. Infantium recolit. Color enimvero rubeus solemnitatibus Martyrum apprime congruit propter effusum pro Christo sanguinem, quem color ille ob oculos ponit. *Gav. p.* 1 *tit.* 18 *n.* 3. Idem tamen color adhiberi quoque solet in Festis Ss. Martyrum, quorum incruenta mors extitit, quia nimirum igni similis est; igni videlicet tribulationis, persecutionis etc., per quem ejusmodi Martyres transierunt. *Tetamum consule.*

IV. Si in diem hanc contingat transferri Ss. Innocentium Festum principale, omnia peraguntur ut die Festi, nempe cum colore violaceo, nono ℟. etc. extra Dominicam, ut ibi monebimus.

— I. Si alicubi in Vigilia Epiphaniæ, ex privilegio vel legitima consuetudine (*vide supra c.* 3 *n.* 1), aliqua per id tempus celebretur Octava, de die infra Octavam agenda est tantum commemoratio. *Caval. to.* 2 *c.* 15 *n.* 18. In hac enim Vigilia non adest locus semiduplici utcumque occurrenti. Si porro in Vigiliam hanc Festum incidat duplex, Vigiliæ agitur dumtaxat commemoratio cum nona Lectione homiliæ; quia semiduplex, prout est hæc Vigilia, cedit Officio duplici occurrenti eadem die. Exemplum vero Patriarchalium Urbis, quæ transferunt Festum ibidem duplex occurrens S. Telesphori, in usum universalis Ecclesiæ non deservit, quum id perficiatur ex antiqua consuetudine illic permissa a S. R. C. 2 Decembris 1673. Præfata commemoratio Vigiliæ cum nona Lectione etc. locum habet, etiamsi Festum occurrens sit duplex primæ classis. *Rubr. tit.* 6 *n.* 2 *et tit.* 9 *n.* 4. Duplex translatum non agitur in hac Vigilia, quia ipsa Officium obtinet novem Lectionum. *Gav. sect.* 6 *c.* 7 *n.* 1. In Hispania nihilominus Festum S. Thomæ Cantuariensis cum occurrit in Dominica, ex privilegio Gregorii XV transfertur in hanc Vigiliam, tametsi agatur ritu semiduplicis; tum vero legendæ sunt Lectiones primi Nocturni non quidem de Communi, sed de Scriptura seu de Vigilia Epiphaniæ. *S. R. C.* 11 *Aug.* 1860 *in Granaten. ad* 7.

II. Si Vigilia Epiphaniæ inciderit in Dominicam, de hac, utpote vacante, nihil fit.

III. In Missa Vigiliæ Epiphaniæ omittitur *Credo*, nisi in Dominica occurrerit; propter hanc quippe dicitur, tametsi de ea nihil fiat. *Rubr. tit.* 11. Isthæc enim Vigilia non est ferialis, sed festiva ac quasi Dominicalis; proinde ubi hoc tempore aliqua ex privilegio celebraretur Octava, in Missa Vigiliæ dicendum foret *Credo* ratione Octavæ, si huic ex se competeret, sicut dicendum præscribitur ratione Dominicæ. *Caval. to.* 2 *c.* 15 *d.* 4 *n.* 6 *et to.* 5 *c.* 12 *n.* 17. Imo foret usurpanda et

Præfatio Octavæ, si hæc propriam haberet. Eo ipso quod hæc Vigilia non sit communis seu ferialis, occurrente in ea Festo duplici, in Cathedralibus et Collegiatis minime celebrandæ erunt duæ Missæ Conventuales, sed tantum Missa de Festo cum commemoratione Vigiliæ et ejusdem Evangelio in fine. *Caval. to.* 2 *c.* 15 *d.* 4 *n.* 7. Eadem Vigilia est sine jejunio propter lætitiam Natalis Domini. *Gav. p.* 1 *tit.* 3 *n.* 6.

IV. Ubi S. Telesphorus recolitur alia die sub ritu duplici aut semiduplici, nihil fit hodie de eo. Ac ita semper præstandum est in similibus. Illius porro Missa est *Sacerdotes Dei* de Communi.

6. — I. Primæ Vesperæ Epiphaniæ aguntur absque commemoratione, nisi forte die quinta præcedenti celebratum fuerit duplex primæ aut secundæ classis, vel hac die sexta occurrat dies Octava ex privilegio permissa.

II. Si Epiphania inciderit in Dominicam, de hac nihil fit, quippe cum vacet.

III. In tertio Nocturno Matutini Epiphaniæ Ps. *Fundamenta* cum sua Antiphona non dicitur hodie, sed infra Octavam vice Psalmi et Antiphonæ *Venite.* Octavum ℟. ex duobus constat asteriscis. In hujusmodi autem Responsoriis prior repetitio post Versum a primo dumtaxat ad secundum asteriscum ducenda est, ac verba ab altero asterisco usque ad Versum pro secunda repetitione sunt reservanda. *S. R. C.* 7 *Dec.* 1844 *in Mechlinien. ad* 7. (*)

(*) Ritus inchoandi ex abrupto Matutinum Epiphaniæ est veluti reliquium veteris consuetudinis, quæ pro quovis Matutino olim viguit; neque vero ritus ejusmodi in præsenti Festo vacat mysterio. Omittitur enim *Domine labia mea* et Invitatorium, quia Magi non humano ore vocati, nec aliter commoniti, aut acciti; sed mutum sidus vix conspicati, *venerunt adorare Dominum.* Initio prætermittitur Ps. *Venite,* utpote qui est in tertio Nocturno recitandus; quia in tertio tempore, gratiæ scilicet, per tertium Nocturnum designato, invitata est ex Gentibus Ecclesia per Magos et stellam; sæpius autem repetitur Antiphona *Venite adoremus*, ut undique confluant omnes. Hymnus quoque supprimitur, quia perfectorum est Hymnos canere, contra conversio

IV. In Missa ad verba Evangelii *Et procidentes adoraverunt eum*, Celebrans libro obversus genuflectit; in Solemni vero ipse ad Altare, Diaconus ad librum, dum Subdiaconus et Ceroferarii stant, atque ita semper in similibus efficitur. Hodie post Evangelium Missæ Pontificalis a Canonico juniori, nisi alteri soleat id muneris deferri, publicantur Festa mobilia ineuntis anni ut in Pontificali Romano. *S. R. C.* 16 *Jan.* 1607 *in Asculana.*

V. Die Epiphaniæ nullæ sunt Exequiæ mane palam peragendæ, nec consuetum ære campano edendum emortuale signum, sed Officium cum precibus recitandum privatim sub vesperam, vel Cadaveris elatio in crastinum reservanda. Idipsum observabitur in ceteris quoque Festis solemnioribus. *Consule c.* 7 *n.* 11 *et c.* 8 *n.* 29.

VI. In secundis Vesperis Epiphaniæ nulla fit commemoratio, nisi Festum hoc in Sabbato occurrerit, tum quippe commemoratio agitur Dominicæ infra Octavam (℣. *Omnes*), vel nisi cras alicubi occurrat duplex primæ classis, aut dies aliqua Octava sit ex privilegio celebranda.

VII. Si infra Octavam Epiphaniæ aliquod incidat Festum semiduplex, aut etiam duplex, quod non sit primæ classis, post Octavam transfertur. *Rubr. hic.* Si autem occurrat Festum duplex primæ classis, de eo Officium persolvitur cum commemoratione Octavæ (*). *Rubr. tit.* 7

---

entium in solis Magis perfecta non extitit. Nihilominus infra ctavam recitatur Invitatorium nomine Magorum alios invitan- ım ad adorandum Christum. *Consule Gav. sect.* 6 *c.* 7 *n.* 3. d Responsorium breve Tertiæ, Sextæ et Nonæ additur *Alle- ja* ad lætitiam plenius explicandam. Idipsum porro minime ·ragitur ad Primam et Completorium, ut Paschali tempore; ıia nimirum hodie etsi nos decet magna perfundi lætitia, ea men quam longissime abest a cœlestis beatitudinis gaudio, quod mbolo temporis Paschalis exprimitur. *Confer Tetamum.*

(*) Auctor Dissertationis in Rubricas Breviarii, cujus opinandi tionem alias censuimus minime probabilem, asserit infra O- avam Epiphaniæ agi non posse Officium de occurrenti Festo ıplici primæ classis, nisi sit de principali Patrono aut Titulari ıt Dedicatione propriæ Ecclesiæ, quia Rubrica (*tit. VII n.* 3) ıtuit esse persolvenda hæc tantum Officia cum commemora-

n. 3 *et pecul. n.* 111 *ac S. R. C.* 22 *Mart.* 1817 *in una. Ord. Milit. Equitum Chr. ad* 2 *et* 3. Infra hanc Octavam locus non datur duplici primæ classis translato. *S. R. C.* 31 *Maj.* 1817 *in Conimbricen. ad* 1 *et Caval. to.* 2 *c.* 21 *n.* 2. Fit tamen commemoratio de Simplici occurrente cum nona Lectione, si propriam habeat.

VIII. Quamvis Octavæ, quæ non sunt in Breviario Romano, excludantur a die 17 Decembris usque ad Epiphaniam, hujusmodi tamen Rubrica ad Octavam ejusdem Epiphaniæ sese minime extendit. Quapropter Festa quælibet Dedicationis, Titularis aut Patroni principalis, quæ infra Octavam Epiphaniæ alicubi occurrunt, sua non carent Octava. *Caval. to.* 2 *c.* 19 *n.* 8. Tum vero Officium agi-

---

tione Octavæ. — Resp. uti scholæ mos est, ita distinguendo. Rubrica eam adhibet dicendi formulam, ut Festa excludat ritu inferiora duplicibus primæ classis, concedo; ut Festa quoque expungat primæ classis præter tria illa antedicta, nego. Is enim est constans generalium Rubricarum tylus, non quidem ut per phrasim *Duplicia primæ classis* designet Festa hoc ritu decorata, sed ut ejusmodi Festa singillatim ac suo veluti nomine indicet; quare tria illa Festa, Patroni scilicet, Titularis et Dedicationis, quod communia sint et ubique celebrentur, expressim in Rubricis nominata sunt; reliqua vero primæ classis particularia, utpote *incerti nominis*, tribus illis implicite continentur. Rem porro ita se habere peculiares nostræ Rubricæ evincunt a S. Sede adprobatæ (*). Ipsæ enim (*n.* 111) adeo pro certo astruunt, agi posse infra Octavam Epiphaniæ quodcumque Festum duplex primæ classis, ut inde inferant, fas quoque esse, Festum ejusmodi infra eamdem Octavam perpetuo transferri. — Nec vero proficit quippiam ita objicere: si infra hanc Octavam cuilibet Duplici primæ classis locus esset, Rubrica mentionem non fecisset conceptis verbis trium illorum tantum, nempe Patroni, Titularis et Dedicationis, sed communem cunctis ejusmodi

---

(*) Quo omnis ambiguitas amoveatur, hoc semel loco pro singulis vicibus Lectorem admonitum volo, me identidem ad quæstiones enodandas non ideo peculiares allegare Franciscani Breviarii Rubricas ut inde authentica Rubricarum Breviarii Romani interpretatio derivetur, sed tantum ut pateat sententiam nostram in re communi (quæ nimirum ex mero privilegio minime sit nobis permissa) dignam esse ut recipiatur, utpote menti S. Sedis non levibus ex indiciis consentaneam.

tur de die infra Octavam Epiphaniæ cum commemoratione diei infra Octavam particularem. Quod si ante Epiphaniam alicubi ex privilegio Octava aliqua cœperit celebrari, cujus Octava dies incidat infra Octavam Epiphaniæ, Officium erit nihilominus de Epiphania cum commemoratione diei Octavæ particularis, quemadmodum fit quoties dies Octava in Dominica privilegiata occurrit. Ac in eodem casu præcedens dies infra Octavam Epiphaniæ non cedit Vesperas diei Octavæ particulari sequenti, sed hujus tantummodo commemorationem admittit. *Caval. to.* 2 *c.* 18 *d.* 1 *n.* 21 *et* 22.

IX. In Missa diei infra Octavam Epiphaniæ dicitur 2 Oratio *Deus qui salutis*, 3 *Ecclesiæ* vel pro Papa. Si au-

---

duplicibus usurpasset formulam, per voces ex. gr. *Festa majora, Festum ex solemnioribus, Festum ex solemnibus*, uti præstitit tit. VI n. 2, tit IX n. 5 et tit. XI n. 2. Hæc, inquam, objectio nihil proficit. Voces enim illæ non semper Festa designant duplicia primæ classis, sed quandoque etiam secundæ classis, uti colligitur ex tit. VII n. 3 et tit. X n. 2; proinde illis uti, neque expediens erat, neque tutum. Ceteroquin per eas voces Rubrica in præfatis tit. VI, IX et XI dumtaxat innuit Festa duplicia primæ classis, quia res ibi circumstantias præfert adeo perspicuas, ut errandi periculum prorsus absit. Nam in tit. VI n. 2 in exemplum affertur Festum SS. Corporis Christi, quod nemo ignorat duplex esse primæ classis; in tit. IX n. 5 huic phrasi *Festis majoribus*, statim subjiciuntur Festorum nomina, quorum sermo est, quæque sunt omnia duplicia primæ classis; in titulo demum XI n. 2 Rubrica agit de concursu Festorum secundi ordinis cum solemnibus majoribus, quibus integras tribuit Vesperas; ideoque in his aperte designat Festa primi ordinis seu primæ classis. Huc adde quod S. R. C. postquam (*die* 22 *Martii* 1817 *in una Ord. Militaris Equitum Christi*) declaravit Octavam SS. Corporis Christi in Lusitaniæ Regnis ex Indulto Apostolico æquiparandam esse Octavæ Epiphaniæ, universim docuit in illa agi posse Officium de occurrenti Festo duplici primæ classis; nihil igitur obstat quominus etiam in hac similiter privilegiata, idipsum perfici queat. Itaque sententiæ huic, quam passim propugnant Doctores liturgici, nos quoque inhærentes arbitramur, nullius Festi duplicis primæ classis, si inciderit infra Octavam Epiphaniæ, celebrationem excludi.

tem occurrat commemoratio Simplicis, 2 Oratio istius erit, 3 Beatæ M. V. Cum vero duæ incidunt commemorationes, Orationes de tempore omittuntur ambæ. Ac ita semper agitur in similibus. Si aliquando oporteat commemorationem sumi ex Missa *In virtute* de Communi unius Martyris, varianda erit Secreta S. Mariæ, cujus in locum subrogabitur *Tua Domine propitiatione* ex Votiva. Si vero petenda sit particularis commemoratio ex Missa *Sacerdotes Dei* item de Communi unius Martyris, vel ex Missa *Salus autem* de Communi plurimorum Martyrum, commutabitur Postcommunio S. Mariæ, pro qua substitues *Sumptis Domine* ex ejusdem Votiva. *Pittonus.*

X. Si infra Octavam Epiphaniæ celebrari contingat Festum duplex primæ classis obtinens Præfationem propriam, hæc in ipsius Missa adhibebitur, *Communicantes* tamen erit de Epiphania: quod jugiter in similibus peragitur.

XI. Dominica infra Octavam Epiphaniæ illa est, quæ prima occurrit post Epiphaniæ Festum. De ea fit Officium in quamcumque diem Octavæ inciderit. *Rubr.* Cum Epiphania advenit die Dominica, Officium et Missa de Dominica celebrantur Sabbato sequenti, ut infra die 12 dicetur. In Officio et Missa Dominicæ infra Octavam Epiphaniæ locum habet commemoratio Simplicis, si occurrat, puta S. Hygini. Officium hujusce Dominicæ, ratione Octavæ Epiphaniæ, cedit dumtaxat occurrenti duplici primæ classis; quo casu de Dominica commemoratio agitur (*ante commemorationem Octavæ*) in Vesperis (etiam secundis, nisi aliud sequatur duplex primæ classis. *Pittonus*), Laudibus et Missa cum nona Lectione de homilia ad Matutinum, et Evangelio ejusdem Dominicæ in fine Missæ: initium vero Epistolæ primæ ad Corinthios transfertur in diem proximam simili duplici non impeditam, alioquin in subsequentem.

XII. Duo hic advertenda sunt ex Rubrica. Primum id est: postquam cœpta fuerit legi Epistola prima ad Corinthios, quotidiana illius lectio, prætermissa penitus Epistola ad Romanos, producitur usque ad Dominicam secundam. Alterum hoc est: post Officium de Dominica infra Octavam, continuantur Octavæ dies eodem numero

et ordine, perinde ac si Dominica non intercessisset; v. gr. cum Dominica occurrit 3 die infra Octavam, prima die post Dominicam Lectiones secundi et tertii Nocturni atque Antiphonæ ad *Benedictus* et ad *Magnificat* recitantur de die 3 infra Octavam, quamvis illa sit dies quarta. Et sic in reliquis ut in Breviario, mutatis dumtaxat Lectionibus primi Nocturni de Epistola ad Romanos, in eas, quæ sumendæ sunt ex Epistola prima ad Corinthios, uti paullo ante declaratum est.

. — I. Si hodie non est Dominica, fit Officium de Octava, ut in Kalendario hac ipsa die. Si autem Dominica est, Officium et Missa celebrantur de ea, ut in Kalendario sub die 12, sed Lectiones primi Nocturni petuntur ex Initio Epistolæ primæ ad Corinthios, in secundis Vesperis dicitur ℣. *Reges Tharsis*, Antiphona ad *Magnificat* est *Fili*, et agitur commemoratio Octavæ per Antiphonam *Tribus miraculis* ℣. *Omnes*.

II. Si hodie est Sabbatum, in Vesperis fit a Capitulo Dominicæ infra Octavam ut ibi, cum commemoratione Octavæ per Antiphonam, quæ occurrit juxta ordinem dierum, nec non cum ℣. *Omnes*.

). — I. Si hodie non est Dominica, persolvitur Officium de Octava, ut in Kalendario hac ipsa die; at si Dominica fuit heri, Lectiones primi Nocturni sumuntur ex Epistola 1 ad Corinthios pro Feria currenti, secundi autem et tertii Nocturni cum Antiphona ad *Benedictus* et *Magnificat* sunt de 2 die infra Octavam. Si hodie est Dominica, fit de ea perinde ac heri n. I explicatum est.

II. Si hodie est Sabbatum, in Vesperis fit a Capitulo Dominicæ etc. ut heri n. II ediximus.

9. — I. Si hodie non est Dominica, Officium agitur de Octava ut in Kalendario hac ipsa die; at si præcessit Dominica, Lectiones primi Nocturni erunt de Epistola 1 ad Corinthios ex Feria currenti, secundi et tertii Nocturni cum Antiphona ad *Benedictus* et ad *Magnificat* de 3 die. Si vero hodie Dominica est, fit de ea, uti die 7 n. I declaravimus.

II. Si hodie Sabbatum incidat, in Vesperis agitur a Capitulo Dominicæ, ut die 7 n. II jam præmonuimus.

0. — I. Si hodie non est Dominica, recitatur Officium

de Octava; at si Dominica antecessit, Lectiones 1 Nocturni accipiuntur de Epistola 1 ad Corinthios pro Feria currenti, secundi et tertii Nocturni cum Antiphona ad *Benedictus* et ad *Magnificat* sunt de 4 die. Si autem hodie occurrit Dominica, de illa fit eadem prorsus ratione, quam die 7 n. I tradidimus.

II. Si hodie incidat Sabbatum, in Vesperis fit a Capitulo Dominicæ ut die 7 n. II, sed ℣. pro commemoratione Octavæ est *Adorate*, ne ℣. sonet unum idemque cum Antiphona. *Gav. sect.* 6 *c.* 7 *n.* 12. Agitur quoque commemoratio S. Hygini, nisi alicubi celebretur sub ritu semiduplici aut duplici non primæ classis; tum quippe post Octavam foret transferendum, quo casu Missa erit *Statuit* de Communi unius Martyris.

11. — I. Si hodie non incidit Dominica, Officium persolvitur ut *in* Kalendario; at si præcessit Dominica, Lectiones primi Nocturni sumuntur ex Epistola 1 ad Corinthios pro Feria currenti, secundi et tertii Nocturni cum Antiphona ad *Benedictus* et ad *Magnificat* de 5 die. Si autem hodie Dominica occurrit, de illa agitur ut innuimus die 7 n. I, cum commemoratione S. Hygini in primis Vesperis, Laudibus et Missa.

II. Si hodie est Feria sexta vel Sabbatum, in Vesperis fit a Capitulo Dominicæ uti die 7 n. II declaratum est.

12. — I. Si hodie nec Sabbatum incidit nec Dominica, Officium agitur de 6 die infra Octavam, cum Lectionibus primi Nocturni de Epistola 1 ad Corinthios ex Feria currenti; reliqua fiunt ut in Kalendario die 7. Vesperæ sunt de sequenti die Octava *ritu dup.*, ut in 1 Vesp. Festi, cum or. pr. diei Octavæ. Si vero hodie Sabbatum occurrerit vel Dominica, Officium et Missa celebrantur de Dominica infra Octavam, ut in Kalendario hac ipsa die adnotatum est, eo tamen discrimine ut si hodie sit Sabbatum, Lectiones primi Nocturni recitentur de Epistola ad Romanos *Commendo ;* si autem sit Dominica, sumantur de Initio Epistolæ 1 ad Corinthios.

II. Si hodie sit Sabbatum vel Dominica, et alicubi occurrat Festum duplex primæ classis, in hujus Officio commemoratio Dominicæ agenda est *(ante commemorationem Octavæ)* cum nona Lectione etc. ut die 6 n. XI

præmonuimus. Secundæ autem Vesperæ integræ persolventur de ipso Festo, cum commemoratione sequentis diei Octavæ ut ibi, et Dominicæ per Antiphonam *Fili* ℣. *Omnes.*

3. — I. Si hodie est Dominica, Lectiones primi Nocturni petuntur ex Initio Epistolæ primæ ad Corinthios (de Dominica tamen nihil fit, cum ejus Officium heri fuerit peractum). Si porro Dominica non occurrit, sunt de eadem Epistola ex Feria currenti.

II. Dies Octava Epiphaniæ excludit quodcumque Officium. *Rubr. tit.* 10 *n.* 2. In Vesperis vero cedit tantummodo duplicibus primæ aut secundæ classis. *Rubr. tit.* 11 *n.* 7.

III. Si cras fuerit Dominica secunda post Epiphaniam, in hisce Vesperis fit commemoratio de ea, per Antiphonam *Suscepit* ℣. *Vespertina* ut in Vesperis Sabbati, cum Oratione propria. Si autem non fuerit, in Ecclesia universali commemoratio agitur sequentis S. Hilarii Ep. C. et Doct. per Antiph. *O Doctor,* ac S. Felicis Martyris.

IV. Hodie apud nos in Martyrologio primo loco legitur *Romæ* etc. ut in Martyrologio Ordinis a S. Sede approbato. Lectio ejusmodi quotidie in Choro fit ad Primam ante ℣ *Pretiosa*, dempto triduo ante Pascha. Recitatur porro jugitur die præcedenti lectio illa, quæ memorias Sanctorum sequentis diei continet, præponendo scilicet diei ejusdem Kalendas, Nonas vel Idus, ac Lunæ quantitatem. *Rubr. Martyr.* Martyrologium semper legendum est prout jacet, tametsi Festa in eo descripta alia die celebrari contigerit. *S. R. C.* 7 *Dec.* 1844 *in Mechlinien. ad* 10. Verum Festa eadem et alia quæcumque etiam per accidens translata, nec non Officia votiva, pridie quam celebrentur iterum annuntianda sunt, et quidem primo loco, nisi alicujus Vigiliæ mentio sit facienda. *Rubr. Martyr. et S. R. C.* 8 *Aug.* 1835 *in una Ord. Capuccinor. ad* 5 *et* 7 *Dec.* 1844 *in Mechlinien. ad* 10. Translata Vigilia in Sabbatum, non anticipatur Vigiliæ lectio in Martyrologio, tametsi anticipetur Officium cum jejunio. *Cavat. to.* 2 *c.* 37 *d.* 2 *n.* 8. In Martyrologio minime annuntiatur Officium feriale, si modo excipias Feriam IV Cinerum et Feriam V in Cœna Domini; nec

Dominicæ cujuspiam Officium, si excipias Dominicam Septuagesimæ et Palmarum; nec Officium dierum infra Octavas, ut liquet ex usu ipsius Martyrologii. *Caval. l. cit.* Sancti porro (aut Beati), quorum in Martyrologio mentio desit, ratione Officii, quod de illis peragendum est, debent sane paucis verbis commemorari; sic tamen ut proprio cujusque nomini, nec non qualitati Martyris, Episcopi, Confessoris, Abbatis aut Virginis, et loco obitus, nihil præterea adjungatur, nisi forte præsto sit elogium a S. Sede adprobatum. *Guyetus lib.* 2 *c.* 15. Festa vero per accidens translata, pridie quam celebrentur, annuntiantur hisce verbis: *Officium Sancti* (vel *Beati*) *N., cujus Festum fuit die...*

14. — I. Festum SS. Nominis Jesu apud nos celebratur hac die 14 ex speciali concessione Benedicti XIII. *Vide supra c.* 4 *n.* 11. In Ecclesia autem universali agendum est Dominica secunda post Epiphaniam. *S. R. C.* 29 *Nov.* 1721 *Decr. gener.*

II. In Officio SS. Nominis Jesu primus Psalmus Matutini incipit a secundo versu; quod jugiter perficitur in Officio duplici, quando Antiphona et prior versus Psalmi constant iisdem verbis, dummodo Antiphonæ non addatur *Alleluja*. In Officio autem semiduplici, quamvis verba totius Antiphonæ non contineantur principio Psalmi, si tamen priora continentur verba, illa non repetuntur, sed Psalmus ibi inchoatur ubi desinit Antiphona. Sic in Officio semiduplici in primo Nocturno de Communi Confessoris ad primum Psalmum repeti non debet *Beatus vir*, neque in secundo Nocturno ad tertium Psalmum *Domine, Dominus noster*. Quamvis ad Tertiam, Sextam et Nonam in ℟℟. brevibus Officii SS. Nominis Jesu addantur *Alleluja*, non adjunguntur tamen ad Primam et Completorium. *Rubr. tit.* 28 *n.* 5. In Missa SS. Nominis Jesu omittenda est Sequentia *Lauda Sion* etc. *S. R. C.* 16 *Febr.* 1737. *in Mechlinien. ad* 9. Nihilominus apud nos retinetur ac legitur ex peculiari concessione.

III. Quando Festum SS. Nominis Jesu occurrit in Dominica Septuagesimæ, transfertur in diem 28 Januarii tamquam in sedem propriam (ne celebretur in

Quadragesima), translato quovis alio Festo, quod in eam diem incidat, nisi sit æqualis vel altioris ritus; quo casu Festum SS. Nominis transferetur in sequentem diem similiter non impeditam. *S. R. C.* 3 *Mart.* 1761 *in Aquen. ad* 1, 27 *Mart.* 1773 *in una Ord. Carmelitar. Excal. ad* 8 *et* 11 *Sept.* 1790 *in Barcinonen. ad* 1. Si vero Festum hoc transferri oporteat non quidem ob occursum Dominicæ Septuagesimæ, sed alia de causa, v. gr. ob occursum Festi principalis Patroni, Titularis etc., tunc transfertur, instar aliorum Festorum, in primam diem non impeditam juxta Rubricas, dummodo dies ejusmodi suppetat ante Quadragesimam; secus enim reponendum foret, ut supra, die 28 Januarii; quando autem in hanc ipsam diem 28 incidet Dominica privilegiata, quemadmodum eveniet anno 1866, de SS. Nomine fiet die insequenti, quamvis impedita Officio duplici minori. *S. R. C.* 22 *Maj.* 1841 *in Mechlinien. ad* 3 *et* 6 *Sept.* 1845 *in una Ord. Min. Reformatorum ad* 2. Post Septuagesimam in Officio et Missa SS. Nominis omittuntur *Alleluja.*

IV. Ubi de S. Felice M. Officium agitur novem Lectionum, 8 ℟. est *Domine prævenisti:* Missa vero *Lætabitur* de Communi, cum Orationibus propriis, ut in Missali hac ipsa die.

15. — I. In Capitulo *Beatus vir* de Communi Conf. non Pontificis, dicendum est *In pecunia et thesauris*, non *in* pecuniæ *thesauris. S. R. C.* 11 *Sept.* 1841 *in Namurcen. ad* 9. In Festo autem S. Pauli Conf. Hymno *Iste Confessor* adjiciuntur verba *Meruit supremos* etc., quia ipse obiit die 10 hujusce mensis: atque id præstandum, quotiescumque S. Confessoris Officium agitur extra sui obitus diem. *S. R. C.* 11 *Jun.* 1701 *in una Tertii Ord. S. Francisci ad* 5. Verumtamen si Festum transferatur a die obitus in diem immediate sequentem, ac saltem a Capitulo fiat de S. Confessore translato, tunc dicitur *Meruit beatas* etc. non modo in primis Vesperis, quæ recitantur die obitus, sed etiam in Matutino et in secundis Vesperis (*S. R. C.* 13 *Jun.* 1682 *in una Ord. Min. ad* 6); quia nimirum Officium continuari debet eo modo, quo incipit. Si porro de sequenti non fiat a Capitulo, sed

tantum commemoratio, in Matutino et in secundis Vesperis substituitur *Meruit supremos* etc. Rursum si Festum S. Confessoris Octavam habens non ultra Octavam transferatur, in Festo ac reliquis Octavæ diebus, qui supersunt, retinetur in Hymno *Meruit beatas* etc., quia tota Octava nihil aliud est, quam ipsius Festi extensio; id tamen semper intelligi oportet, si Festum, quod transfertur, *Meruit beatas* sibi vindicet, non autem si ex se agatur extra diem obitus, ut Festum S. Dominici. *Rubr. pecul. n.* 160 *et* 161, *S. R. C.* 2 *Sept.* 1741 *in Aquen. ad* 8 *et Caval. to.* 2 *c.* 39 *d.* 3. Ratio porro computandi diem natalem Sanctorum triplex est, nempe a primis ad secundas Vesperas, a solis occasu ad solis occasum, et a media nocte ad mediam noctem, adeo ut qui e vita migravit v. gr. die prima Aprilis post horam vespertinam, vel post solis occasum, aut post mediam noctem, ejus natalis consignandus non sit die 1, sed 2 Aprilis. Verum quum nostrum minime sit natalem diem Sanctis præscribere, sed Sedis Apostolicæ; idcirco quamcumque ex præfatis rationibus hæc secuta fuerit, dies, quam pro natali eadem S. Sedes præstituerit, natalis erit censenda, in eaque dicendum *Meruit beatas*, non vero sequenti etc., nisi translatio fiat juxta superius dicta. *Caval. to.* 2 *c.* 39 *d.* 2 *n.* 4.

II. Lectiones primi Nocturni in Officio S. Pauli Conf., sicuti et in omnibus Festis duplicibus minoribus et semiduplicibus, sumuntur semper de Scriptura occurrente, nisi aliquod Scripturæ Initium, aut Initii vim habens, reponendum sit, vel Scripturæ Lectiones desint, ut in Quadragesima, Quatuor Temporibus etc., vel speciale adsit Indultum. In 1.° enim casu Lectiones primi Nocturni erunt de dicto Initio vel Initii vim habente. *Rubr. gen. tit.* 26 *n.* 6 *et pecul. n.* 183. In 2.° casu (si reponi minime oporteat Initium hujusmodi) sumentur de Communi. An autem (Breviario silente) accipiendæ sint ex primo vel secundo loco, regula in promptu erit ex Lectionibus tertii Nocturni. *Vide supra c.* 2 *n.* 29. In 3.° denique casu, erunt propriæ vel de Communi juxta peculiarem concessionem. *S. R. C.* 27 *Aug.* 1836 *in Minoricen. ad* 6. Hisce adjungenda sunt Festa, quæ habent

℟℟. propria Lectionum, et nonnullorum Ss. Doctorum, in quorum Officio (ut suis locis annotabitur) non leguntur Lectiones de Scriptura occurrente, sed de Communi. *S. R. C.* 19 *Sept.* 1801 *in Valentina ad* 3 *et* 27 *Aug.* 1836 *in Minoricen. ad* 10. *Consule etiam infra notanda post Epiph. n.* 10 *et seqq.*

III. Si Officium S. Pauli Conf. transferatur in diem, quæ careat nona Lectione de Simplici, tunc nona Lectio (si ibi desit) recitatur ex Festo S. Mathiæ Apostoli 24 Februarii *Quod est fastigium.* Item si aliqua de causa celebrari contingat Missam S. Mauri Abbatis, ipsa sumetur ex Communi Abbatum, cum Orationibus ut in Missali hac die.

IV. In Missa Festi S. Pauli dicitur *Gloria in excelsis*, cui semper locus est in Missis Festorum vel Feriarum, cum in Officio dictus est Hymnus *Te Deum.* Excipitur nihilominus Missa Feriæ V in Cœna Domini et Sabbati sancti, in qua *Gloria in excelsis* recitatur, quamvis in Officio omissum fuerit *Te Deum* etc. *Rubr. tit.* 8 *n.* 3. Rursum excipitur Missa Feriæ tertiæ Rogationum, in qua e converso non dicitur *Gloria in excelsis*, tametsi in Officio adsit *Te Deum.* Tandem omittitur *Gloria* in Missa Vigiliæ vel Feriæ Quatuor Temporum aut secundæ Rogationum (vel Quadragesimæ, apud Privilegiatos) incidentis infra aliquam Octavam, etiamsi in Officio recitetur *Te Deum*, quippe cum in hoc casu Officium non agatur de Vigilia aut Feria, sed de die infra Octavam.

16. — I. Responsorium *Hæc est vera Fraternitas* permissum est utentibus nostro Franciscano Breviario in Officio plurium Martyrum Fratrum, licet hi non fuerint Fratres secundum carnem, sed tantum in nostræ Religionis Instituto, ex peculiari Rubrica n. 196 a S. Sede approbata. *S. R. C.* 22 *Aug.* 1818 *in Hispalen. ad* 1. Ab aliis vero qui simili privilegio careant dici nequit præfatum ℟., nisi in Officio plurimorum Martyrum Fratrum secundum carnem. *S. R. C.* 13 *Mart.* 1804 *in una Ord. Clericor. Min. ad* 5. Recitandum tamen est, etiamsi fiat simul de aliis non fratribus, dummodo martyres fratres numero excedant non fratres. *Guyetus lib.* 3 *c.* 11 *q.* 3. Si vero tam martyres fratres quam non fra-

tres sint numero pares, legendum pariter est, si de fratribus potissimum agatur Officium; secus erit omittendum. De iis autem censetur potissimum Officium agi, qui primo loco designantur in Festo. *Caval. to.* 2 *c.* 34 *d.* 24 *n.* 5. Præfatum ℟. in Officio (etiam simplici) plurium Martyrum semper locum habet extra tempus Paschale, etsi Officio eidem, eo quod Paschali tempore occurrat, ℟. illud in Breviario non fuerit assignatum. *Rubr. pecul. n.* 196 *et Caval. l. cit.*

II. In Missis Sanctorum ritus duplicis primæ vel secundæ classis nostri Seraphici Ordinis dicitur *Credo* ex antiquissima consuetudine et ex peculiari præscripto nostri Missalis anni 1844 et 1864 a S. R. C. approbati. In Missis enim Sanctorum Martyrum, Confessorum (non Doctorum), Virginum et non Virginum, *Credo* est omittendum, nisi sint principales Patroni Locorum (non item si forent minus principales. *S. R. C.* 2 *Dec.* 1684 *in Beneventana ad* 4 *et* 15 *Sept.* 1691 *in Lycien.*); vel Titulares Ecclesiarum, aut Fundatores Religiosorum Ordinum respective, quo tamen casu dicitur dumtaxat in eorum Festo primario et per Octavam; vel nisi in Ecclesia asserventur Reliquiæ ipsorum insignes (tum quippe *Credo* recitatur quoque in Festo secundario. *S. R. C.* 11 *Maj.* 1743 *in Senen. ad* 6 *et* 11 *Apr.* 1840 *in Barchinonen. ad* 2), aut occurrant in Dominica vel infra Octavas *Credo* exposcentes. *Rubr. tit.* 11 *et S. R. C.* 19 *Jun.* 1700 *in Curien. ad* 7 *et* 8, 22 *Aug.* 1744 *in Cracovien. ad* 10, 12 *Mart.* 1836 *in una Dubior. ad* 3 *et* 22 *Jul.* 1848 *in una pariter Dubior. ad* 3. *Vide etiam c.* 2 *n.* 29 *in fine et n.* 35 *ac diem* 24 *Junii n. II.* — Quando vero *Credo* locum habet, in Missa cum cantu, sive cum sacris Ministris sive non, est illud integre canendum quamvis intermisceatur Organum. *S. R. C.* 10 *Mart.* 1657 *in Saguntina ad* 3 *et* 7 *Sept.* 1861 *in una S. Marci et Bisinianen. ad* 16. — Si accidat ut Sacerdos pergat ad celebrandum, vel post Missam ad Sacristiam redeat dum a Choro decantatur ℣. Symboli *Et incarnatus*, non tenetur genuflectere. *S. R. C.* 13 *Jun.* 1671 *in Angelopolitana ad* 4.

18. — I. Si Officia Cathedræ S. Petri et Conversionis

S. Pauli transferantur et simul concurrant, ita ut fieri debeat a Capitulo de Conversione, commemoratio S. Petri erit de istius secundis Vesperis, nempe *Dum esset* ỹ. *Elegit.*

II. Si Officium Cathedræ in diem transferatur non habentem nonam Lectionem de Simplici, tunc octava Lectio desinit ad verba *Primus agnosceret*, nona vero inchoatur *O in nuncupatione* etc. *Rubr. hic.* Si hoc idem Officium transferri contingat ad tempus Paschale, celebrandum erit ut alias (quum non sit de Communi Apostolorum), ritu tamen Paschali.

III. Ubi Cathedra S. Petri agitur cum Octava, etiamsi de die infra Octavam non fiat Officium, sed sola commemoratio, seorsim nihilominus adjungenda est commemoratio S. Pauli uti die Festi, non vero unica utrique communis est peragenda per Antiphonam *Petrus Apostolus* etc. *Rubr. pecul. n.* 66 *et Caval. to.* 2 *c.* 32 *d.* 4 *n.* 6.

IV. Si aliqua de causa legenda sit Missa S. Priscæ, sumetur hæc de Communi Virginis et Martyris, nempe *Me expectaverunt* cum Orationibus propriis, ut in Missali hac ipsa die.

9. — I. Festum S. Canuti Martyris apud nos est semiduplex ex præcepto. *Rubr. pecul. n.* 36. Quare si inciderit in Dominicam Septuagesimæ, illudque ad ritum simplicem redigi oporteat, Oratio Secreta pro ejus commemoratione erit *Accepta* ex Missa *Lætabitur*. In Ecclesia universali est semiduplex ad libitum; pro Officiis porro hujusce generis, confer c. 4 n. 15. — Si aliqua de causa celebretur Missa Ss. Marii et Sociorum Martyrum, ipsa adest propria.

II. In semiduplicibus extra Octavas tam in Laudibus quam in Vesperis dicuntur Suffragia Sanctorum ab Octava Epiphaniæ usque ad Dominicam Passionis, et ab Octava Pentecostes usque ad Adventum. *Rubr. tit.* 35 *n.* 1. De S. Maria usque ad Purificationem adhibetur ỹ. *Post partum*, Oratio *Deus qui salutis*, et apud nos pro S. P. N. Francisco ỹ. *Ora pro nobis* etc.

III. Suffragiis Sanctorum communibus adjungenda omnino est commemoratio S. Titularis propriæ Ecclesiæ (*S. R. C.* 1 *Sept.* 1607 *in una Theatinor. ad* 2 *et*

17 *Jun.* 1843 *in una Ord. Excalc. SS. Trinitatis ad* 1), quam quis habeat vel ratione Chori cui sit addictus etc. ut supra c. 2 n. 17 declaratum est. A Clero Regulari additur quoque commemoratio S. Fundatoris. *S. R. C.* 7 *Maj.* 1853 *in una Congreg. SS. Redemptoris ad* 1: a Clero autem Sæculari de S. Patrono principali, et inter principales de magis principali tum Diœcesis tum particularis Loci, si habeatur. *S. R. C.* 27 *Febr.* 1847 *in Tarentin.* Commemorationes istæ fiunt juxta ipsarum dignitatem, hoc ordine: 1.° De Divinis Personis et Mysteriis. 2.° De B. M. Virgine. 3.° De Angelis. 4.° De S. Joanne Baptista. 5.° De S. Joseph Sponso B. M. Virginis. 6.° De Ss. Apostolis et Evangelistis. 7.° De aliis. Si agenda sit commemoratio tam Crucis, quam SS. Salvatoris, commemoratio de Cruce, etiam extra Officium feriale, debet fieri ante alteram SS. Salvatoris. *S. R. C.* 25 *Sept.* 1853 *in una Basilicæ Lateran. ad* 1. Si S. Titularis vel Patronus sit Apostolus, alius a Ss. Petro et Paulo, post hos locum habet illius commemoratio. *S. R. C.* 28 *Sept.* 1675 *in Compostellana ad* 1. Si vero inter Ss. Titularem et Patronum æqualis effulgeat vel nulla insignis dignitas, prius agitur illius commemoratio, cui si ambo eadem die occurrerent, prælatio foret tribuenda. *Rubr. pecul. n.* 209.

IV. Pro sanctæ Crucis Titulo nullum aliud Suffragium persolvendum est præter ordinarium, nempe *Per signum Crucis* etc. *S. R. C.* 30 *Mart.* 1621 *in una Dubiorum.* Pro Suffragio Spiritus sancti tam in Vesperis quam in Laudibus recitatur Antiphona *Veni sancte Spiritus, reple,* ℣. *Emitte Spiritum,* Oratio *Deus qui corda Fidelium* etc. *Guyetus lib.* 3 *c.* 17 *q.* 7. Suffragium de S. Maria sub quocumque Titulo persolvitur per Antiphonam consuetam *Sancta Maria succurre miseris* etc. *S. R. C.* 23 *Apr.* 1695 *in Fossanen. ad* 2. Consuetum pariter adhibetur Suffragium Ss. Apostolorum Petri et Pauli in Ecclesiis, quarum uterque vel alteruter, licet quapiam peculiari ratione (puta S. Petri ad Vincula, Conversionis S. Pauli etc.), Titularis est. *Rubr. pecul. n.* 212 *et Gav. sect.* 5 *c.* 18 *n.* 7. Idipsum dictum esto apud nos de Suffragio S. P. N. Francisci in Ecclesiis in ejus honorem, ipsiusve

sacrorum Stigmatum Deo dicatis. *Rubr. pecul. n. cit.* Quoad alios Titulares Suffragium sumitur ex Laudibus et secundis Vesperis Officii proprii, si habeatur; omisso tamen semper in ℣. *Alleluja*, si adsit, et in Antiphona, quoties additum reperitur ratione temporis Paschalis vel solemnitatis; non item si additum sit, quia Antiphona ipsa gaudium, victoriam vel similia exprimit. *S. R. C.* 29 *Nov.* 1738 *in Carthaginen. ad* 4. Omittendum est insuper verbum *Hodie* vel simile ubicumque occurrit, et in Oratione vox *Natalitia, Solemnitas, Festivitas* etc. mutanda in vocem *Commemoratio* vel *Memoria*. Sic ex. gr. accomodabitur prima Oratio Confessoris non Pontificis: *Deus, qui nos beati N. Confessoris tui commemoratione lætificas, concede propitius, ut cujus memoriam colimus* etc. In Orationibus Ss. Venantii et Apollinaris omittitur verbum *Hunc*, in altera vero S. Leonis II Papæ et Conf. pro *Commemorationis Festa*, substituitur *Commemorationem*. Ac ita in similibus. Minime est incongruum dicere: *Deus qui præsentem diem honorabilem nobis in B. Joannis commemoratione fecisti* etc.; ac item: *Qui venerandam sanctamque lætitiam in B. Bartholomæi commemoratione tribuisti* etc., et hisce similia, neque enim falsa enuntiantur. *Gav. sect.* 5 *c.* 18 *n.* 10. At si Oratio propria dictis vel similibus modis nequeat accommodari, sumetur alia de Communi. Idipsum præstetur quoad Antiphonam. Jam vero si Officium proprium non suppetat, commemoratio præfata agitur per Antiphonam et ℣. de congruente Communi, pro Laudibus quidem ex Laudibus, pro Vesperis autem ex secundis Vesperis. Ac si Antiphona varianda sit ob occurrentiam Officii ejusdem qualitatis, tunc in Laudibus accipitur ex secundis Vesperis, in Vesperis autem ex Laudibus, et utrobique cum ℣. ex primis Vesperis. In casu autem quo ejusmodi Antiphonæ et ℣℣. jam ante fuerint adhibiti, tunc servabitur ordo traditus c. 6. n. 10.

V. Quando fit Officium vel Commemoratio S. Patroni vel Titularis, tunc ejus Suffragium prætermitti necesse est, ne bis de eodem agatur. *Rubr. pecul. n.* 213. Non omittitur tamen Suffragium B. M. V. ubi est Patrona vel Titularis, tametsi dicatur ejus Officium parvum. *S.*

R. C. 16 *Febr.* 1781 *in una Ord. Carmelitarum Excal. ad* 21 *et Rubr.pecul n.* 211.

VI. Preces Dominicales ad Primam et Completorium semper recitantur in semiduplicibus extra Octavam, si modo excipias Vigiliam Epiphaniæ et Feriam sextam ac Sabbatum post Octavam Ascensionis. *Rubr. tit.* 34 *n.* 2. *Confer etiam notanda a Pentecoste ad Adventum n.* 6.

20. — Ubi S. Sebastianus Martyr est principalis Patronus vel Titularis, ejus Officium persolvitur seorsim a S. Fabiano. Lectiones primi Nocturni erunt *Fratres debitores*, Missa *In virtute* etc. *S. R. C.* 13 *Aug.* 1695 *in Monopolitana.* Quoad reliqua consule c. 2 n. 26, 27, 29 et 30.

21. — I. Si aliqua de causa integras recitari contigerit primas Vesperas S. Agnetis, dicuntur Antiphonæ de Laudibus, Psalmi de Dominica, et loco ultimi Ps. *Laudate Dominum omnes Gentes* etc. *Rubr. hic.*

II. In prima Antiphona Laudum S. Agnetis non licet addere etiam claritatis gratia, *in sui custodiam*, sic illam efferendo: *Ingressa Agnes turpitudinis locum, Angelum Domini* in sui custodiam *præparatum invenit;* sed illa plane legenda est uti jacet in Breviario Romano. *S. R. C.* 27 *Febr.* 1847 *in Aurien. ad* 1.

III. Si Festum S. Agnetis ad tempus Paschale transferatur, in Missa post Epistolam ℣℣. cum *Alleluja* sumuntur ex Missa *Loquebar* de Communi.

22. — I. Apud Hispanos in Missa S. Vincentii Martyris dicitur *Credo* ex privilegio. *S. R. C.* 27 *Aug.* 1836 *in Minoricen. ad* 1.

II. Ubi S. Vincentius M. non est principalis Patronus vel Titularis, minime sejungitur a S. Anastasio, nisi speciale suppetat Indultum. Quo casu Missa pro S. Anastasio erit *In virtute* de Communi cum Evangelio *Si quis venit* etc. *S. R. C.* 27 *Aug.* 1836 *in Minoricen. ad* 2. Quoad reliqua vide c. 2 n. 26, 27, 29 et 30.

23. — I. Festum Desponsationis B. M. V. inter primaria connumeratur. — In eo haud fit commemoratio S. Joseph Sponsi ejusdem B. M. V., nisi ubi specialiter est concessa. *S. R. C.* 16 *Febr.* 1737 *in Mechlinien. ad* 3. Quo casu hæc semper agitur immediate post Orationem

Festi Desponsationis, ac sumitur ex Festo 19 Martii; sed in Missa ad Orationem Secretam vocabulo *Festivitatem*, substituitur *Commemorationem*.

II. Si Festum Desponsationis in diem transferatur carentem nona Lectione de Simplici, tum vero octava Lectio desinit ad verbum *Ostendit*, nona ita inchoatur *Joseph autem. Rubr. hic.*

III. In Festis omnibus itemque per Octavas B. M. V. sub finem Hymnorum dicitur *Jesu tibi sit gloria qui natus* etc., exceptis Festis VII Dolorum mense Septembri, necnon Expectationis Partus, in quibus nimirum (uti ibi adnotabitur) diversa usurpatur conclusio. Ad primam stropham Hymni *Ave maris stella* genuflectitur.

IV. Conclusio propria adhibenda ad singulas horas, omittitur nihilominus sequentibus in casibus. Ad Vesperas nempe, 1.° In Hymno Officii sequentis vel præcedentis, vel utriusque, qui metro discrepet, ut Hymnus ex. gr. *Ave maris stella*, *Iste Confessor* etc. respectu conclusionis *Jesu tibi sit gloria qui natus*, aut alterius simili metro. 2.° In Hymno Officii ejusdem, alterutrius vel utriusque, qui suam habeat conclusionem propriam. Illi autem Hymni propriam dicuntur conclusionem obtinere, qui in fine minime prædicant Trinitatis gloriam, ut Hymnus Matutini plurimorum Martyrum, aut præter gloriam Trinitatis aliquid aliud exprimunt, ut Hymnus Vesperarum S. Crucis. *Gav. sect.* 5 *c.* 6 *n.* 13 *et Tetamus ubi de Dom. in Albis.* 3.° In Hymno demum sequentis Officii, si hoc ejusmodi sit, ut Officii propria conclusione præditi in iisdem Vesperis commemorationem excludat. Ad Completorium porro omittitur in hoc tertio casu; ac præterea in casu secundo, cum conclusio propria Officii, cujus ibi fit mentio, dicenda est ad omnes horas, dummodo Officium illud Vesperas habuerit integras, vel saltem potiorem earum partem, scilicet a Capitulo. Rursum conclusio, quæ ratione Octavæ vel Temporis usurpanda est ad horas singulas, omittitur et ipsa semper in Hymno seu Hymnis Officii occurrentis et concurrentis in primo et secundo ex casibus supradictis. At si Officium occurrens potiatur pariter conclusione propria ad omnes horas; ac die, quæ Officium

illud præcedit vel sequitur, Officium aliud agatur hujusmodi conclusione carens; tum vero non Temporis neque Octavæ, sed Officii prædicti propria conclusio usurpabitur in Vesperis et Completorio, dummodo Officium illud in iisdem Vesperis saltem commemorationem sibi vindicet, neque huic Temporis vel Octavæ commemoratio antecedat; quarum conditionum si desit alterutra, Temporis vel Octavæ adhibebitur conclusio. Ubi vero duæ simul Octavæ occurrant, in Officiis Festorum et Dominicæ infra illas incidentibus, conclusioni Octavæ illius locus erit, de qua, Festi vel Dominicæ impedimento cessante, Officium foret celebrandum. Denique in occursu Octavæ seu Octavarum cum Tempore, non communi conclusione Temporis utendum est in Officio sive Festi sive Dominicæ, quod infra illam seu illas fiat; sed conclusione propria ipsius Octavæ, seu Octavarum (ut paullo ante explicuimus) alterutrius. Ceterum extra casus antedictos conclusio Octavæ aut Temporis semper locum obtinet, etiamsi in Officio occurrente vel concurrente nulla commemoratio Octavæ vel Temporis agi queat; dummodo tamen, quoad Octavam, ejus commemorationem minime prætermitti oporteat ratione illius temporis, quo adveniente, cessant Octavæ, et cœptæ interrumpuntur. *Rubr. pecul. n.* 162 *et seqq. et S. R. C.* 5 *Maj.* 1736 *in Einsidlen. ad* 12, 29 *Nov.* 1755 *in Varmien. ad* 2 *et* 23 *Maj.* 1836 *in Namurcen. ad* 9 *ac Gav. sect.* 5 *c.* 6 *n.* 15. Hic advertendum est propria Hymnorum conclusione ad omnes Horas utendum esse, tantummodo in Festis (et per Octavas) Domini nostri Jesu Christi (exceptis fere illis omnibus, in quorum Missa legitur Præfatio de Cruce) et B. M. Virginis; non autem in Festis Sanctorum. *S. R. C.* 12 *Nov.* 1831 *in una Marsorum ad* 57.

V. Rursum in cunctis Festis et per Octavas B. M. V. ad Primam in ℟. brevi dicitur ℣. *Qui natus* etc., si quidem Festa excipias VII Dolorum et Expectationis Partus, in quibus (ut ibi adnotabitur) est diversus. Quæ superius n. IV de propriis Hymnorum conclusionibus præscripta sunt, ea pariter dicta sunto de propriis ℣℣. Responsorii brevis ad Primam. *Rubr. pecul. n.* 198.

VI. Si aliqua de causa celebranda sit Missa S. Emerentianæ, illa sumitur de Communi Virginis et Martyris, quæ incipit *Me expectaverunt.*

4. — I. Officium S. Timothei Episcopi et Martyris persolvitur sub ritu duplici minori ex Decreto Urbis et Orbis diei 18 Maji 1854.

II. Si Officium hoc transferatur ad tempus Paschale, in Missa *Protexisti* legenda est Epistola *Sectare justitiam*, ut in Missali hac ipsa die.

5. — I. In Officio Conversionis S. Pauli ad 8 benedictionem non dicitur *Cujus Conversionem colimus*, sed more solito *Cujus Festum colimus*. Idque præstandum quoque est in Officiis Inventionis, Translationis, Conceptionis, Stigmatum et votivis. *S. R. C.* 13 *Febr.* 1666 *in una Romana.* Si Festum Conversionis prædictæ agatur in Dominica, ex Lectionibus 8 et 9 una conficitur.

II. Commemoratio S. Petri fit semper immediate post Orationem S. Pauli; et ubi hujus Conversio celebratur cum Octava, ibi illius quoque seorsim semper agitur commemoratio. *Recole c.* 6 *n.* 11 *et* 13.

III. Si aliquando Festum Conversionis S. Pauli transferatur ad tempus Paschale, tum ℣℣. Nocturnorum, Hymnus Laudum et ℟℟. brevia Horarum sumenda videntur de Communi Apostolorum Paschali tempore. In Missa autem legentur ℣℣. post Epistolam ex Missa S. Marci 25 Aprilis.

6. — I. Officium S. Polycarpi Ep. et M. est persolvendum sub ritu duplici minori, ex Decreto Urbis et Orbis diei 18 Maj. 1854.

II. Si Officium hoc transferri contigerit ad tempus Paschale, in Missa *Protexisti* necesse erit Epistolam et Evangelium sumi ex Missa hodierna, utpote propria.

7. — I. In Antiphona ad *Magnificat* (et Oratione) S. Joannis Chrysostomi ad nomen *Joannes* adjungi oportet vocem *Chrysostome*, quippe cum non sit cognomen, sed veluti pronomen miram exprimens disserendi facultatem ac vim, nec non plane singularem suadendi efficaciam, qua sanctus Doctor a Deo insigniter ditatus est. *S. R. C.* 5 *Mart.* 1825 *Decreto generali.*

II. In Festo S. Joannis Chrysostomi, sicubi in Quadra-

gesima occurrat, petuntur Lectiones primi Nocturni e Communi Doctorum. *S. R. C.* 5 *Maj.* 1736 *in Einsidlen.*

28. — I. Hæc dies 28 (extra Ordinem nostrum) relinquenda est vacua a perpetua cujusvis Officii assignatione, ut nimirum in ea queat reponi Festum SS. Nominis Jesu, si quando incidat in Dominicam Septuagesimæ. *S. R. C.* 5 *Maj.* 1736 *in Einsidlen. et* 31 *Mart.* 1821 *in una Congreg. SS. Redemptoris ad* 7. Hac quoque die reponendnm est, ubi celebratur Octava privilegiata Conversionis S. Pauli quamvis cum clausula de *nullo* etc. *S. R. C.* 6 *Sept.* 1845 *in Meliten. ad* 3. Porro si qua dies Octava simul incidat cum Festo SS. Nominis translato in diem hanc ob occursum ut supra, idem Festum ex Rubricæ præscripto peragi opus est cum diei Octavæ commemoratione. *S. R. C. Decr. cit.*

II. Ubi hodie agitur Officium simplex S. Agnetis secundo, ad Matutinum dicitur Invitatorium cum Hymno de Communi Virginis et Martyris, Nocturnum Feriæ currentis, prima et secunda Lectio de Scriptura occurrente, tertia propria ut in Breviario hac ipsa die, ℣. et duo ℟℟. ex Nocturnis Festi principalis die 21 hujusce mensis, eo ordine, quem præscribit Rubrica gener. tit. 27 n. 4. Ad Laudes, et per horas, omnia ut in principali Festo persolvuntur, præter Orationem, quæ diversa est ac propria; dehinc post Nonam nihil fit ultra de hoc Festo, juxta Rubricam generalem de Festis simplicibus tit. 3.

III. Ubi hodie recitatur Officium de Octava S. Agnetis omnia leguntur ut in Festo, excepta Antiphona ad *Magnificat* in primis Vesperis, Oratione et Missa, quæ sunt S. Agnetis secundo. Lectiones primi Nocturni sunt de Scriptura occurrente, in secundo prima est propria ut in Breviario hac ipsa die, duæ reliquæ de Communi Virg. 2 loco, in tertio sumuntur ex Communi nec Virginis nec Martyris, ut Homilia concordet cum Evangelio Missæ. *Confer Gav. sect.* 7 *c.* 3.

IV. Si alicubi Festum primarium S. Agnetis sive perpetuo, sive per accidens reponi contingat post diem hanc 28, qua nimirum Festum agitur S. Agnetis secundo; de Festo hoc secundario fit ut alibi, nullo sci-

licet ad id respectu habito, quod Festum primarium necdum fuerit celebratum. *S. R. C.* 5 *Maj.* 1736 *in Einsidlen.* Si vero quandoque contingeret, primarium Festum S. Agnetis per accidens tantum alicubi transferri, et hæc dies 28 impedita non foret, in hac, ceu in prima non impedita, esset reponendum. In hujusmodi casu totum Officium persolvitur ut in priori Festo, nec quippiam fit de Festo S. Agnetis secundo. *Caval. to.* 1 *c.* 9 *d.* 12 *n.* 34.

V. Si in Festo cujuspiam Beati Conf. Pontificis legenda sit Missa *Sacerdotes tui* de Communi secundo loco (uti hodie apud nos), in Secreta non *Sancti* sed pronunciatur vox *Beati*. *S. R. C.* 7 *Sept.* 1816 *in Tudent. ad* 32.

I. — Indulgentia plenaria in Festo B. Ludovicæ usque ad annum 1862 per vices impetrari consuevit ad tempus; sed enim singulari SS. D. N. Pii Papæ IX beneficio, modo in perpetuum concessa est per Breve diei 8 Augusti 1862.

ANNOTANDA

IN DOMINICAS ET FERIAS POST EPIPHANIAM

1. Dominicæ post Epiphaniam usque ad Septuagesinam esse possunt sex, vel minimum una.

2. De Dominica secunda post Epiphaniam semper Officium agitur vel saltem commemoratio ante Septuagesiam. Idcirco quando Septuagesima incidit in Dominicam ecundam, tunc Sabbato antecedenti, si non impediatur esto duplici vel semiduplici occurrente et de præcepto, t de Dominica secunda post Epiphaniam. Sin vero ita erit impeditum, de hac Dominica agendum erit prima e post Octavam Epiphaniæ, in qua non occurrat Festum iplex; semiduplex autem in eam incidens transferetur diem proxime liberam. *Rubr. Brev. et Missal. hic.* ›c tamen jus removendi semiduplex de præcepto reci-

tandum sola sibi vindicat Dominica hæc secunda, non item aliæ Dominicæ similiter anticipandæ; istæ enim translatis quoque semiduplicibus cedunt. *Rubr. gener. tit.* 4 *n.* 4 *et pecul. n.* 36.

3. Agetur porro de Dominica secunda hoc modo: Officium erit de Feria occurrente ut in Psalterio, Absolutio et Benedictiones ut infra n. 13, tres Lectiones de Homilia Dominicæ secundæ post Epiphaniam cum tribus ℞℞. primi Nocturni Dominicæ ejusdem, sine *Te Deum*. Ad Laudes et per Horas leguntur omnia ut in Officio feriali, sed Antiphona ad *Benedictus* et Oratio propriæ erunt Dominicæ secundæ; commemoratio fiet Simplicis si occurrat (sine ejus Lectione), adjungentur Suffragia Sanctorum, præmissa Crucis commemoratione, ac stando dicentur ad Primam preces Dominicales. Hoc Officium incipit a Matutino et absolvitur ad Nonam, adinstar cujuscumque alterius Officii ferialis per annum, ideoque nihil de eo locum habet in Vesperis. In Choro recitabitur Officium parvum B. M. V., et pro prima die Mensis Officium Defunctorum. *Vide superius c.* 7 *n.* 2 *et* 5. Missa erit de Dominica secunda post Epiphaniam, sine *Gloria* et absque *Credo*, 2 Oratio *Fidelium* pro Defunctis (ob primam diem Mensis non impeditam), 3 de Simplici si occurrat, aliter *Deus qui salutis;* Præfatio Communis, ac in fine *Benedicamus Domino;* color viridis. Duæ celebrandæ sunt Missæ Conventuales, altera de Dominica, ut supra, post Sextam, sine commemoratione pro Defunctis, sed cum tribus Orationibus ut ibi, nisi occurrat Simplex, quo casu 2 Oratio erit de ipso, 3 *Deus qui salutis:* altera de Requie ut in Quotidianis, post Laudes vel post Primam. — Hic juverit advertere, quoties agitur de aliqua Dominica anticipata Missas privatas non prohiberi votivas et Defunctorum.

4. Si alicubi prima dies post Octavam Epiphaniæ, non impedita Festo duplici, sit dies infra Octavam quampiam particularem, de Dominica secunda post Epiph. agendum erit die ipsa infra Octavam (modo supradicto n. præcedenti) quamvis in alia ex sequentibus diebus occurrat semiduplex. De Octava vero nihil ea die prorsus fit nec in Laudibus nec in Missa, quemadmodum contingit, si quando in aliquam diem infra Octavam incidat Feria IV Cinerum

quapropter dicenda erunt Suffragia et Præfatio Communis, nec non adhibendus color viridis etc. ut alibi. *S. R. C. 27 Mart.* 1823 *in Panormitana.* Sed enim ubi dies infra Octavam particularem incidat in Sabbatum ante Septuagesimam, simulque post Octavam Epiphaniæ occurrat dies altera infra Octavam, vel etiam semiduplex, tum vero Officium Dominicæ secundæ post Epiphaniam non videtur Sabbato illo esse persolvendum, sed die proxima post Octavam Epiphaniæ, quæ Festo duplici minime impediatur. Rubrica enim statuit, ut sicubi Sabbatum impediatur Festo novem Lectionum, Officium præfatæ Dominicæ peragatur prima die post Octavam Epiphaniæ non impedita Festo duplici; atqui ex Rubricarum sensu Sabbatum ita impeditum censetur, si forte in illud incidat Officium diei infra Octavam, quod nimirum novem Lectionum est, itemque Festi rationem obtinet, quippe cum Festi principalis continuatio sit, ac veluti unum idemque cum illo existimetur: Officium igitur Dominicæ secundæ tum videtur haud posse persolvi in Sabbato ante Septuagesimam, sed die proxima post Octavam Epiphaniæ, quam Festum duplex non impediat. *Caval. to.* 2 *c.* 14 *d.* 2 *n.* 72. Nihilominus si dies infra Octavam vel semiduplex incideret tantummodo in Sabbatum, tum sane opus esset ut Officium Dominicæ secundæ in illo ageretur.

5. At si tota Hebdomada Festis impediatur duplicibus occurrentibus, profecto in Sabbato ante Septuagesimam, etsi celebretur Festum duplex primæ classis, legenda erit 9 Lectio de homilia Dominicæ secundæ, cujus quoque fiet commemoratio in Laudibus (per Antiphonam et Orationem propriam ac ℣. *Repleti*) nec non in Missa etiam solemni cum Dominicæ Evangelio in fine. *S. R. C.* 4. *Sept.* 1745 *in Aquen. ad* 6 *et* 17 *Sept.* 1853 *in Urgellen.* In hoc tamen casu nequaquam dicendæ sunt binæ Missæ Conventuales, quemadmodum nunquam celebrantur in Dominicis Festo duplici impeditis. *Caval. to.* 2 *c.* 14 *d.* 2. *n.* 22.

6. Reliquæ Dominicæ, nempe tertia, quarta, quinta et sexta si locum non habent post Epiphaniam ante Septuagesimam, transferuntur post Pentecosten. Si porro neque post Pentecosten alicui earum remaneat locus, tunc illius quæ superest Officium agitur in Sabbato, quod proxime

Dominicam Septuagesimæ antecedet, nisi impediatur F novem Lectionum de præcepto (quoad Festa ad libi consule c. 4 n. 15) duplici vel semiduplici occur vel translato aut aliqua Octava. At enim si ita imp tur, Officium Dominicæ prædictæ in alia persolvetur cedenti Feria eidem Sabbato magis propinqua, puta s quinta etc., quæ non fuerit similiter impedita. *Rubr. n.* 4 *et* 5. Jam vero de Dominica anticipanda eo agetur quem exposuimus n. 3 ; ac si ipsa Dominic beat quidem ℟℟. propria ad Lectiones, sed hæc jam fuerint recitata, tunc ℟℟. haurientur e Feria occur in Sabbato autem ex Feria quarta. *Rubr. tit.* 27 *n.* Si pridie ejus diei, qua Officium Dominicæ anticipan persolvendum, actum sit de Feria, aut de Festo si et una cum Officio Dominicæ aliquod Festum simp currat, Vesperæ erunt de Feria currenti cum com ratione sequentis Simplicis. Ipsæ enim nequeunt e Simplici præcedenti, quia ejus Officium desiit ad N nec de Dominica anticipanda, quia ejus Officium a Matutino : nec denique de sequenti Simplici, q postera caret Officio, ideoque et primis Vesperis necesse est ; erunt igitur de Feria, cujus Officium terius defunctum semper substituitur. *Rubr. tit.* 1 *et Caval. to.* 2 *c.* 14 *d.* 2 *n.* 14.

7. Sicubi tota Hebdomada impedita sit Festis Lectionum, ut supra n. 6, tunc in Sabbato ante Se simam, legenda erit 9 Lectio homiliæ et peragen memoratio Dominicæ anticipandæ uti explicavimus i si in eodem Sabbato occurrat dies infra aliquam O legetur pariter 9 Lectio Dominicæ ejusque fiet com ratio ut paulo ante animadvertimus : sed Missæ s lemnis sive privatæ erunt de ipsa Dominica, non infra Octavam. Huic enim casui plane sunt appl quæ infra sub die 23 Februarii n. VII præcipien Vigilia vel Feria incidente infra Octavam ; id unu pe : scilicet opus est ut color indumentorum sit Octavæ conveniens.

8. Si anticipari Officium Dominicæ contingat in erunt observanda, quæ infra sub die 23 Februarii tradentur.

9. Quoties aliqua ex Dominicis post Epiphaniam anticipatur per solam commemorationem in Sabbato ante Septuagesimam, si Festum in illud Sabbatum incidens careat Lectionibus primi Nocturni tum propriis tum adsignatis de Communi, necesse est ut recitentur Lectiones Initii ex Dominica ipsa anticipata, nisi aliud eodem Sabbato Initium occurrat, hoc quippe legendum foret, alterum prætereundum. *S. R. C.* 28 *Mart.* 1775 *in una Urbis ad* 10 *et Rubr, pecul. n.* 195. Quoties vero Dominicæ anticipatæ Officium peragitur, si Feria, in qua ipsum reponitur, Initium exhibeat cujuspiam Libri seu Epistolæ, Initium istud minime transfertur post Dominicam anticipatam, sed, uti monet Cavalerius (*to.* 2 *c.* 14 *d.* 2 *n.* 33), diebus antecedentibus prælegendum est infra eamdem Hebdomadam, si locus adsit, secus omittendum. Post Officium enim Dominicæ anticipatæ jam nova incipit Hebdomada, in qua, juxta dicenda n. sequenti, non licet Initium reponere Hebdomadæ præteritæ; quare Officio hoc jam persoluto, omittitur Initium libri ipsius Dominicæ, ejusque libri lectio producitur Feriis insequentibus ejusdem Hebdomadæ. *Rubr. tit.* 26 *n.* 8. Initio autem recitato, opus est ut deinceps Lectiones singulis Feriis respondeant, ut v. gr. si Dominicæ anticipatæ actum fuerit Officium Feria secunda, Initium pro ea Dominica ponetur Feria tertia, deinde Feria quarta legentur Lectiones in ipsa Feria quarta occurrentes, ac ita porro in sequentibus Feriis. Si vero infra Hebdomadam anticipatam plura incidant S. Scripturæ Initia, hæc legenda erunt, etiam simul, si oporteat, ac etiam die, quo ipsum recitatur Initium Dominicæ. At ubi cunctis deficiat locus, eo quod occurrant Festa cum Lectionibus primi Nocturni propriis vel adsignatis de Communi, Initia, quæ supersunt, illo anno sunt prætereunda; ea quippe extra propriam Hebdomadam non gaudent privilegio, ut etiam in Festo habente Lectiones primi Nocturni proprias vel de Communi assignatas queant reponi, quemadmodum infra n. 11 declarabitur.

10. Hic animadvertere est, Initia Librorum S. Scripturæ, sive occurrentia in Dominicis (si tantum anticipationem excipias Epistolæ alicujus Dominicæ post Epiphaniam, ut n. pæcedenti explicatum est, et Libri Esther ac

Historiæ Machabæorum, propria Hebdomada deficiente), sive occurrentia infra Hebdomadam, nullo unquam casu reponi posse vel ultra, vel citra limites Hebdomadarum, in quibus eorum Librorum lectio præstituta est. Dominicarum autem Initia debent prima die reponi non impedita (sed ante diem proxime sequentis Initii), qua nempe die agatur de Feria habente Lectiones Scripturæ in Proprio de Tempore, vel de Festo carente Lectionibus primi Nocturni propriis, ac de Communi assignatis, etiamsi dies, qua ejusmodi Festum agitur, sit una ex Feriis, quibus in Proprio de Tempore Lectiones dumtaxat de homilia præscribuntur. Hisce porro verbis *de Communi assignatis*, hoc loco et alibi intelligenda est assignatio facta vi Rubricarum, vel generalium aut peculiarium Decretorum S. Sedis; non item facta ratione occursus vel repositionis Festorum in Feriis solam Homiliam habentibus; quare intelligenda est assignatio absoluta, adeo ut quacumque anni die Festa eadem celebrentur, Lectiones illæ de Communi sint jugiter recitandæ. Jam vero si nulla dies pro Initio Dominicæ intra id spatium extet; alterum autem Initium occurrat intra eamdem Hebdomadam; tunc illud huic alteri jungatur, si hoc sua die legi potest. Sin minus, utrumque deinceps ponatur conjunctum prima die libera; quæ si deficiat, utrumque rursum Initio adjungatur proxime sequenti; sic ut Initiorum conjunctio hæc fiat, quotiescumque fieri potest, in aliqua die proxima; translato etiam Initio in hanc occurrente (ubi tria præcedentia Initia sint reponenda) in diem alteram non impeditam, vel conjuncto, si ea minime suppetat, cum proxime sequenti Initio etc., ut paulo ante declaratum est. At enim ubi ne hoc quidem pacto Dominicæ Initium reponi queat; tum vero illud collocari opus est in Festo habente Lectiones proprias vel de Communi assignatas, utcumque duplici minori vel majori (non tamen in classico), quod nimirum ritu, dignitate et solemnitate Festis ceteris Hebdomadarum (juxta dicta in principio) inferius sit; quacumque porro die hoc Festum celebretur. Quamobrem si Festum ejusmodi in Dominicam incidens sit inferius vel etiam æquale, tunc in ipsa Dominica, qua occurrit, legi Initium debet. *Rubr. pecul. n.* 179 *et seqq.*, *S. R. C.* 5

Maj. 1736 *in Einsidlen. et Cavalerius to.* 2 *c.* 34 *d.* 14 *n.* 3 *et* 4.

11. Initium quodlibet infra Hebdomadam occurrens, si die sua impediatur, reponendum est proxima die non impedita, ante sequentis Initii diem. Si id fieri nequeat, reponendum est die prima ante diem suam similiter non impedita, ac post Initii præcedentis diem. Si autem nec post, nec ante, ulla extet hujusmodi dies, tunc id perficiatur quod n. superiore ediximus, ab illis verbis *Jam vero si nulla dies* usque ad *ut paulo ante declaratum est.* Ubi vero ex hac ratione reponendi Initia, sequeretur, ut unum, vel plura superessent; tum liberis diebus proxime præcedentibus, si præsto sint (comprehensa Dominica) Initiorum conjunctio fiat, quantum ad hoc necesse fuerit, ut omnia ac singula, servata illorum serie, diebus non impeditis recitentur. Semper enim in ponendis Initiis est accurate custodiendus successionis ordo, quo eadem in Breviario disposita sunt, nec ullo unquam casu est ille interturbandus. Quod si ne hoc quidem pacto legi omnia possint, sed unum, vel plura forent prætereunda; tunc oportet totidem Initia collocari in Festo vel Festis (si plus quam tria supersint Initia) inferioris ritus, utcumque obtineant Lectiones primi Nocturni proprias, ut sub finem n. præcedentis animadversum est. Idipsum agendum erit, si alicubi nulla suppetat dies libera. *Rubr. pecul. n.* 184 *et seqq., S. R. C.* 27 *Mart.* 1779 *in una Ord. Min. Reformatorum ad* 13 *et Caval. l. cit.*

12. Quæ duobus numeris præcedentibus exposuimus, æque locum habent in Initiis cujusque Epistolæ S. Pauli extra casum tamen cessationis Hebdomadarum, de quo agitur in Rubrica gener. tit. 26 n. 8, et cum exceptione facta sub finem n. 9), nec non S. Petri et S. Joannis, quotiescumque diebus propriis impediantur. *Rubr. pecul. n.* 189 *et S. R. C.* 23 *Maj.* 1835 *in Namurcen. ad* 5. Initia vero ita copulantur; videlicet si tria sint Initia (plus enim quam tria legi eadem die nequeunt), unica satis est singulorum Lectio. Si duo sint; unica dicenda est unius, binæ alterius, duæ nimirum Initii ea die occurrentis, altera non occurrentis. Si neutrum in eam diem incidat, binæ Lectiones recitandæ sunt ex Initio quod est ordine

prius, tertia ex illo quod posterius est. *Rubr. pecul. n.* 190 *ac Caval. to.* 2 *c.* 34 *d.* 13 *n.* 5.

13. Post Octavam Epiphaniæ resumuntur Suffragia, pro quibus vide quæ adnotavimus sub die 19 Januarii n. II et seqq. In Officio Dominicali Absolutiones et Benedictiones sunt ut in Dominica prima Adventus; in Feriali Officio sunt pariter ut in Dominica prima Adventus, sed hoc ordine; nempe, Feria secunda et quinta Absolutio et Benedictiones e 1 Nocturno usurpantur; Feria tertia et sexta e 2 Nocturno; Feria quarta et Sabbato e 3 Nocturno. Quoties tres Lectiones sunt de homilia, Absolutio quidem adhibetur ut supra, Benedictiones tamen semper accipiuntur ex 3 Nocturno; cum vero non sunt de homilia, et Benedictiones sumendæ sunt ex 3 Nocturno, prima Benedictio erit *Ille nos benedicat* etc., secunda *Divinum auxilium*, tertia *Ad societatem* etc. *Rubr. tit.* 25 *n.* 1, 2 *et* 3. Ab Octava Epiphaniæ usque ad Septuagesimam habentur in singulis Feriis ℟℟. propria, excepto Sabbato, in quo, quando fit de Feria, dicuntur ℟℟. Feriæ quartæ. *Rubr. tit.* 27 *n.* 5. In Officio de Tempore Capitula Dominicalia adsignata in Psalterio pro utrisque Vesperis, Laudibus et Horis, leguntur a Dominica secunda post Epiphaniam usque ad Septuagesimam: Capitula autem ferialia usque ad primam Dominicam Quadragesimæ. *Rubr. tit.* 29 *n.* 2. A Dominica secunda post Epiphaniam usque ad Dominicam primam Quadragesimæ in Officio de Tempore recitantur Hymni ut in Psalterio, sed in Dominica ad Matutinum dicitur Hymnus *Primo die*, et ad Laudes *Æterne* etc. *Rubr. ibi.* Extra tempus Paschale omittitur *Te Deum* in Officio feriali. *Rubr. tit.* 31 *n.* 2. Dicitur tamen semper Oratio Dominicæ præcedentis, quando propria non assignatur. *Rubr. tit.* 30 *n.* 2. Psalmus *Confitemini* adjungitur ad Primam in Dominicis (quoties de Dominica Officium agitur) cum aliis Psalmis in Psalterio præscriptis, a Dominica secunda post Epiphaniam usque ad Septuagesimam. *Rubr. tit.* 22 *n.* 3. Si in Dominicis post Octavam Epiphaniæ usque ad Septuagesimam occurrat Festum aliquod duplex vel dies Octava, Officium de Festo vel de die Octava agetur; de Dominica vero fiet commemoratio in utrisque Vesperis (dummodo quoad secundas non sequatur duplex primæ aut

ecundæ classis), Laudibus et Missa, cum 9 Lectione de omilia ad Matutinum, et Evangelio in fine Missæ. *Rubr. Brev. tit.* 9 *n.* 3 *et* 9, *et Missalis tit.* 7 *n.* 1 *et tit.* 13 *n.* 2.

14. In Dominicis post Epiphaniam usque ad Septuagesimam in Missa dicitur *Gloria* et *Credo;* non item in Missa feriali, tametsi hæc semper sumatur ex Dominica præcedenti, quando propria non suppetit. *Rubr. in Missa Dom.* 1 *Adv. et Dom.* 2 *post Epiph.* Ab Octava Epiphaniæ usque ad Purificationem, nisi agatur Officium duplex, post Orationem diei additur 2 Oratio *Deus qui salutis,* 3 *Ecclesiæ* vel pro Papa. Post Purificationem vero, seu post secundam Februarii usque ad Feriam IV Cinerum, adjungitur 2 Oratio *A cunctis,* 3 ad libitum. De hisce Orationibus confer adnotanda sub die 18 Februarii n. III et IV. Rursum ab Octava Epiphaniæ usque ad Septuagesimam in Officio et Missa de Tempore adhibetur color viridis (*); exceptis Dominicis infra Octavas occurrentibus, in quibus color debet esse Octavæ conveniens. *Rubr. tit.* 18 *n.* 4 *et S. R. C.* 12 *Apr.* 1823 *in Panormitana ad* 15.

15. Adveniente Dominica Septuagesimæ, quidquid superest de Epistolis B. Pauli Apostoli, in Dominicas et Hebdomadas post Epiphaniam dispertitis, eo anno prorsus omittitur, etiamsi nihil plane de aliquibus Epistolis lectum sit, uti superius n. 12 declaravimus. *Rubr. tit.* 26 *n.* 8 (**).

(*) Color viridis inter colores est medius, ideo extra Octavas in Officio de Tempore adhibetur ab Octava Epiphaniæ usque ad Septuagesimam, itemque ab Octava Pentecostes usque ad Adventum, qui dies veluti medii sunt inter solemnes et lugubres. *Confer Tetamum.*

(**) A Natali usque ad Septuagesimam leguntur Epistolæ S. Pauli, quia, dum Christus jam se cœlo delapsum et in mundo conversantem exhibet, novi Testamenti præcones audiendi sunt; decet porro eas Epistolas legi ante Septuagesimam, utpote quæ veteris Testamenti tempus significat. *Consule Gav. sect.* 5 *c.* 12 *n.* 8.

ANNOTANDA

IN DOMINICAS ET FERIAS SEPTUAGESIMÆ, SEXAGESIMÆ ET QUINQUAGESIMÆ

1. In Sabbato ante Septuagesimam legitur 1 loco Martyrologio *Dominica Septuagesimæ* etc. Si Festum quod duplex celebretur hoc Sabbato, in ejus secundis V sperís fit commemoratio Dominicæ Septuagesimæ per A tiphonam *Dixit Dominus ad Adam*, ℣. *Vespertina* ac Or tionem propriam. Ad *Benedicamus Domino* duplum ad tur *Alleluja* et similiter ad *Deo gratias* (*), ac deinc perpetuo omittitur usque ad Sabbatum sanctum, ejusq loco in principio horarum pronunciatur *Laus tibi Dom* etc. Si autem Festum agatur semiduplex, a Capitulo fit Dominica Septuagesimæ ut ibi, cum commemoratione pr cedentis, dicuntur Suffragia, et ad *Benedicamus Dom* duplum *Alleluja* etc. adjungitur ut supra, ad Completori vero preces. Si occurrat dies septima infra Octavam, hodie de ea actum sit Officium, vide quæ adnotabi sub 14 Decembris n. II.

2. De Dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ et Q quagesimæ (**) semper oportet peragi Officium, ac pro

---

(*) Quum tempus quod a Septuagesima ad Pascha interl tur, sit tristitiæ et mœroris, quia nempe humanum genus monstratur debilitatum ac prope depressum ob Adæ peccat cujus fit mentio in Septuagesima; *Alleluja* vero sit vox læti et gaudii, idcirco hoc prætermittitur quia plane non congr Seponitur autem *Alleluja*. bis illud iterando ad majorem e phasim exprimendam. *Vide Tetamum.*

(**) Ex tribus Dominicis, quæ immediate Quadragesimam pr cedunt, prior vocatur *Septuagesima*, altera *Sexagesima*, postr ma *Quinquagesima* pro vario more apud veteres aggredie solemne jejunium ante Pascha. « Porro illud olim inchoab alii ante Pascha diebus quadraginta ; alii vero quinquaginta; alii autem sexaginta ; alii denique septuaginta diebus ante Pa scha, pro varietate intermittendi perfectum jejunium. Jam vero cum Dominica, in qua inchoabatur solemnis abstinentia dierum

ea quodcumque Festum occurrens est transferendum, nisi uerit duplex primæ classis; tum quippe illius Officium elebratur (*); Dominicæ vero fit tantum commemoratio

---

uadraginta, dicta fuerit *Quadragesima*, seu Dominica prima *Quadragesimæ*, congruum fuit præcedentem Dominicam, in qua e aliorum more, abstinentia eadem inchoabatur, nuncupare *Quinquagesimam;* et aliam rursus præcedentem *Sexagesimam;* emotiorem vero *Septuagesimam.* » *Tetamus.*

(*) Auctor Dissertationis in Rubricas Breviarii, cujus opinaiones non semel diluimus, ea mente est, ut a Dominicis privilegiatis secundæ classis expungendum arbitretur quodvis Officium occurrens duplex primæ classis, præter Festa principalis Patroni loci, Titularis et Dedicationis propriæ Ecclesiæ, utpote quorum conceptis verbis exceptio fiat in Rubricis tit. IV n. 1 et tit. IX n. 3. Sed enim ejusmodi Rubricarum interpretatio nobis minime arridet. Nam præterquam quod Rubrica tit. X n. 1 in præfatis Dominicis expressim admittit *quodcumque* Festum solemne alicujus Loci, idest particulare, illud quoque ex Tabella *occurrentiæ* universim liquet, in occursu scilicet Festi duplicis primæ classis cum Dominica secundæ classis, Officium de Festo agendum esse cum commemoratione Dominicæ. Si in Dominicis ejusmodi tria illa Festa dumtaxat locum haberent, profecto in Tabella non una, sed binæ cellulæ fuissent appositæ, et harum prior sic inscripta *Duplex 1 classis*, secunda vero sic *Festum Pat. seu Titul. aut Dedic.*, ut nimirum commode posset unum ab altero internosci; ac tum adversa cellula *occurrentiæ* cum Dominica secundæ classis, quoad unum ita respondisset: *Translatio de primo, Officium de secundo;* quoad alterum *Officium de primo, commemoratio de secundo.* Si enim distinctio hæc in Tabellam *concurrentiæ* inducta est, quamquam necessaria minime videatur, multo magis (si cujuspiam momenti foret Adversarii opinio) oportebat ut induceretur in Tabellam *occurrentiæ* ad ambiguitatem omnem e medio tollendam. Id porro quum præstitum non sit, perspicuum indé suppetit indicium, a Dominicis, de quibus sermo est, nullum Officium duplex primæ classis excludi. Neque vero id urgeas, Rubricam nempe quæ in Tabella generatim designat *Duplicia 1 classis*, *Duplicia 2 classis* etc., de Festis tantum esse intelligendam quæ in elenchis ante ipsam præfixis descripta sunt. Namque in hac hypothesi Festa, quorum ibi mentio non fit, nulla jam Rubricarum lege ordinarentur, quinimo Rubricæ, e quibus illa excerpta est Ta-

in utrisque Vesperis, Laudibus ac Missa, cum 9 Lectio de homilia ad Matutinum et Evangelio in fine Missæ. R *Brev. tit.* 9 *n.* 4 *et* 9 *ac tit.* 10 *n.* 1 *et Rubr. Mi tit.* 7 *n.* 1 *et tit.* 13 *n.* 2 *atque S. R. C.* 26 *Nov.* 1735 *Hispalen. ad* 6. Insuper in hoc casu minime erunt bi Missæ Conventuales in Cathedralibus etc. celebrandæ. S. *C.* 5. *Jul* 1698 *in Collen. ad* 14. Cum in casu supradi Lectiones primi Nocturni propria die Dominica legi queant, opus est ut prima die libera reponantur in propriam Hebdomadam, tametsi Lectiones Dominicæ Se gesimæ et Quinquagesimæ Initia non sint (*). *Rubr. pec n.* 183 *et Caval. to.* 2 *c.* 34 *d.* 11 *n.* 1.

3. Quamvis præfatæ Dominicæ majores sint ac pri legiatæ, nempe secundæ classis, earum tamen ritus semiduplex. *Rubr. tit.* 2 *n.* 1. Ad Matutinum, in pri versu Psalmi *Venite* omittitur *Præoccupemus faciem ej* etc., ejusque loco repetitur a Choro Invitatorium; Hym *Primo die*, ad Laudes *Æterne*, ac reliqua persolvuntur ibi et in Psalterio per annum. Non dicitur *Te Deum*, nonum ℟. Ad Laudes ℣. *Domine refugium*, ac Suffragia (**

---

bella, veluti simplex illarum explicatio, non essent amplius nerales, et in casu nonnisi pro peculiaribus quibusdam ac terminatis Festis deservirent. At ecquis ita censuerit? Huc quod S. R. C. (*die* 26 *Nov.* 1735 *in Hispalensi ad* 6) univer declaravit impediri Dominicas secundæ classis ab *aliquo* F primæ classis; quod ratio ipsa id suadet; quod demum sen tiam nostram Doctores liturgici suffragio suo passim confirm Itaque præfatæ Dominicæ quum privilegium tantummodo o neant secundæ classis, absonum dictu est, illas Festis præmi quæ privilegio primæ classis decorantur. Annotationem rec quam ad Octavam Epiphaniæ (pag. 153) adjecimus, quan et in præsentem quæstionem quadrare apte comperies.

(*) A Septuagesima ad Dominicam Passionis ideo legitu nesis et Exodus, ut nempe in memoriam revocamus Adæ catum, pro quo Christus passus est; ac ut gesta Abraham, et Jacob recolendo, quasi e diversis ætatibus ad Christum c Patrum deducamus. *Gav. sect* 5 *c.* 12 *n.* 8.

(**) In Dominicis ad Laudes Psalmos *Dominus regnavit* *bilate* præterimus ac subrogamus Psalmos *Miserere* et *C mini*, utpote pœnitentiæ et luctus tempori, cujusmodi est

Ad Primam pro Psalmo *Confitemini* substituitur *Dominus regnavit*. Missa propria est sine *Gloria*, 2 Oratio, ante Purificationem vel ipsa die Purificationis, *Deus qui salutis*, 3 *Ecclesiæ* vel pro Papa; post Purificationem, idest post diem secundam Februarii, 2 Oratio est *A cunctis*, 3 ad libitum, *Credo*, Præfatio Trinitatis, ac in fine *Benedicamus Domino*. Color adhibetur violaceus, etiamsi dies incidat infra Octavam cujuspiam Festi, cui competat albus vel rubeus. *Rubr. tit.* 18 *n.* 2.

4. Si in Dominicis prædictis occurrat Simplex, illius agitur commemoratio (sine 9 ejus Lectione) in primis Vesperis, Laudibus et Missa, cum 3 Oratione, quæ superius secundo loco præscripta est. Si occurrat Octava vel dies infra Octavam, de ea fit commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus et Missa; sed in hac prætermittitur 3 Oratio de tempore, et Præfatio legitur de Octava, si propriam habeat: neque dicuntur Suffragia, et Preces. Si Festum duplex secundæ classis cum Octava, a Dominica privilegiata in quam incidit, transferatur in Sabbatum sequens ante aliam Dominicam æque privilegiatam; secundæ Vesperæ erunt de ipso Festo cum commemoratione Dominicæ sequentis; in ipsa vero Dominica ad Laudes, Missam ac secundas Vesperas commemoratio agenda erit diei Octavæ. Quod si dies Octava Orationem propriam obtineat, hæc non dicetur Sabbato præcedenti in secundis Vesperis (istæ enim non sunt de die Octava, sed de Festo), sed solum in Dominica pro commemoratione diei Octavæ. *S. R. C.* 15 *Sept.* 1736 *in Toletana ad* 1. In Dominica Sexagesimæ, quamvis Divi Pauli recitetur Oratio Doctoris Gentium, istius tamen commemoratio non est prætereunda in Suffragiis, nec ejus nomen in Collecta *A cunctis* (si ei locus sit); regula enim prohibens Officium simul peragi et commemorationem, vel duplicem ejusdem

---

ptuagesima ad Pascha, magis congruentes. Psalmus nihilominus *Dominus regnavit* ad Primam ideo fortasse reponitur, ne plane omittatur Psalmus ille qui mirum in modum orbis terræ creationem concelebrat, itemque Salvatoris nostri Resurrectionem, quarum utraque die Dominica contigit. *Vide Tetamum.*

Sancti commemorationem fieri (juxta dicta c. 6 n. 8), non valet quando Sancti nomen in Orationem invectum est ratione Stationis tantum, ut in casu nostro. *Caval. to.* c. 33 *d.* 7 *n.* 3.

5. Si in Dominicis privilegiatis secundæ classis occur-rat alicubi (ut Forolivii) Octava expungens ex Indult Apostolico Festa omnia præter duplicia primæ classis, no propterea fas est in Dominicis illis de die infra Octava vel de die Octava Officium peragere; quia cum occurre tia hoc in casu sit inter duo Officia, quæ eodem gaude privilegio excludendi Festa non duplicia primæ classis, prævalere debet Officium dignius, idest Dominicæ, utpot de Domino ac primarium.

6. Feriæ a Septuagesima usque ad Feriam IV Cineru sunt minores, earumque Officium persolvitur ut in Feri per annum; habent tamen ad *Magnificat* Antiphonas pro prias, demptis Feriis sextis, in quibus fit a Capitulo S Mariæ, et excepta Feria quinta Sexagesimæ, in qua ultim recitatur Antiphona in præcedentibus Feriis ejusdem He bdomadæ ob Festum occurrens prætermissa, et si omn in Feriis illis fuerint recitatæ, sumitur de Psalterio. *Rub ibi et Gav. sect.* 6 *c.* 9 *n.* 8. In prædictis Feriis, qua de ipsis Officium agitur, Missa legitur ex Dominica pr cedenti, in qua non dicitur Tractus, sed tantum Gradual et omittitur *Credo*. Præfatio est communis. *Rubr. in Do Adv. et in Dom. Septuag.* Color est violaceus.

7. Dominica Septuagesimæ Secretam habet similem Missa de S. Maria ante Festum Purificationis, itemque Missa *In virtute* Communis unius Martyris. Propterea Dominica isthæc inciderit ante Purificationem vel in ipsa Purificationis diem, Secreta de S. Maria erit *Tua Domin* ex ejusdem Missa votiva. Si vero in eadem Dominica age tur alicubi Festum duplex primæ classis cum Missa *I virtute*, Secreta pro Dominicæ commemoratione sumetur ex Dominica sequenti. Contra si commemoratio facienda sit Festi simplicis, vel instar simplicis, prædicam Secretam habentis, istius loco dicetur Secreta ex Missa *Lætabitu* de eodem Communi. Item Dominica Quinquagesimæ habe Postcommunionem ut in Missa *Justus* de Communi Conf non Pontificis. Idcirco si in illa Festum duplex prim

issis celebrabitur cum Missa *Justus*, Postcommunio pro mmemoratione Dominicæ sumetur ex Dominica sequenti. vicissim commemoratio fuerit agenda Festi simplicis l instar simplicis, eam Postcommunionem obtinentis, in ius locum Postcommunio substituetur ex Missa *Os justi* eodem Communi.

8. A Septuagesima usque ad Pascha in Missis Sanctom, etiam votivis, post Graduale, omissis *Alleluja* cum sequenti, dicitur Tractus. *Rubr. tit.* 10. Qui si proprio loco desit, sumatur de congruente Communi.

KALENDARIUM

TRIUM ORDINUM S. P. FRANCISCI

L. D.	D. M.	FESTA FEBRUARII
D	1	B. Andreæ de Comitibus C. (1 O.) d. maj. c Omn. de Com. 2 loco præt. ll. 2 n. pr. Mis. or. pr. *in Missal. rec.* Vesp. seq. pr., com.
E	2	Purificatio B. M. V. d. 2 cl. c. alb. Omn. ut Mis. pr. cum *Cr.* et Præf. tant. Nat. Post tiam fit bened. et distrib. Candel. dein. Pr sio. Celebrans utit. Pluv., Ministri vero in præcipuis Planetis plic. viol., absq. Manipuli aliis assistunt in Albis. Ante ult. Orat., si sit Septuag. et non sit Dom., dic *Flect. genua.* delæ accensæ præ manibus tenentur in Pro ad Evang., et ab elevat. SS. Sacramenti us Commun. inclus. ab omnibus de Clero, se Evang. et ad elevat. ab illis tantum de C *Cœrem. Ep. lib.* 2 *c.* 17 *n.* 6. In Mart. 1 l *Utinum.* In Vesp. com. seq. or. pr. ac S. l Ep. et M. A Completorio huj. diei usq. ad riam 4 maj. Hebdom. dic. ant. finalis *Ave na cœlor.* flexis gen. (Hebdomadario tame Orat. surgente); in Sab. autem a Vesp. us occasum solis diei seq. dic. stando, quodcu Off. recitetur.
F	3	B. Odorici C. (1 O.) d. min. c. alb. (M. S. 2 n. pr., 3. *Sint lumbi,* 9 l. et com. S. in L. et M. *Os justi* or. pr. In Mart. 1 l. *In pido.* Vesp. seq. or. pr., com. præc.
G	4	S. Josephi a Leonissa C. (O. Cap.) d. maj. c ll. 1 n. *Beat. vir,* 2 pr., 3 *Designavit.* Mis *stus* or. pr., Ev. ut 25 Apr. In Mart. 1 *Regno Japoniæ Passio viginti sex Martyrun* ut in fol. noviss. Vesp. seq. ant. ad Mag. pr., com. præc.

Indulgentia plenaria

5 Ss. Petri-Bapt. et Soc. Mm. Japon. (1 et 3 Ord.) d. 2 cl. c. rub. ll. 1 n. *Fr. debit.*, rel. cum ant. ad Bened. pr., 8 ℟. *Hæc est.* In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. pr. *Per patientiam* cum *Cr.* In Mart. 1 l. *S. Agathæ.* In Vesp. com. seq. pr. (et fer. in Quadr.) ac S. Dorotheæ V. et M. ℣. *Diffusa.*

6 S. Agathæ V. et M. d. min. c. rub. Omn. pr., 9 l. et com. S. Doroth. ℣. *Specie* in L. et M. pr. In Quadr. 9 l. et com. fer. ante S. Doroth. etc. In Mart. 1 l. *Assisii.* Vesp. seq. or. pr., com. præc., et fer. in Quadr.

7 B. Antonii a Stronconio C. (1 O.) d. maj. c. alb. Omn. de Com. 2 loco præt. ll. 2 n. pr. In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *Justus* or. pr. In Mart. 2 l. *Item S. Hieronymi.* In Vesp. com. seq. or. pr., et fer. in Quadr.

8 S. Joannis de Matha C. d. min. c. alb. (M. S.) ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *Beat. vir,* 2 pr., 3 *Sint lumbi.* In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *Os justi* or. pr. Vesp. a cap. seq., com. præc., et fer. in Quadr.

9 S. Apolloniæ V. et M. d. min. c. rub. ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *Confitebor,* 2 pr., 3 *Decem virg.* In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *Loquebar.* Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc. ant. *Simile est,* et fer. in Quadr.

10 S. Scholasticæ V. d. min. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *De virg.*, 2 pr., 3 *Decem virg.* In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *Dilex.* or. pr. In Mart. 1 l. *Bituricis.* Vesp. seq. or. pr., com. præc., et fer. in Quadr.

11 B. Joannæ Vales. Vid. d. maj. c. alb. Omn. de Com. non virg. præt. ll. 2 n. pr. In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *Cognovi* or. pr. In Mart. 1 l. *S. Petri.* In Vesp. com. seq. or. pr., et fer. in Quadr.

12 S. Petri Nolasc. C. d. min. c. alb. (M. S.) ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *Beat. vir,* 2 pr., 3 *Nolite.*

In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *Justus* or. pr. In Mart. 1 l. *Ap. Castrum*. Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc., et fer. in Quadr.

B 13 B. Viridianæ V. (3 O.) d. min. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *De virg.*, 2 *Nunc nobis* de Com. 2 loco, 3 *Decem virg.* In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *Dilex.* or. pr. In Mart. 1 l. *S. Andreæ*. Vesp. a cap. seq. (M. S.) or. pr., com. præc. (et fer. in Quadr.) ac S. Valentini M.

C 14 S. Andreæ Cors. Ep. et C. d. min. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *Fidelis sermo*, 2 pr., 3 *Homo pereg.*, com. S. Valent. in L. et M. *Statui* or. pr. In Quadr. 9 l. et com. fer. ante S. Valent. etc. In Mart. 1 l. *S. Romualdi*, 2 *Patavii*. Vesp. a cap. seq. (M. S.), com. præc. (fer. in Quadr.) Translationis S. Antonii Patav. ut ibi ac Ss. Faustini et Jovitæ Mm.

D 15 S. Romualdi Ab. d. min. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *Beat. vir*, 2 pr., 3 *Ecce nos*, 9 l. Ss. Mm., com. Translationis ac Ss. Martyr. in L. et M. *Os justi* de Com. Ab. In Quadr. 9 l. et com. fer. ante Transl. etc. In Mart. 1 l. *Reate*. Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc., et fer. in Quadr.

E 16 B. Philippæ V. (2 O.) d. min. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *De virg.*, 2 pr., 3 *Decem virg.* In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *Dilex.* or. ppr. In Mart. 1 l. *S. Hilarii*. Vesp. a cap. seq. (M. S.) ant. ad Mag. *O Doctor*, com. præc., et fer. in Quadr.

F 17 S. Hilarii Ep. C. et Doct. d. min. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *Fidelis sermo*, rel. pr. cum addit. ad VI Lect., 8 ℟. *In medio*. In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. de Com. Doct. cum *Cr.* In Mart. 1 l. *S. Marcelli*. In Vesp. com. seq. or. pr. (fer. in Quadr.) ac S. Simeonis Ep. et M. *ex Laud.*

G 18 S. Marcelli Pp. et M. sem. c. rub. ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *A Mileto*, 2 pr., 3 *Si quis vult*, 8 ℟. *Dom. prævenisti*, 9 l. et com. S. Simeonis *ex 1 Vesp.* in L. et M. ut ibi 3 or. *A cunct.* In

Quadr. 9 l. et com. fer. ante S. Simeon. etc. In Mart. 1 l. *Ap. Netinos.* Vesp. seq. or. pr., com. præc., et fer. in Quadr.

19 S. Conradi C. (3 O.) d. maj. c. alb. ll. 1 et 2 n. pr., 3 *Ecce nos.* In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *Justus* or. pr., Ev. ex Mis. de Com. Ab. In Mart. 1 l. *S. Raymundi.* In Vesp. com. seq. or. pr., et fer. in Quadr.

20 S. Raymundi de Pennaf. C. sem. c. alb. (M. S.) ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *Beat. vir,* 2 pr., 3 *Sint lumbi.* In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *Os justi* or. pr., 2 loco *A cunct.,* 3 ad lib. In Mart. 1 l. *Brixiæ.* Vesp. seq. or. pr., com. præc., et fer. in Quadr.

21 S. Angelæ Merici V. (3 O.) d. min. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *De virg.,* 2 pr. *in B. rec.,* 3 *Decem virg.* In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *Dilex.* or. ppr. In Mart. 1 l. *Cortonæ.* Vesp. seq. pr., com. præc., et fer. in Quadr.

22 S. Margaritæ Corton. Pœnit. (3 O.) d. 2 cl. c. alb. Omn. ut ibi. In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. pr. *Numquid* cum *Cr.* In Mart. 1 l. *Vig.,* 2 *Antiochiæ,* 3 *Faventiæ.* In Vesp. com. seq. pr. et S. Pauli, ac fer. in Quadr.

23 (Vig.) Cathedra S. Petri Antiochiæ d. maj. c. alb. Omn. ut ibi et 18 Jan., 9 l. Vig., com. S. Pauli et Vig. in L. et M. ut 18 Jan. In Quadr. 9 l. et com. fer. etc., et nihil in Off. de Vig., sed tant. com. 4 loco in Missa. Vesp. seq. or. pr., com. præc. et S. Pauli, ac fer. in Quadr.

24 vel 25. S. Mathiæ Ap. d. 2 cl. c. rub. Omn. ut ibi. In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. pr. cum *Cr.* et Præf. Ap. In Mart. 1 l. *Angelopoli.* In Vesp. com. seq. or. pr., et fer. in Quadr.

25 vel 26. B. Sebastiani ab Apparitio C. (1 O.) d. min. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *Beat. vir.,* 2 pr., 3 *Nolite.* In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *Justus* or. ppr. In Mart. 1 l. *S. Ignatii.* Vesp. a cap. seq., com. præc., et fer. in Quadr.

A 26 vel 27. S. Ignatii Ep. et M. d. min. c. rub. ll. 1

n. de Scr. occ., in Quadr. *A Mileto*, rel. pr. In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. pr. In Mart. 1 l. *Messanæ*. Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc. et fer. in Quadr.

B 27 vel 28. B. Eustochii V. (2 O.) d. min. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *De virg.*, 2 pr., 3 *Decem virg.* In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *Vult. tuum* or. pr., Ev. ex Mis. *Dilex.* In Mart. 1 l. *Ap. Civitellam*. Vesp. a cap. seq. (M. S.) or. pr., com. præc., et fer. in Quadr.

C 28 vel 29. B. Thomæ a Cora C. (1 O.) d. min. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *Beat. vir*, 2 pr., 3 *Sint lumbi*. In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *Os justi* or. ppr. In Mart. 1 l. *Mathelicæ*. Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc. et fer. in Quadr.

ADNOTATIONES

in Festa Februarii

s *Mensis* 1. — I. Prima die non impedita dicitur Officium Defunctorum. *Vide c.* 7 *n.* 5 *et c.* 8 *n.* 25.

II. Hoc mense apud Regulares in publica Mensa leguntur Decreta de Apostatis et Ejectis cum reliquis Clementis VIII de reformatione Regularium (nec non apud nos Decretum Urbani VIII pro *restituendo candore*) cum duabus Epistolis de Doctrina Christiana.

III. In Officio B. Andreæ de Comitibus (apud nos), sicuti et in quocumque alio Officio sub ritu duplicis majoris, Lectiones primi Nocturni, si ex concessione non habeantur propriæ, sumendæ sunt ex Communi, non ex Scriptura occurrente. *S. R. C.* 2 *Sept.* 1741 *in Aquen. ad* 3.

— I. Si Festum Purificationis B. M. V. in Dominicam inciderit privilegiatam Septuagesimæ, Sexagesimæ vel Quinquagesimæ, fit tantum benedictio et distributio Candelarum ac Processio, quæ non transferuntur ; Missa vero dicitur de Dominica, ad quam Candelæ accensæ præ manibus non tenentur, nec agitur commemoratio Purificationis, etiam in Ecclesiis B. M. Virgini dicatis sub alio titulo, v. gr. Annuntiationis, Assumptionis etc. *S. R. C.* 15 *Sept.* 1736 *in Toletana ad* 2. Idipsum servandum est, sicubi die hac Festum occurrat duplex primæ classis. Quando Festum Purificationis incidit in Dominicam, ante benedictionem Candelarum fit aspersio Aquæ lustralis. Celebrans ad Candelam (Cineres et Palmam) a digniore de Clero accipiendam, e Suppedaneo minime descendit. *S. R. C.* 22 *Dec.* 1753 *in Barchinonen.* Quicumque benedicit Candelas (Cineres vel Palmas), debet quoque subsequentem Missam celebrare, nisi sit Episcopus Diœcesanus. *S. R. C.* 1 *Sept.* 1838 *in Pinerolien. ad* 2 *et* 23 *Sept.* 1848 *in Liburnen. ad* 8. Candelarum (Cinerum et Palmarum) benedictio non est de juribus mere parochialibus. *S. R. C.* 10 *Dec.* 1703 *Decr. gener.* Si benedictio Candelarum facienda sit exposito SS. Sacramento, serventur quæ adnotabimus in Hebdomada majori n. 5.

II. Quando Festum Purificationis B. M. V. incidit in Dominicam privilegiatam, vel in Festum duplex pri classis, transfertur quoad Officium et Missam in Feria secundam proxime insequentem tamquam in sedem pro priam, translato quocumque Festo æqualis, non it altioris ritus in illam occurrente. *S. R. C.* 20 *Jul.* 17 *Decr. gener. et Rubr. pecul. n.* 99. Si alicubi die te Februarii occurrat Festum duplex primæ classis, t Festum Purificationis transferri oportet in diem quart Februarii pariter ut in sedem propriam. *S. R. C.* 7 *S* 1850 *in Mechlinien. ad* 1. Verum ubi Purificatio B. M. est principalis Patrona vel Titularis, celebratur eti in occursu Dominicæ privilegiatæ secundæ classis, c commemoratione Dominicæ, 9 Lectione homiliæ ad M tutinum, et ejusdem Evangelio in fine Missæ. *Rec quæ supra animadvertimus in Dom. Septuages. n.* 2. It ubi extraordinaria est populi frequentia ad Festum Pu ficationis, cantari potest ejus Missa, quamvis incidat i Dominicam privilegiatam ut supra. *Confer c.* 8 *n.* 5 6. Porro in hoc quoque casu decet omnino ut antea b nedictio et distributio Candelarum atque Processio, q et aspersio Aquæ lustralis in Dominica, peragatur, alia decantetur Missa Conventualis de die, tum q ante istam fiet aspersio. *Caval. to.* 4 *c.* 12 *d.* 19 *n.*

III. Post Purificationem, idest a Completorio diei cundæ Februarii inclusive, quamquam Festum Pu cationis transferatur vel habeat Octavam, usque ad riam quartam majoris Hebdomadæ recitatur Antiph finalis *Ave Regina cœlorum* etc. *Rubr. Breviarii et S. R. C.* 11 *Jan.* 1681 *Decr. gener. et* 10 *Jan.* 1693 *in Galliarum ad* 6.

IV. Antiphona finalis dicenda est stando (ultra tem pus Paschale) a primis Vesperis Sabbati usque ad oc casum solis diei sequentis (comprehensis crepusculis) etiamsi intra præfatum tempus non recitetur Matutinum cum Laudibus Dominicæ, sed (aliquam ob causam) vel Sabbati vel Feriæ secundæ. *S. R. C.* 12 *Nov.* 1831 *in una Marsorum ad* 45. Quandoquidem in casu hoc re gula standi petenda est a qualitate diei, non autem a qualitate Officii. *Gardellini sub n.* 4399. Nihilominus si

›st crepusculum vespertinum persolvatur Officium Do-
inicæ, Antiphona finalis non flexis genibus, sed stan-
› erit æque recitanda. *Ex citato Decreto.*
V. Antiphona prædicta extra Chorum dicitur dum-
xat in fine Completorii, nec non Laudum, si tunc ab
fficio cessandum sit, alioquin, si alia Hora subsequatur,
fine ultimæ Horæ. In Choro autem recitatur quoties
iqua Hora expleta e Choro est discedendum. Non di-
tur vero post aliquam Horam, quando cum Officio diei
fficium Defunctorum, vel septem Psalmi Pœnitentiales,
ıt Litaniæ conjunguntur. *Rubr. tit.* 36 *n.* 2 *et* 3. Nun-
ıam tamen post Completorium omittitur, etiamsi præ-
ta addititia vel Matutinum pro die crastina subse-
ıantur. *Caval. to.* 2 *c.* 40 *d.* 5 *n.* 4. Rursum neque
nittitur post quampiam Horam, cum Litaniæ adjun-
ıntur non quidem pro fine Officii, sed pro initio Ora-
onis mentalis. *S. R. C.* 9 *Jul.* 1695 *in una Ord. Ca-
ıccinorum.* Ratione vero Missæ tum solum prætereunda
ıt, cum aliquam Horam statim excipit Missa Conven-
ıalis, quamvis lecta (*S. R. C.* 14 *Febr.* 1705 *in una
'rd. Capuccinor. ad* 8), vel alia Missa solemnis sive
ro vivis, sive pro defunctis, cujus adsistentiæ Chorales
bligentur. *S. R. C.* 24 *Maj.* 1856 *in una Ord. Min.
ıser. ad* 7. Denique prætermittitur post Nonam ante
itanias S. Marci et Rogationum, quamquam Suppli-
atio ordinetur post Communitatis discessum e Choro
issito a Sacristia et post paululum moræ ibi faciendæ,
onec scilicet Celebrans sacris se vestibus induerit. *Ex
itato Decreto ad* 8.
— I. Hæc dies tertia Februarii relinquenda est vacua
perpetua cujusvis Officii assignatione, ut nimirum in
a reponi queat Festum Purificationis, quando incidit
ı Dominicam privilegiatam. *S. R. C.* 9 *Aug.* 1681 *in
'ergomen. ad* 2. In praxi tamen non videtur Decretum
ıtud vim suam obtinere: namque Romæ et alibi huic
iei Officium aliquod est adfixum, et sacra ipsa Con-
regatio ejusmodi praxi minime refragatur, quippe cum
nno 1858 nostrum adprobaverit Franciscanum Kalen-
arium, in quo nempe dies hæc Officio B. Odorici per-
etuo assignata reperitur. Quoties porro hac die Offi-

cium Purificationis est reponendum, Officium illud transfertur in diem proximam non impeditam, ac ita putatur Decreto illi satisfieri.

II. Si aliqua de causa celebranda sit Missa S. Blasii, erit *Sacerdotes Dei* de Communi. Alicubi est propria.

6. — I. Si quapiam de causa recitari contigerit primas Vesperas integras S. Agathæ, dicuntur Antiphonæ de Laudibus, Psalmi de Dominica et loco ultimi Psalmi *Laudate Dominum omnes Gentes*, Capitulum *Confitebor* etc. *Rubr. hic.*

II. Si Officium S. Agathæ transferatur, ℣. pro S. Dorothea in Vesperis erit *Specie*, in Laudibus *Diffusa. Vide c.* 6 *n.* 10. Ubi S. Dorotheæ Missa celebratur, ea est *Me expectaverunt* de Communi Virginis et Martyris.

9. — Ubicumque Purificationis Festum agitur cum Octava, hodie, si modo necdum cœperit Quadragesima, die Octava die Officium persolvitur sumptis omnibus de Festo præter Lectiones, quæ in primo Nocturno sunt Scripturæ occurrentis, in secundo et tertio ut in Octavario Romano, cum commemoratione et nona Lectione S. Apolloniæ, si celebretur sub ritu simplici.

14. — Si commemoratio S. Valentini Martyris fiat Feria tertia post Dominicam primam Quadragesimæ, commutanda erit illius Secreta, ac sumenda ex Missa *In virtute.* Si vero S. Valentini Festum agetur sub ritu simplici vel semiduplici, ipsius Missa erit *In virtute* de Communi, cum Orationibus propriis; Secreta autem prædictæ Feriæ legetur ex Feria quarta sequenti. *Vide c.* 6 *n.* 15.

15. — I. Si Festum simplex Ss. Martyrum Faustini et Jovitæ incidat in Feriam tertiam post Dominicam primam Quadragesimæ, illorum Secreta permutabitur cum illa quæ habetur in Missa *Sapientiam.* Si porro ipsorum Officium celebrabitur sub ritu duplici vel semiduplici, Missa erit *Salus autem* de Communi, ac vicissim Secreta Feriæ sumetur ex Missa Feriæ quartæ sequentis. Quod ad Officium attinet horum Ss. Martyrum, pro ultimo ℟. (extra tempus Paschale) semper recitabitur *Hæc est vera Fraternitas.*

II. Quando Festum S. Romualdi Abbatis incidit in Do-

ninicam privilegiatam, transfertur; et apud nos in Suffragiis ℣. pro S. Maria est *Dignare me,* quia ℣. *Ora pro nobis* jam deserviit pro commemoratione Translationis S. Antonii. *Rubr. nostri Francisc. Breviarii. Consule quæ infra adnotabimus 14 Martii.*

— I. S. Hilarius a Pio Papa IX die 13 Maj. 1851 Doctoris Titulo decoratus est cum Officio et Missa ritus duplicis pro tota Ecclesia. Adprobata simul est additio ad sextam Lectionem, atque declaratum, exinde Clero universalis Ecclesiæ Officium cum Missa persolvendum esse de Communi Doctorum, cum Lectionibus primi Nocturni de Scriptura occurrente. *S. R. C.* 10 *Jan.* 1852 *Decr. gener.* In Missa dicitur *Credo,* quia S. Hilarii nomen in Missali Romano typico an. 1861 insertum constat Rubricis gener. tit. XI de Symbolo, ac præterea quia in ipsius Festo expressim *Credo* præscribitur in Missali quod ann. 1862 a Typographia de Propaganda fide recusum est.

II. Si Festum S. Hilarii transferatur in diem, qua recitanda sit 9 Lectio de homilia, vel de Festo simplici, tunc Lectio VII producitur ad verbum usque *Conferentes,* VIII vero incboatur a vocibus *Merito igitur,* ut in Breviario Romano 14 Januarii.

— I. In Officio S. Marcelli Papæ, et cujusque Martyris, qui effuso sanguine seu violenta morte non occubuerit, semper dicendum est post octavam Lectionem (extra tempus Paschale) ℟. *Domine prævenisti,* in Officio autem simplici post secundam, quacumque Feria illud persolvatur. *S. R. C.* 10 *Jan.* 1693 *in una Galliar. ad* 5. Missa S. Simeonis Episcopi et Martyris, si alicubi legenda sit, erit *Statuit* de Communi unius Martyris Pontificis.

II. Post Purificationem, idest post diem secundam Februarii, in Suffragiis dicendis extra Octavas in Semiduplicibus, ℣. pro S. Maria est *Ora pro nobis*, Oratio *Concede,* et apud nos pro S. P. N. Francisco ℣. *Signasti Domine.* In Missa autem usque ad Feriam IV Cinerum, et ab Octava Pentecostes usque ad Adventum, adjungitur 2 Oratio *A cunctis,* 3 ad libitum.

III. In Oratione *A cunctis* addi potest nomen S. Joseph Sponsi B. M. V. (*S. R. C.* 16 *Sept.* 1815 *Decr.*

gener.), hoc modo: *Et intercedente beata et glo*
semper Virgine Dei Genitrice Maria, cum beato Jo
Sponso ejus, et beatis Apostolis etc. Ad litteram *N.*
men dumtaxat apponendum est Sancti Titularis E
siæ, in qua fiat Sacrum; at si antea jam nominatu
nova ejus mentio prætermittitur. *S. R. C.* 12 *Nov.*
in una Marsor. ad 31. Prætereundum quoque est
laris nomen in Ecclesia dicata alicui Mysterio, v
SS. Trinitati, sanctæ Cruci etc., neque ullus istius
Sanctus est invocandus. *S. R. C.* 16 *Apr.* 1853 *i*
Ord. Min. Observ. ad 19. Oportet ut S. Titularis
vel post Apostolos nominetur, prout illius dignita
git, quemadmodum animadvertimus sub die 19 Ja
n. III. *S. R. C.* 11 *Maj.* 1743 *in Senen. ad* 4.

IV. Quando in Missa, uti monuimus n. 14 post
phaniam atque adnotabimus n. 10 a Pentecoste a
ventum, tertia Oratio est ad libitum, non quidem
ligitur, illam pro lubitu poni aut omitti posse, s
portere ut una eligatur, prout magis placuerit, e
jungatur ex approbatis, etiam de Sanctis et Mys
quorum, sicuti ediximus c. 8 n. 17, Missa votiv
mittitur, dummodo expressa eorum mentio in p
dentibus Orationibus facta non fuerit; nihil
impedit quominus cum secunda Oratione *A cuncti*
nectatur tertia *Ecclesiæ tuæ*, etsi ambæ sub fin
verbis pene concordent. *S. R. C.* 29 *Mart.* 1851
drien. ad 2. Verum Collecta imperata nequit eligi,
quæ non sit ad libitum, sed de præcepto, ac d
quarto loco. *S. R. C.* 17 *Aug.* 1709 *in Bergomen*
et 2 *Sept.* 1741 *in Aquen. ad* 6 *ac Guyetus lib.*
q. 22. In Oratione quæ eligitur si vox occurrat
Hodie, aliave similis, ea est prætereunda; vox ve
talitia, *Festivitas*, *Solemnitas* mutatur in *Memo*
Commemoratio. Si agenda sit commemoratio cuj
Simplicis, de isto erit 2 Oratio, 3 *A cunctis*, ac
ad libitum omittenda. *Confer quæ exposuimus s*
19 *Januarii n. IV.*

21. — Festum S. Angelæ Merici cum Officio et M
S. R. C. Decreto Urbis et Orbis diei 11 Julii
recolendum est ab universa Ecclesia. Quia porr

per ejusmodi Decretum præstituitur dies, propterea diem jam fixam servari fas est in Ordinibus vel Diœcesibus ubi Officium hoc ex Apostolico Indulto jampridem recitari consuevit; ubi vero nunc primum recitari oportet, reponendum est die 31 Maji, nisi alio Officio impediatur juxta occurrentiæ leges: quo nempe casu ad diem proximam, quæ vacua ac libera sit, transferetur. *Vide adnotata c. 4 n. 11.*

22. — I. Si Festum S. Margaritæ Cortonensis (et in Ecclesia universali Festum Cathedræ S. Petri Antiochiæ) ante Quadragesimam inciderit in Sabbatum et annus non sit Bissextilis, 9 Lectio erit de homilia Vigiliæ anticipatæ S. Mathiæ Apostoli, ejusque agetur commemoratio in Laudibus et Missa cum Evangelio in fine. In Quadragesima autem recitatur nona Lectio de homilia occurrentis Feriæ, cum hujus commemoratione in Laudibus et Missa et Evangelio in fine; Vigiliæ vero fit dumtaxat commemoratio in Missa. *Rubr. ibi,*

II. Anno Bissextili nulla habetur hodie mentio Vigiliæ S. Mathiæ in Martyrologio, quippe cum die 24 celebranda sit. Translata Vigilia in Sabbatum, lectio de illa in Martyrologio non anticipatur, quamquam anticipetur ejusdem Officium cum jejunio. *Caval. to.* 2 *c.* 37 *d.* 2 *n.* 8. Si Vigilia S. Mathiæ occurrat cum prima die Quadragesimæ, in Martyrologio annuntiatur prius *Dies Cinerum,* deinde *Vigilia,* quia cum neutra sit Festum, Feria Cinerum præferenda est, utpote dignior. *Caval. l. cit. n.* 6.

III. Ubi Festum S. Margaritæ, vel aliud quodcumque hodie occurrens, Octavam obtinet, ibi anno Bissextili dies Octava agenda est die 29 Februarii, dummodo non oporteat ratione Quadragesimæ illam omitti. *Rubr. pecul. n.* 46. Officium S. Margaritæ Cortonensis elevatum fuisse ad ritum duplicem minorem a Pio VII pro Locis, in quibus sub ritu semiduplici celebrabatur, non constat. *S. R. C.* 20 *Sept.* 1806 *in Brixien. ad* 18.

23. — I. Si Festum Cathedræ S. Petri Antiochiæ concurrat cum Dominica Sexagesimæ, commemoratio agitur S. Pauli et Dominicæ; quia licet in istius Oratione mentio fiat S. Pauli, non fit tamen instar commemora-

tionis, quo casu foret utique prætereunda seu varianda, sed solum titulo Stationis, quæ non est commemoratio. *Gav. ad hanc diem. Recole etiam quæ adnotavimus* ... *Septuag. n.* 4. Si Festum Cathedræ prædictæ Octavam habeat, quid servari opus sit, vide c. 6 n. 11 et 12.

II. In anno Communi, ac etiam in Bissextili quo Festum istud Cathedræ (et in Ecclesia universali Sancti Petri Damiani) in Sabbatum occurrit (extra Quadragesimam), nona Lectio est de homilia Vigiliæ S. Mathiæ, et hujus commemoratio peragitur in Laudibus et Missa cum Evangelio in fine. In Quadragesima nona Lectio erit de homilia Feriæ occurrentis, cum illius commemoratione in Laudibus et Missa et cum Evangelio in fine; Vigiliæ vero tantum habet locum commemoratio in Missa. *Rubr. ibi.*

III. In anno Communi, Vesperæ aguntur de S. Mathia Apostolo cum commemoratione Cathedræ et S. Pauli, ac Feriæ in Quadragesima apud nos; in Ecclesia vero universali cum commemoratione tantum S. Petri Damiani, et Feriæ in Quadragesima. Anno Bissextili, ... quod de S. Mathia agitur die 25, Vesperæ erunt ... occurrente, cum commemorationibus ut supra. Porro ... cras incidat Festum translatum, Vesperæ persolvuntur juxta concurrentiæ leges.

IV. In anno Bissextili Lectio Martyrologii hodie ... est: *Sexto Kalendas Martii Luna*..... quota fuerit; ... de *Vigilia S. Mathiæ Apostoli.* Si cras agitur Festum aliquod translatum, subjungitur: *Officium Sancti* vel *Sancti N., cujus Festum fuit*...., postea *Item commemoratio plurimorum Sanctorum Martyrum et Confessorum, atque Sanctarum Virginum.* ℟. *Deo gratias.*

V. Occurrente Vigilia S. Mathiæ in Feria secunda vel tertia post Dominicam Quinquagesimæ, in casu etiam quo ex Apostolico Indulto anticipetur jejunium, Vigiliæ Officium non anticipatur, sed manet affixum diei suæ 23, vel 24 anno Bissextili. *Gav. sect.* 3 *c.* 7 *n.* 3. Officium enim Vigiliæ, extra occurrentiam cum Dominica, ob quam illud persolvi in Sabbato opus est, nullo alio in casu anticipatur, utcumque prævertatur jejunium; sua quippe die est celebrandum, vel nulla, cum nempe in

diem incidit impeditam, v. gr. in Festum duplex primæ classis. *Rubr. pecul. n.* 44. Attamen si Festum cum Vigilia, ex Indulto Apostolico quoad Chorum et Forum perpetuo transferatur, tum vero Vigiliæ Officium (extra tempus Paschale) die Festum præcedente agitur. *S. R.* C. 18 *Octobris* 1818 *in Neapolitana ad* 9.

VI. Vigiliæ in Breviario Romano descriptæ sunt omnes cum jejunio, præter Vigiliam Epiphaniæ et Ascensionis. Si alicubi in quapiam ex illis, ob Indultum Apostolicum vel legitimam consuetudinem, minime viget jejunii lex, non propterea ibi fas est ipsius Officium præterire (vel commemorationem); quod nempe retinendum ac recitandum erit eodem prorsus modo ac ubi agitur jejunium. Quocirca flexis genibus erunt persolvendæ Preces feriales, ac in Missa pariter genuflectendum ad Orationes etc. *S. R. C.* 24 *Jan.* 1682 *in una Nullius Galliarum et* 11 *Mart.* 1820 *in Mazarien. ad* 4.

VII. In Vigiliis communibus seu ritu feriali celebrandis, et in Feriis Quatuor Temporum et secunda Rogationum (ac etiam in Feriis Quadragesimæ apud Privilegiatos), quæ infra Octavam non privilegiatam occurrunt, quando minime oporteat Officium agi alicujus Festi duplicis vel semiduplicis aut Feriæ duplicia excludentis, Officium erit de die infra Octavam cum 9 Lectione et commemoratione Vigiliæ vel Feriæ; sed Missæ omnes (non tamen exclusis Votivis et de Requie) erunt de Vigilia vel Feria cum commemoratione Octavæ. *Rubr. tit.* 3 *n.* 2. Tertia Oratio (extra tempus Passionis, tum quippe locum non habet, et nisi occurrat Simplex, tum quippe de eo 3 Oratio dicitur) conveniens erit non Tempori, sed Octavæ, eritque illa quæ secundo loco infra Octavam ipsam præcipitur. *Vide supra c.* 2 *n.* 35. Præfatio est de Octava, si propriam habeat. *S. R. C.* 23 *Jun.* 1736 *in Einsidlen. ad* 31. Omittitur *Gloria*, quia paramenta violacea adhibentur, et etiam quia Missa ferialis est extra tempus Paschale; itemque *Credo*, quia similiter Missa ferialis est; ac pro *Ite Missa est* dicitur *Benedicamus Domino*. In Missis ferialibus, quæ substituuntur Missæ de die infra Octavam, est in Choro genuflectendum ad Orationes etc. juxta Rubricæ præscri-

ptum tit. XVII n. 5. *S. R. C.* 23 *Jun.* 1736 *in Einsidl.* *ad* 32. Quod si in casu supradicto Vigilia occurrat si-mul cum aliqua ex præfatis Feriis, tunc in Officio n Lectio et commemoratio erunt de Feria, ac nihil d Vigilia fiet. At Missa celebrabitur de Feria cum 2 O-ratione Octavæ, 3 Vigiliæ, etc. ut supra, et in fi consuetum legetur Evangelium S. Joannis. In Eccles autem Cathedralibus etc. binæ Missæ Conventuales m nime præcipiuntur, sed una dumtaxat de Vigilia v Feria ut supra. *Caval. to.* 2 *c.* 15 *d.* 3 *n.* 3. Quod ver ad casum spectat posteriorem, de Feria agendum er cum commemoratione Octavæ et Vigiliæ, etc. ut paul ante ediximus.

VIII. Si Vigilia communis incidat in Festum dupl primæ classis, nihil prorsus fit de ea nec in Officio ne in Missa. *Rubr. Brev. tit.* 6 *n.* 2 *et Missal. tit.* 3 *n.* 2. Qu propter in Ecclesiis Cathedralibus etc. non erunt cele-brandæ duæ Missæ Conventuales. *Caval. l. cit. d.* 2 *n.* 15. Jejunium tamen, si Vigilia sibi adnexum habeat, no cessat, nec anticipari licet sine Apostolico Indulto. *S. R. C.* 7 *Sept.* 1816 *in Tudent. ad* 45.

IX. Si Vigilia communis occurrat in Dominica, illius Officium agitur in Sabbato, quod minime impediatur Officio novem Lectionum; tum quippe de Vigilia legitur tantum 9 Lectio, ac fit commemoratio in L. et M. cum ejusdem Evangelio in fine. *Rubr. Brev. tit.* 6 *n.* 1 *et Missal. tit.* 3 *n.* 3. Si Sabbatum illud Officio dupl primæ classis impeditum sit, recole n. præcedentem; si Officio diei infra Octavam, vide superius n. VII. Cum Vigilia per Festum duplex primæ classis perpetuo im-peditur, si quando tamen Festum hoc incidat in Domi-nicam, oportet Vigiliæ Officium vel ejus commemora-tionem etc. ut supra, in Sabbato anticipari. *Rubr. peculi.* *n.* 43 *et Caval. to.* 2 *c.* 15 *d.* 2 *n.* 17.

X. Si Vigilia communis occurrat in Adventu, Officiu de Feria Adventus agetur, et in ipso nihil de Vigil *Rubr. tit.* 6 *n.* 2. Missa tamen (extra Quatuor Tempo legitur de Vigilia cum commemoratione tantum Fer Adventus. *Rubr. tit.* 3 *n.* 4. Tertia Oratio est *Deus q* *de B. M. V. utero,* sed si Vigilia fuerit B. M. V., v. g

ejus Conceptionis uti apud nos, 3 Oratio erit de Spiritu sancto. At ubi simul cum Vigilia occurrat Festum novem Lectionum etiam translatum, in Officio Festi nihil similiter agitur de Vigilia; in Missa tamen de ea fit commemoratio (post Feriam Adventus) ac legitur etiam ipsius Evangelium in fine. *S. R. C.* 16 *Febr.* 1781 *in una Ord. Carmelitar. Excalc. ad* 4. In posteriore hoc casu necesse est ut celebrentur in Ecclesiis Cathedralibus etc. duæ Missæ Conventuales, de Festo scilicet et de Vigilia, altera quidem sine commemoratione Adventus et Vigiliæ, altera cum secunda et tertia Oratione prout in casu priore declaravimus. *Consule c.* 8 *n.* 2 *et seqq.*

XI. Si Vigilia aut Feria occurrat in Festo novem Lectionum idem Evangelium habente, in Officio Festi 9 Lectio omittitur de homilia Vigiliæ aut Feriæ, quamquam homiliæ sint diversæ, item neque legitur ejusdem Evangelium in fine Missæ; sed in L. et M. fit tantum illius commemoratio. Officium excipitur Expectationis Partus B. M. V. incidens in Feriam quartam Quatuor Temporum, in quo nempe ex peculiari Rubrica recitari opus est tres Lectiones homiliæ de Feria quarta, omissis aliis de Festo. *Rubr. pecul. n.* 42 *et S. R. C.* 4 *Sept.* 1773 *in Conchen.* Attamen quin obstet identitas Evangelii, binæ Missæ Conventuales in Ecclesiis Cathedralibus etc. erunt celebrandæ. *Caval. to.* 2 *c.* 15 *d.* 4 *n.* 13.

XII. Si Vigilia incidat in Ferias majores, Quadragesimæ nimirum aut Quatuor Temporum (præter Ferias Adventus quas innuimus n. X), vel in Dominicas anticipatas, sive Officium fiat de ipsis sive de Festo novem Lectionum, nihil prorsus de Vigilia agitur in Officio. *Rubr. tit.* 6 *n.* 2 *et Caval. to.* 2 *c.* 14 *d.* 2 *n.* 16. In Missa vero, Vigiliæ tantum agitur commemoratio, absque ejus Evangelio in fine; quia si fiat Officium de Festo, ultimum Evangelium erit de Feria vel de Dominica anticipata; si vero Officium persolvatur de Feria vel de Dominica anticipata, ultimum Evangelium erit S. Joannis *In principio.* In fine enim Missæ nunquam legitur Evangelium Vigiliæ, cujus homilia in Officio, non *per accidens*, sed *per se* omissa fuit. Homilia porro dicitur *per accidens* prætermitti, quoties in Laudibus facta

non fuit Vigiliæ commemoratio (ideo nimirum Vigi
occurrentis in Adventu, cum Officium agitur de Fe
« extra Quatuor Tempora » legitur in Missa ulti
Evangelium); dicitur autem omitti *per se*, quoties,
cta licet in Laudibus Vigiliæ commemoratione, ad
tamen istius homiliæ locus non est, quemadmodum
venit in Officio novem Lectionum quando legenda
9 Lectio de homilia Feriæ vel Dominicæ anticipatæ;
temque in Officio Feriæ vel Dominicæ anticipatæ, q
juxta Rubricas in Officio trium Lectionum legi ne
homilia alterius Officii. *Caval. to.* 2 *c.* 15 *d.* 4 *n.*
Occurrente Vigilia in Feriam aliquam majorem, ut
pra, si de Festo agatur Officium, in Ecclesiis Cat
dralibus etc. binæ celebrandæ erunt Missæ Conv
tuales, una de Festo sine commemoratione Feriæ
Vigiliæ; altera de Feria cum commemoratione Vigili
Confer c. 8 *n.* 2 *et seqq.* Si vero Officium sit de Feri
una tantum Missa Conventualis celebrabitur, scilicet
Feria cum commemoratione Vigiliæ. *Rubr. tit.* 3 *n.*
Occurrente autem Vigilia in Dominicam anticipatam,
fiat Officium de Festo, duas pariter opus est Mi
Conventuales celebrari, alteram nempe de Festo c
Dominicæ commemoratione, ejusque Evangelio in f
alteram de Vigilia sine commemoratione Festi ac Do
nicæ. Quod si Dominicæ anticipatæ persolvatur Offici
rursum necesse est ut binæ Missæ Conventuales ce
brentur, una scilicet de Dominica anticipata; alter
Vigilia. *Caval. l. cit. n.* 14 *et* 15.

XIII. Si duæ Vigiliæ simul occurrant, in Officio u-
nius omittitur commemoratio alterius; ac si Offici
fiat de Festo novem Lectionum, in hoc solum comme-
moratio agitur, cum nona Lectione de homilia, illius
Vigiliæ, cujus Festo in occursu alterius prælatio est
tribuenda. In Missa vero, si sit de Festo, utriusque
Vigiliæ commemoratio peragitur; si de Vigilia, comme-
moratio alterius Vigiliæ adjungitur. Ratio porro cur in
Officio unius Vigiliæ fieri nequeat alterius commemo-
ratio, vel in Officio de Festo commemoratio utriusque,
hæc est quia nempe Officium de Vigilia est Officium de
Feria, de Feria autem agi nequit Officium simul et

commemoratio, aut duplex commemoratio; idcirco necesse est ut de una Vigilia nihil prorsus fiat. Ob eamdem rationem nihil pariter agitur de Vigilia occurrente in Feriis majoribus, ut supra animadversum est. In Missa vero de Vigilia locum habet commemoratio alterius Vigiliæ, et si sit de Festo, commemoratio agitur utriusque Vigiliæ; quia cum hæc commemoratio dumtaxat consistat in Oratione, quæ est propria, non ea censetur commemoratio Feriæ, sed Sancti potius, cujus Festum per Vigiliam prævenitur. *Caval. l. cit. d.* 2 *n.* 18 *et* 19. Quoties duæ in diem eamdem incidunt Vigiliæ, ut supra, si Officium persolvatur de alterutra, unica pariter Missa Conventualis in Ecclesiis Cathedralibus etc. de ea Vigilia erit celebranda cum alterius commemoratione; at si Officium agatur de Festo, tunc binæ dicentur Missæ Conventuales; altera scilicet de Festo sine commemoratione Vigiliarum, altera de Vigilia, cujus Officium fuisset persolvendum, nisi Festum occurrisset, cum alterius Vigiliæ commemoratione. *Caval. l. cit. n.* 20.

24. — I. In anno Communi, hodie Festum agitur S. Mathiæ Apostoli. Si hoc incidat in Quadragesimam, legitur 9 Lectio de homilia Feriæ, cujus fit commemoratio in Vesperis, Laudibus et Missa cum ejus Evangelio in fine. Cum Festum istud occurrit in Feria quarta Cinerum, quoad Officium et Missam in diem proximam non impeditam transfertur.

II. Anno Bissextili, hodie, nisi occurrat Dominica, agitur Vigilia S. Mathiæ. Propterea si nullum adsit Festum hac die reponendum, et necdum cœperit Quadragesima, Officium de Vigilia fit ex Feria occurrente, ut in Psalterio; Absolutio et Benedictiones sumuntur ut supra n. 13 post Epiphaniam; tres Lectiones leguntur de homilia in Evangelium Vigiliæ, cum Oratione ut in Breviario; tria ℟℟. item sunt de Feria ordine in Rubrica tit. XXVII n. 5 et 7 præscripto; ac Preces feriales adjiciuntur cum Suffragiis, quibus præmittitur commemoratio Crucis, flexis genibus. *S. R. C.* 29 *Mart.* 1851 *in Adrien. ad* 1. Si prima dies sit Mensis non impedita, recitabitur Officium Defunctorum etc. uti edi-

ximus c. 7 n. 5 et c. 8 n. 25. Porro in Quadragesima totum Officium erit de Feria, et nihil in eo de Vigilia agetur. Missa, extra Quadragesimam, est de Communi Vigiliæ unius Apostoli, color violaceus, 2 Oratio Concede, 3 *Ecclesiæ* vel pro Papa, Præfatio communis: in Quadragesima autem erit de Feria cum Vigiliæ commemoratione, absque hujus Evangelio in fine.

III. Si Vigilia S. Mathiæ occurrat, ejusque Officium agatur in Feria tertia post Dominicam Quinquagesimæ, quum hoc in casu Festum S. Mathiæ oporteat transferri, Vesperæ erunt de Feria currenti ut in Psalterio cum Precibus ferialibus et Suffragiis, ut supra n. praecedenti; Oratio autem de Dominica proxime elapsa, non vero de Vigilia (*Rubr. tit.* 34 *n.* 5), neque de Feria quarta Cinerum, quia hujus Officium incipit a Matutino. *Rubr. tit.* 5 *n.* 2.

IV. Anno Bissextili in Martyrologio hodie iterum dicitur: *Sexto Kalendas Martii Luna.....* (eadem nempe ac heri), deinde *In Judæa* etc. ut in ipso Martyrologio die 24. Die autem 25 leguntur Festa descripta sub hac die 25, tamquam celebranda die 26, ac ita porro usque ad finem Mensis. Festorum enim, quæ in anno Communi occurrunt vel fixa sunt diebus 24, 25, 26, 27 et 28 Februarii, anno Bissextili proprii sunt dies 25, 26, 27, 28 et 29. *S. R. C.* 1 *Mart.* 1681 *in una Ord. Canonic. Reg. Lateran. ad* 6 *et Rubr. pecul. n.* 13. Et advertendum est, duplicem anno Bissextili litteram Dominicalem assignari, ac priorem, quæ mense Januarii assumpta est, in aliam posteriorem mutari a die 25 Februarii inclusive usque ad anni exitum, juxta Tabellam cap. 1 n. 9 exaratam, vel in præcedentem, ratione nimirum habita litterarum Dominicalium, prout in Menses singulos distribuuntur: idcirco si in Januario littera fuit *F*, a die 26 Februarii usurpabitur *E*.

25. — I. In anno Communi, apud nos (nisi incidat Dominica) fit de B. Sebastiano ab Apparitio. Anno autem Bissextili Festum agitur S. Mathiæ, etiam quoad Forum, ubi viget præceptum; itemque ubi est duplex primæ classis, agitur etiam in occursu Dominicæ privilegiatæ secundæ classis, quia anno Bissextili Festum S. Mathiæ

die 25 habetur tamquam occurrens, non uti proprie translatum, quemadmodum n. superiore animadvertimus.

II. Si Festum S. Mathiæ transferri contigerit ad tempus Paschale, Officium ex hoc tempore erit sumendum, præter Lectiones proprias et Orationem. Missa vero legenda erit ex Festo S. Marci 25 Aprilis, præter Orationes, Epistolam et Evangelium, quæ hauries ex Missali hac ipsa die. Si autem transferatur post tempus Paschale, ultimus ℣. Gradualis cum *Alleluja,* ubi desit in proprio, sumetur ex Missa S. Matthæi Apostoli et Evangelistæ 21 Septembris.

26. — Hodie in anno Communi et die 27 in Bissextili, apud nos (nisi obstet Dominica) fit de S. Ignatio Episcopo et Martyre; ideoque in Oratione Canonis *Nobis quoque peccatoribus* ad nomen *Ignatii* caput erit inclinandum. Quoties Festum hoc transfertur ad tempus Paschale, Missa quidem propria legitur, sed post Epistolam ℣℣. cum *Alleluja* sumuntur ex Missa *Protexisti* de Communi tempore Paschali.

27. — Hodie in anno Communi et die 28 in Bissextili, apud nos (nisi occurrat Dominica) Officium agitur B. Eustochii Virginis Messanensis. Quum porro ejus Missa sit *Vultum tuum* de Communi, idcirco in Tractu non repetitur ℣. (si adsit) *Audi filia* etc., sed illico subjungitur *Quia concupivit* etc. Idque plane servabitur in hac Missa a Septuagesima ad Pascha. *S. R. C.* 7 *Sept.* 1816 *in Tudent. ad* 24 *et* 11 *Sept.* 1841 *in Mechlinien.*

ANNOTANDA

IN FERIAS ET DOMINICAS QUADRAGESIMÆ

1. Feria tertia post Dominicam Quinquagesimæ in Martyrologio 1 loco legitur *Dies Cinerum* etc. Si in hac Feria ctum sit Officium de ea, ipsius quoque erunt Vesperæ cum ratione Dominicæ præcedentis, ac Suffragiis, et Precibus antum Dominicalibus ad Completorium, quia Officium

Feriæ IV Cinerum Preces feriales exposcens incipit a Ma-tutino. Ubi occurrat die crastina Festum simplex sive per se sive per accidens, Vesperæ similiter persolventur de Feria ut supra, et de Simplici fiet dumtaxat commemoratio. *Rubr. tit.* 11 *n.* 9 *et* 10 *et Caval. to.* 1 *c.* 6 *d.* 1 *n.* 47. Si porro celebratum sit Festum duplex vel semi-duplex, dicentur Vesperæ de eodem, sine commemoratione Feriæ, at in semiduplici cum Suffragiis, et Completorium erit cum Precibus.

2. A Feria quarta Cinerum usque ad Dominicam in Albis inclusive non celebrantur Octavæ (absque peculiari S. Sedis concessione, vel consuetudinis privilégio quæ Bullæ Pianæ anterior sit. *Consule quæ præmonuimus c.* 1 *n.* 1.) et si qua cœpta fuerit, non completur, sed Feria hac adveniente cessat et abrumpitur. *Rubr. tit.* 7 *n.* 1. Quapropter ubi dies Octava incidit in Feriam quartam Ci-nerum, illa plane prætermittitur; ibi enim Octava, etiam apud Privilegiatos, finem habet ad Nonam diei præcedentis; ideoque si in Feria tertia post Dominicam Quinquagesimæ actum sit de septima die infra quampiam Octavam, Vesperæ erunt de ipsa Feria tertia, ut n. antecedenti ex-plicuimus, sine ulla Octavæ commemoratione, quia dies septima Vesperis caret; ac subinde dicentur Suffragia, et ad Completorium Preces. Quod si celebratum fuerit Festum aliquod duplex vel semiduplex, secundæ Vesperæ agentur de ipso, sine commemoratione Octavæ et Feriæ, sed in semiduplici cum Suffragiis, et ad Completorium cum Precibus. *Rubr. pecul. n.* 50 *et* 204 *ac S. R. C.* 23 *Jun.* 1736 *in Einsidlen. ad* 4. Ubi vero in Feria tertia occurrit dies infra Octavam a die septima diversus, si in eadem Feria Officium illius diei recitatum sit, Vesperæ quoque erunt de die infra Octavam (sine commemoratione Feriæ, ac sine Suffragiis et Precibus); deinceps porro de Octava nihil amplius fiet a non Privilegiatis. Quod si Fe-stum fuerit celebratum duplex vel semiduplex, secundæ Vesperæ de ipso erunt cum commemoratione Octavæ, ob quam hodie neque dicentur Suffragia neque Preces, quam-vis Officium semiduplex sit; at peracta Octavæ comme-moratione, nihil amplius a non Privilegiatis de illa agen-dum est. Apud Privilegiatos porro de die infra Octavam,

si incidat in Feriam quartam Cinerum, nihil quidem agitur in Laudibus et Missa, ac proinde persolvuntur Preces Feriales, Suffragia, Psalmi Graduales et Officium parvum B. M. V. uti constans mos est; sed in Vesperis Octava resumitur, ejusque fit Officium vel commemoratio juxta concurrentiæ leges. *Rubr. pecul. n.* 49 *et S. R. C.* 24 *Jan.* 1682 *in Marsicana ad* 2 *et* 3.

3. Feria quarta Cinerum est privilegiata primæ classis, idcirco quodcumque Festum in ea occurrens transfertur. *Rubr. tit.* 10 *n.* 1. Simplicis tamen vel instar simplicis fit commemoratio (sine ejus Lectione) in Laudibus et Missa. Quoad Vesperas servandæ erunt concurrentiæ regulæ. In Feria quarta hac, atque etiam in Feriis quinta, sexta et Sabbato sequentibus, omnia dicuntur ut ibi et in Psalterio per annum. Quoad Absolutionem et Benedictiones, recole quæ innuimus n. 13 post Epiphaniam. In Officio de Tempore per totam Quadragesimam omittitur *Te Deum*, et postremæ Lectioni adjungitur Responsorium. Ad Laudes (et per Horas) ab hac die usque ad Feriam quartam majoris Hebdomadæ, in Officio feriali adduntur Preces feriales, flexis genibus (ab Hebdomadario quidem usque ad ℣. *Dominus vobiscum* ante primam Orationem; ab aliis usque ad ℣. *Benedicamus Domino* post ultimam Orationem. *Rubr. tit.* 34 *n.* 4) cum Suffragiis, quibus præmittitur commemoratio Crucis; sed enim Suffragia dumtaxat locum habent usque ad Dominicam Passionis. Prædictæ Preces etc. dicuntur etiam ad Vesperas, quando sunt de Feria.

4. In Quadragesima Missa de Tempore quotidie est propria. In ea jugiter prætermittitur *Gloria*, si modo excipias Feriam quintam in Cœna Domini ac Sabbatum sanctum. A Feria quarta Cinerum usque ad Dominicam Passionis 2 Oratio est *A cunctis*, 3 *Omnipotens*, nisi occurrat commemoratio Simplicis, tum quippe 2 Oratio erit de Simplici, 3 *A cunctis*, Oratio *Omnipotens* est prætereunda. Tractus legitur tantum in Missa Feriæ secundæ, quartæ et sextæ usque ad Feriam quartam majoris Hebdomadæ. *Credo* dumtaxat dicitur in Dominicis ac Feria quinta in Cœna Domini. Præfatio *Qui corporali jejunio* recitatur, etiam in Dominicis, nec non in Festis Sanctorum propriam non habentibus, a Feria quarta Cinerum usque ad Domi-

nicam Passionis. *Rubr. tit.* 12 *n.* 2 *et S. R. C.* 18 *Dec.* 1779 *in una Ord. Min. Observ. ad* 19. Celebrans in Missa feriali a prima die Quadragesimæ usque ad Feriam quartam majoris Hebdomadæ, lecta triplici aut duplici Post-communione cum suis conclusionibus, antequam pronunciet *Dominus vobiscum*, stans in eodem loco ante librum profert *Oremus, Humiliate capita vestra Deo* ac subdit Orationem super populum ibi descriptam. In Missis de Tempore pro *Ite Missa est*, substituitur *Benedicamus Domino* præterquam in Missa Feriæ quintæ in Cœna Domini et Sabbati sancti; itemque adhibebitur color violaceus, exceptis pariter Feria quinta et Sabbato majoris Hebdomadæ quibus in Missa congruit color albus. Rursum in Missa solemni de Tempore (si quidem exceptio fiat Dominica *Lœtare*, Feriæ quintæ in Cœna Domini ac Sabbati sancti) Ministri in Ecclesiis præcipuis, nempe in Cathedralibus, Collegiatis, aliisque insignibus sive Regularium illæ sint sive Parochiales, utuntur Planetis plicatis ante pectus, sibi vero Albas induunt cum Manipulis, et pro Diacono cum Stola transversa. *Rubr. tit.* 19 *n.* 6 *et* 7, *S. R. C.* *Mart.* 1631, *Guyetus lib.* 3 *c.* 29 *q.* 12 *et Meratus p.* *tit.* 1 *n.* 4. Non pulsantur Organa, nec floribus ornantur Altaria. *Cærem. Ep. lib.* 1 *c.* 28 *et S. R. C.* 22 *Jul.* 18[illegible] *in Florent. ad* 2. Stola latior, qua utitur Diaconus loco Planetæ plicatæ, quamque deponit ad Rubricæ præscriptum, præferre tres Cruces nequit ut Stola communis. *S. R. C.* 25 *Sept.* 1852 *in una Venetiarum ad* 7. Quoad Missam sacræ Ordinationis, vide quæ Mense Septembris adnotabimus de tempore sub finem n. 2.

5. In Feria quarta Cinerum post Nonam (cum Paramentis ut in benedictione Candelarum secunda Februarii) benedicuntur Cineres collecti e combustis ramis olivarum aliarumve arborum, præcedenti anno in Dominica Palmarum benedictis, et super capita Fidelium imponuntur. *Rubr. in Fer. IV Cinerum.* Hi Cineres debent esse aridi ad modum pulveris, non madidi instar luti. *S. R. C.* 23 *Maj.* 1603 *in Egitanien. ad* 6. Celebrans in recipiendo Cineres a digniore de Clero minime e Suppedaneo descendit; eique incumbit subsequentem Missam celebrandi obligatio. *Confer quæ exposuimus sub die* 2 *Febr. n.* 1, *S*

dos, expleta Missa privata, potest quidem Cineres diibuere, non tamen sibimetipsi imponere. *S. R. C.* 16 *rt. 1833 in Veronen. ad* 5.

6. Feria quarta Cinerum ac duobus subsequentibus bus, Vesperæ persolvuntur hora consueta, Sabbato vero leinceps per totam Quadragesimam (in Choro ex præto, extra Chorum de congruo) recitantur ante Comenem seu ante meridiem, tam in Festis quam in Feriis, eptis diebus Dominicis, quibus nempe dicuntur hora isueta (*). *Rubr. in Feria IV prædicta.*

7. Officium sex Dominicarum in Quadragesima agitur ritu semiduplici. *Rubr. tit.* 2 *n.* 1. Singulæ nihilominus it majores et privilegiatæ, et quidem prima, quinta et ta sunt primæ classis, ac proinde excludunt quodcums Festum, neque unquam omittuntur. Secunda vero, tia et quarta sunt secundæ classis, et cedunt tantum urrenti duplici primæ classis (*recole adnotationem* *j.* 183); in quo fit semper earum commemoratio in isque Vesperis, Laudibus et Missa, cum 9 Lectione de milia ad Matutinum et Evangelium in fine Missæ. *Rubr. ev. tit.* 9 *n.* 4 *et* 9 *ac tit.* 10 *n.* 1 *et Missal. tit.* 7 *n.* 1 *tit.* 13 *n.* 1 *ac S. R. C.* 26 *Nov.* 1733 *in Hispalen. ad* Lectiones porro cujusque Dominicæ in primo Nocturno, amvis omnes Initia non sint, necesse est ut transferan- in primam diem proximam non impeditam infra prom Hebdomadam. *S. R. C.* 26 *Nov.* 1735 *in Hispalen.* 6, *Rubr. pecul. n.* 183 *et Caval. to.* 2 *c.* 34 *d.* 11 *n. et* 2. Aliis Quadragesimæ diebus (excepta Feria quarta nerum, uti superius n. 3 declaratum est) usque ad jorem Hebdomadam, celebratur occurrens Festum dux aut semiduplex, etiam translatum, cum commemotione Feriæ in utrisque Vesperis, Laudibus et Missa, ac ejus Lectione ad Matutinum et Evangelio in fine Missæ,

(*) Diebus Quadragesimalis jejunii Vesperæ persolvuntur ante ridiem seu comestionem ad aliquod veteris disciplinæ vestim retinendum. Primis enim Ecclesiæ sæculis nonnisi post speras, quæ sole ad occasum vergente dicebantur, fas erat nium solvi. *Vide Tetamum.*

etiamsi Festum illud sit duplex primæ classis, quia Feriæ Quadragesimæ ejusmodi privilegio potiuntur. De Simplici sola commemoratio locum habet in primis Vesperis, Laudibus et Missa, absque ejus Lectione ad Matutinum. De Vigilia vero in Ferias Quadragesimæ incidente, nihil in Officio agitur, sed tantum commemoratio fit in Missa. *Confer quæ animadvertimus sub die* 23 *Febr. n. XII.*

8. In Quadragesima non celebrantur Octavæ, nisi ex privilegio, ut supra declaratum est n. 2. Ubi autem hoc privilegium viget, si dies Octava incidat in aliquam ex Dominicis Quadragesimæ, Octava ipsa cessat omnino ad Nonam diei præcedentis; quo nempe die si actum sit Officium de septima die infra Octavam, Vesperæ erunt de Feria cum Psalmis Sabbati, a Capitulo Dominicæ. Si vero in Dominicam illam dies incidat infra Octavam, nulla quidem Octavæ agitur commemoratio in Dominicæ Laudibus et Missa, ac subinde dicuntur Suffragia (si necdum cœperit Hebdomada Passionis) et Preces, uti alias; in secundis tamen Vesperis Octava resumitur, ejusque commemoratio fit vel Officium juxta concurrentiæ et occurrentiæ leges; si modo exceperis Dominicam Palmarum, in cujus nimirum primis Vesperis, peracta commemoratione diei infra Octavam, de hac nihil amplius agitur, propterea quod in tota majori Hebdomada vetitum plane est, etiam apud Privilegiatos, Octavas celebrari aut protrahi. *S. R. C.* [illegible] *Jun.* 1736 *in Einsidlen. ad* 5 *et Rubr. pecul. n.* 49 *et* [illegible] Quod vero ad dies attinet infra Octavam, incidentes in Ferias Quadragesimæ (excepta Feria quarta Cinerum et tota majori Hebdomada, ut jam præmonuimus), quoties non celebretur Festum duplex vel semiduplex, Officium erit quidem de die infra Octavam, cum nona Lectione et commemoratione occurrentis Feriæ, sed Missæ erunt omnes de Feria cum Octavæ commemoratione. *Recole quæ ediximus sub die* 23 *Febr. n. VII.* Verum de die Octava tam Officium, quam Missæ celebrantur, uti evenit in duplicibus.

9. Hymni, ℣., ac ℟℟. brevia Dominicæ primæ retinentur pro Officio de Tempore etiam in sequentibus Dominicis et Feriis usque ad Dominicam Passionis. *Rubr. in Dom.* 1 *Quadragesimæ.* Invitatorium *Non sit vobis vanum* dum-

tat in Officio Dominicæ adhibetur. Ad Primam hujusce ficii in locum Psalmi *Confitemini* sufficitur Psalmus *Dominus regnavit* usque ad Dominicam Palmarum. Antipho- et Capitula Feriæ secundæ post Dominicam primam iadragesimæ recitantur in feriali Officio usque ad Dominicam Passionis. *Rubr. Feriæ prædictæ.* Item a prima ominica ad alteram usque Passionis, ℣. post Nocturnos Officio sive Dominicali sive Feriali sumitur de tempore iadragesimæ.

10. Per totam Quadragesimam (excepta majori Hebdomada) in Choro atque in feriali Officio, Feria secunda rsolvitur Officium Defunctorum (*de quo confer c.* 7 *n.* 5 *seqq.*); Feria quarta dicuntur Psalmi Graduales; Feria xta Psalmi Pœnitentiales cum Litaniis. *Rubr. Feriæ IV nerum.* Psalmorum Gradualium recitatio locum habet ite Officium parvum B. M. V. (*de quo recole quæ expoimus c.* 7 *n.* 2 *et seqq.*) et ante Matutinum diei. Psalmi enitentiales cum Litaniis recitantur flexis genibus post udes diei, dicto *Benedicamus Domino.* Porro Psalmi aduales queunt persolvi pridie sub vesperam Feriæ rtiæ post Completorium. *S. R. C.* 7 *Sept.* 1850 *in Massien. ad* 1. Possunt itidem Psalmi Pœnitentiales dici post mpletorium Feriæ quintæ, si adsit consuetudo. *S. R. C. Aug.* 1603 *in Lauden. et Rubr. pecul. n.* 236. Addititia hæc non licet in Choro præterire ob consuetudinem inctam post Bullam Pianam quæ Breviario præfixa est. *R. C.* 20 *Mart.* 1660 *in Nolana,* 22 *Sept.* 1817 *in Alendrina ac* 20 *Dec.* 1864 *in Oppidensi.*

11. Toto Quadragesimæ tempore cessat privilegium retandi semel in mense vel hebdomada etc. Officia votiva, iamquam in concessione restrictio nulla adpareat, nisi cens Indultum obtentum sit expressim Officia illa perittens etiam in Quadragesima. *Vide c.* 3 *n.* 4.

12. In Festis novem Lectionum in Quadragesima occurntibus, Lectiones primi Nocturni, si propriæ deficiant, imendæ erunt de Communi. *Consule quæ adnotavimus b die* 15 *Jan. n. II.* Quid vero agendum infra Octavam l die Octava apud Privilegiatos, vide c. 2 n. 34.

13. In Quadragesimæ decursu quoties Officium agitur Festo duplici aut semiduplici, vel apud Privilegiatos

de die Octava, in Ecclesiis Cathedralibus, Collegiatis Regularium binæ celebrantur Missæ Conventuales. Vi *supra c.* 8 *n.* 2 *et seqq.* Attamen si in Dominicis Quadı gesimæ secundæ classis agi contingat Festum duplex p mæ classis, una dumtaxat de Festo celebrabitur Mi Conventualis, cum commemoratione Dominicæ ejusque vangelio in fine. *S. R. C.* 5 *Jul.* 1698 *in Collen. ad* In Quadragesima non dicitur Missa Conventualis (de quie) pro Defunctis, neque pro eis fit commemora *Rubr. tit.* 5 *n.* 1 *et* 2. At hæc Rubricæ prohibitio de c memoratione pro solis Defunctis intelligenda est: com moratio enim pro vivis simul et defunctis quotidie ag usque ad Dominicam Passionis per Orationem *Omnipo* etc.; quare necesse non fuit aliam particularem pro functis præscribere. *Caval. to.* 3 *c.* 8 *d.* 1 *n.* 16. S Feria secunda Quadragesimæ, quando persolutum est cturnum Defunctorum, adjungi oporteat in Missa diei c memorationem Festi simplicis, sufficit tertia Oratio *A ctis;* quod si dicatur quarta *Omnipotens*, quinta eri libitum. *S. R. C.* 4 *Maj.* 1709 *in Pistorien. ad* 1.

14. Feria tertia post Dominicam primam Quadrage habet Orationem Secretam ut in Missa *Salus autem* Communi plurimorum Martyrum. Quamobrem si ha pro quopiam Festo Missa illa celebretur, Secreta F sumetur ex sequenti Feria quarta. Contra si comm ratio facienda sit Festi simplicis eam Secretam hab pro istius commemoratione petetur altera ex Missa *pientiam* de eodem Communi. Item in Feria sec post Dominicam secundam Quadragesimæ, Postcomm est eadem ac in Missis *Sacerdotes Dei* de Com unius Martyris Pontificis et *Salus autem* de Com plurimorum Martyrum. Quapropter si die illa in Festum eam Postcommunionem habens, pro Feri metur altera ex sequenti Feria tertia. Contra si co moratio agatur Festi simplicis illam Postcommuni habentis, pro hoc altera legenda erit ex Missa *Statu Sapientiam* de Communi quod congruat. Postcomm Feriæ 6 post Cineres, atque Oratio super populum non Vesperarum Feriæ 4 post Dominicam 2 Quad simæ minime concludendæ sunt *In unitate ejusdem*

simpliciter *In unitate Spiritus sancti* etc. *S. R. C.* 12 *Nov.* 1831 *in una Marsor. ad* 49, *et Missale Rom. typicum Romæ edit. an.* 1861. In Feria 2 post Dominicam 3 Quadragesimæ eadem Postcommunio est ut in Missa *Sapientiam* de Communi plurimorum Martyrum. Quocirca si agatur ea die Festum cum illa Missa, tunc Feriæ Postcommunio erit ut in proxima Feria tertia. Quod si Festi illius utpote simplicis fiat tantum commemoratio, pro eo dicetur Postcommunio ex Missa *Salus autem* de eodem Communi. Feria 5 post Dominicam 3 Quadragesimæ, in Ecclesia Ss. Cosmæ et Damiani, minime eorum nomina sunt omittenda in Oratione *A cunctis. Recole superius adnotata post Septuag. n.* 4. Sabbato post Dominicam Passionis eadem Postcommunio occurrit ut in Missa *Me expectaverunt* de Communi Virginis et Martyris. Propterea si die illa pro quopiam Festo hæc Missa celebretur, Postcommunio Sabbati petenda erit ex sequenti Dominica. Si versa vice facienda sit Festi ejusmodi dumtaxat commemoratio, pro hoc Postcommunio suppetet ex Missa *Loquebar* de eodem Communi. Ac ita jugiter præstandum est in similibus. *Consule quæ præmonuimus c.* 6 *n.* 15. Præfatæ nihilominus Orationum commutationi tum minime datur locus, cum binæ Missæ Conventuales celebrantur, quia scilicet in una omitti oportet commemorationem alterius, nequit sane occurrere Orationum identitas. *Confer dicta c.* 8 *n.* 3 *et* 4.

15. Quando in Feriæ cujuspiam Missa plures adsunt propriæ Orationes (quod nempe usuvenit in Feria quarta et Sabbato Quatuor Temporum, in Feria 4 post Dominicam 4 Quadragesimæ ac Feria 4 majoris Hebdomadæ), atque ipsius solum agenda sit commemoratio, quia nimirum incidit in Festum duplex vel semiduplex, pro commemoratione hac dicitur prima Oratio, quæ concordat cum Officio. *Rubr. tit.* 7 *n.* 4. At quoties celebranda est Missa ejusmodi Feriarum plures Orationes et Lectiones seu Epistolas habentibus, tunc post *Kyrie eleison* pronunciatur *Oremus* etc. ut ibi, et ante Orationes, quæ Lectionem postremam seu Epistolam immediate præcedunt, dicitur loco et more solito ℣. *Dominus vobiscum* etc. In Missa tamen Feriæ quartæ ac Sabbati Quatuor Temporum Pentecostes ante ℣. *Dominus vobiscum*, recitatur *Gloria in ex-*

KALENDARIUM

TRIUM ORDINUM S. P. FRANCISCI

D. M.	FESTA MARTII
1	B. Mathiæ de Nazareis V. (2 O.) d. min. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *De virg.*, 2 pr., 3 *Decem virg.* In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *Vult. tuum* or. pr., Ev. ex Mis. *Dilex.* In Mart. 1 l. *S. Martinæ.* In Vesp. com. seq. ant. *Simile est,* et fer. in Quadr.
2	S. Martinæ V. et M. sem. c. rub. ad Mat. et Laud. hym. pr. *uti jacent*, ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *Confitebor,* 2 pr., 3 *Decem virg.* In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *Loquebar* 2 et 3 Oratio de temp., in Quadr. 3 Oratio *A cunctis.* In Mart. 1 l. *S. Titi.* Vesp. seq. (M. S.) or. pr., com. præc., et fer. in Quadr.
3	S. Titi Ep. et C. d. min. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *Fidelis sermo,* 2 pr., 3 *Designavit* de Com. Ev. In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *Statuit* or. pr., Ev. ut 25 Apr. In Vesp. com. seq. or. pr. (fer. in Quadr.) ac S. Lucii Pp. et M.
4	S. Casimiri C. sem. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *Justus,* 2 pr., 3 *Sint lumbi,* com. S. Lucii in L. et M. *Os justi* or. pr., 3 loc. *A cunct.* extra Quadr. In Quadr. 9 l. et com. fer. ante S. Luc. etc. In Mart. 1 l. *Neapolis.* Vesp. seq. ℣. et or. pr., com. fer. in Quadr. tant.
	Indulgentia plenaria
5	S. Joannis-Joseph a Cruce C. (1 O.) d. 2 cl. c. alb. ll. 1 n. *Beat. vir,* 2 pr. *in B. rec.*, 3 *Nolite.* In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *Justus* or. ppr. et *Cr.* In Mart. 1 l. *Ap. Gandavum.* Vesp. a cap. seq. ℣. et or. pr., com. præc. ℣. *Justum,* et fer. in Quadr.

celsis etc. *Rubr. in præfatis Feriis.* Porro in Missa solemni, cui plures, ut supra, Lectiones sint seu Epistolæ, Subdiaconus ex iis tantum ultimam decantat; aliam seu alias eodem in loco aliquis cantat Lector Superpelliceo indutus. *Talù in Officio Hebdomadæ sanctæ.*

16. In Missa solemni Dominicæ quartæ Quadragesimæ, Ministri sacri utuntur Dalmatica et Tunicella, pulsantur Organa, et floribus ornantur Altaria (*). *Rubr. tit.* 19 *n.* 6 *et Cærem. Ep. lib.* 1 *c.* 28 *n.* 2.

17. In Missa Festorum semiduplicium quæ incidunt in Quadragesimam, 2 Oratio est de Feria currenti, 3 vero quæ in Feriæ Missa secundo loco præscribitur. *Rubr. tit.* 9 *n.* 4 *et* 5. Quod si Festi simplicis facienda sit commemoratio, tunc tertia de isto Oratio erit, altera de tempore prætermissa.

18. Occurrente Festo ritus semiduplicis cum Feria etiam majori vel Vigilia, non licet Missam privatam de ejusmodi Feria vel Vigilia more votivo celebrare. *S. R. C.* 21 *Jul.* 1855 *in una Patriarchalis Basilicæ Vaticanæ.*

(*) Dominica quarta Quadragesimæ vocatur *Lætare*, quia ex hac voce incipit ejus Missæ Introitus, quodque lætitiam præsefert, idcirco in ea Organi permittitur modulatio, et Dalmaticæ adhibentur. *Vide Tetamum.*

KALENDARIUM

TRIUM ORDINUM S. P. FRANCISCI

D. M.

FESTA MARTII

1 B. Mathiæ de Nazareis V. (2 O.) d. min. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *De virg.*, 2 pr., 3 *Decem virg.* In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *Vult. tuum* or. pr., Ev. ex Mis. *Dilex.* In Mart. 1 l. *S. Martinæ.* In Vesp. com. seq. ant. *Simile est,* et fer. in Quadr.

2 S. Martinæ V. et M. sem. c. rub. ad Mat. et Laud. hym. pr. *uti jacent*, ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *Confitebor*, 2 pr., 3 *Decem virg.* In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *Loquebar* 2 et 3 Oratio de temp., in Quadr. 3 Oratio *A cunctis.* In Mart. 1 l. *S. Titi.* Vesp. seq. (M. S.) or. pr., com. præc., et fer. in Quadr.

3 S. Titi Ep. et C. d. min. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *Fidelis sermo*, 2 pr., 3 *Designavit* de Com. Ev. In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *Statuit* or. pr., Ev. ut 25 Apr. In Vesp. com. seq. or. pr. (fer. in Quadr.) ac S. Lucii Pp. et M.

4 S. Casimiri C. sem. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *Justus*, 2 pr., 3 *Sint lumbi*, com. S. Lucii in L. et M. *Os justi* or. pr., 3 loc. *A cunct.* extra Quadr. In Quadr. 9 l. et com. fer. ante S. Luc. etc. In Mart. 1 l. *Neapolis.* Vesp. seq. ℣. et or. pr., com. fer. in Quadr. tant.

Indulgentia plenaria

5 S. Joannis-Joseph a Cruce C. (1 O.) d. 2 cl. c. alb. ll. 1 n. *Beat. vir*, 2 pr. *in B. rec.*, 3 *Nolite.* In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *Justus* or. ppr. et *Cr.* In Mart. 1 l. *Ap. Gandavum.* Vesp. a cap. seq. ℣. et or. pr., com. præc. ℣. *Justum,* et fer. in Quadr.

Indulgentia plenaria

B 6 S. Coletæ V. (2 O.) d. 2 cl. c. alb. ll. 1 n. *De virg.*, 2 pr. *in B. rec.*, 3 *Decem virg.* In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *Vult. tuum* or. pr., Ev. ex Mis. *Dilex.* et *Cr.* In Vesp. com. seq. ant. *O Doctor* or. pr. (fer. in Quadr.) ac Ss. Perpetuæ et Felicitatis Mm. ut ibi.

C 7 S. Thomæ Aquin. C. et Doct. d. min. c. alb. Omn. de Com. Doct. præter ll. 2 n. pr., com. Ss. Mm. in L. et M. pr. cum *Cr.* In Quadr. 9 l. et com. fer. ante Ss. Mm. etc. Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc., et fer. in Quadr.

D 8 S. Joannis de Deo C. d. min. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *Beat. vir*, rel. pr. In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. ut ibi. In Mart. 1 l. *Bononiæ.* Vesp. seq. ℣. ant. ad Mag. et or. pr., com. præc. et fer. in Quadr.

Indulgentia plenaria

E 9 S. Catharinæ Bonon. V. (2 O.) d. 2 cl. c. alb. ll. 1 n. *De virg.*, rel. cum ant. ad Bened. pr. In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. ut ibi cum *Cr.* In Vesp. com. seq. or. pr., et fer. in Quadr.

F 10 Ss. Quadraginta Mm. sem. c. rub. ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *Fr. debit.*, 2 pr., 3 *Descendens.* In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. ut ibi, 2 et 3 Oratio de temp., in Quadr. 3 Oratio *A cunct.* In Mart. 1 l. *S. Franciscæ.* Vesp. seq. or. pr., com. præc., et fer. in Quadr.

G 11 S. Franciscæ Rom. Vid. d. min. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *Mulierem fortem*, 2 pr., 3 *Thesauro.* In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *Cognovi* or. pr. Vesp. a cap. seq. ant. ad Mag. *O Doctor* or. pr., com. præc., et fer. in Quadr.

A 12 S. Gregorii I Pp. C. et Doct. d. min. c. alb. ll. 1 n. *Sapientiam*, rel. pr., 8 ℟. *In medio.* In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. ut ibi cum *Cr.* In Mart. 1 l. *Tuderti.* Vesp. a cap. seq. (M. S.) or. pr., com. præc., et fer. in Quadr.

13 B. Rogerii C. (1 O.) d. min. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *Justus*, rel. de Com. 1 loco. In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *Os justi* or. pr. In Mart. 1 l. *In Piceno*, 2 *Lugduni*. Vesp. a cap. seq. (M. S.) or. pr., com. præc., (fer. in Quadr.) ac Translationis S. Bonaventuræ ut ibi.

14 B. Petri de Monticulo C. (1 O.) d. min. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *Justus*, 2 pr., 3 *Sint lumbi*, com. Transl. in L. et M. *Os justi* or. pr. In Quadr. 9 l. et com. fer. ante Translat. etc. In Mart. 1 l. *Solemnis*. Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc., et fer. in Quadr.

15 Commemoratio Ss. Reliquiarum in Ecclesiis trium Ord. S. P. N. Francisci asservatarum d. min. c. rub. ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *Fr. debit.*, 2 pr., 3 *Descendens*. In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *Sapientiam* or. ppr. et *Cr*. In Mart. 1 l. *Senis*. Vesp. a cap. seq. (M. S.) or. pr., com. præc., et fer. in Quadr.

16 B. Petri Senen. C. (3 O.) d. min. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *Justus*, 2 pr., 3. *Sint lumbi*. In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *Os justi* or. pr. Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc., et fer. in Quadr.

17 S. Patritii Ep. et C. d. min. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *Fidelis sermo*, 2 pr., 3. *Homo pereg*. In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *Statuit* or. pr. In Mart. 1 l. *Calaris*. Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc., et fer. in Quadr.

18 B. Salvatoris ab Horta C. (1 O.) d. min. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *Justus*, 2 pr., 3 *Nolite*. In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *Justus* or. pr. Vesp. seq. pr., com. præc., et fer. in Quadr.

19 S. Joseph C. Sp. B. M. V. d. 2 cl. c. alb. Omn. pr. In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. ut ibi sine *Cr*. In Mart. 1 l. *Camerini*. In Vesp. com. seq. or. pr., et fer. in Quadr.

20 B. Joannis Parmensis C. (1 O.) d. maj. c. alb. ll. 1 n. *Beat. vir*, 2 pr., 3. *Ecce nos*. In Quadr. 9 l.

et com. fer. etc. Mis. de Com. Ab. orr. ut in
loco. In Vesp. com. seq., et fer. in Quadr

C 21 S. Benedicti Ab. d. min. c. alb. ll. 1 et 2 ı
3 *Ecce nos*. In Quadr. 9 l. et com. fer. ete
de Com. Ab. In Mart. 1 l. *Auximi*. Vesı
or. pr., com. præc., et fer. in Quadr.

D 22 S. Benvenuti Ep. et C. (1 O.) d. maj. c. alb
n. *Fidelis sermo*, rel. de Com. 2 loco. In
9 l. et com. fer. etc. Mis. *Sacerd. tui* or.
Mart. 1 l. *S. Petri*. In Vesp. com. seq.
Doctor or. pr., et fer. in Quadr.

E 23 S. Petri Damiani Ep. C. et Doct. d. min.
(M. S.) ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr.
sermo, 2 pr., 3 cum 8 ℟. de Com. Doct. In
9 l. et com. fer. etc. Mis. *In medio* or. pr
In Mart. 1 l. *Solemnis*. Vesp. seq. pr. ult. P
fitebor, com. præc., et fer. in Quadr.

F 24 S. Gabrielis Arch. d. maj. c. alb. Omn. pr. In
9 l. et com. fer. etc. Mis. *Prævenerunt* c
Vesp. seq. pr., com. præc. et fer. in Qu

G 25 Annuntiatio B. M. V. d. 2 cl. c. alb. Omn.
ult. ant. 3 n. *Angelus Dom*. In Quadr.
com. fer. etc. Mis. pr. cum *Cr*. ac Præ
in Annunt. In Solemni cum cantat. ℣. Sy
incarnatus Celebr. et Ministri genufl. In
l. *In Castro*. In Vesp. com. seq. or. pr.,
in Quadr.

A 26 B. Rizzerii de Mucia C. (1 O.) d. min.
(M. S.) ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr.
2 pr., 3. *Sint lumbi*. In Quadr. 9 l. et c
etc. Mis. *Os justi* or. pr. In Mart. 1 l.
pedæ. Vesp. a cap. seq. (M. S.) or. pr
præc., et fer. in Quadr.

B 27 B. Peregrini a Falerono C. (1 O.) d. min. c.
1 n. de Scr. occ., in Quadr. *Beat. vir*, 2
Nolite. In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. M
stus or. pr. In Mart. 1 l. *Vicentiæ*. Vesp.
seq. (M. S.) or. pr., com. præc., et fer. in

C 28 B. Marci de Monte Gallo C. (1 O.) d. min.
ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *Justus*, 2

Sint lumbi. In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *Os justi* or. ppr. In Mart. 1 l. *Bennis.* Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc., et fer. in Quadr.

29 B. Paulæ Gambara Costa Vid. (3 O.) d. min. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *Mulierem fortem,* 2 pr., 3 *Thesauro.* In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *Cognovi* or. ppr. In Mart. 1 l. *Fulginei.* Vesp. seq. or. pr., com. præc., et fer. in Quadr.

30 B. Angelæ Fulgin. Vid. (3 O.) d. maj. c. alb. Omn. de Com. non virg. præt. ll. 2 n. pr. In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *Cognovi* or. pr. Vesperæ juxta concurrentiæ leges.

31 B. Bernardi a Corleone C. (O. Cap.) sem. ad lib. Omn. ut in fine Breviarii.

— *Feria VI post Dom. Passionis* fit de Festo Septem Dolorum B. M. V. d. maj. c. alb. Omn. pr., 9 l. et com. fer. in L. et M. pr. cum Seq., *Cr.*, Præf. *Et te in Transfix.* ac Ev. fer. in fin. Ad 1 ℣. *Qui passus.* Vesperæ juxta concurrentiæ regulas. Die præcedenti in Mart. 1 l. dicitur *Festum* etc.; item ad Completorium et per Horas diei in fine hymn. dicitur *Jesu tibi sit gloria qui natus* etc.

ADNOTATIONES

in Festa Martii

Dies Mensis 1. — I. Ante Quadragesimam prima die non impedita dicitur Officium Defunctorum. *Vide c.* 7 *n.* 5 *et cap.* 8 *n.* 25.

II. Hoc mense apud Regulares legitur in publica Mensa Decretum Alexandri VII *Licet alias* cum reliquis ad S. Officium spectantibus.

2. — Quoties Festum S. Martinæ V. et M. transfertur, si integras habeat primas Vesperas, vel saltem a Capitulo, itemque ubi secundæ ejus Vesperæ sint integræ, Hymnus *Martinæ celebri* producitur usque ad *quærit præmia* et absolvitur per stropham *A nobis abigas;* ad Matutinum vero Hymnus *Non illam* dicitur usque ad finem. Cum porro minime transfertur, Hymnus Vesperarum adjungitur Hymno Matutini sub unica conclusione *A nobis abigas* etc. *S. R. C.* 12 *Nov.* 1831 *in una Marsor. ad* 47 *et Rubr. nostri Franc. Brev.* Unio hæc conficitur, ut historiæ ordo servetur. Nihilo tamen secius putat Cavalerius *(to.* 2 *c.* 39 *d.* 4 *n.* 2 *)* haud necessum esse prædictos Hymnos uniri, cum Festum S. Martinæ integras obtinet secundas Vesperas, ideoque Hymnum primarum Vesperarum recitari posse ad Matutinum, Hymnum Matutini ad Laudes, ac Hymnum Laudum ad secundas Vesperas. Inde patet quid præstari debeat, quoties tres proprii adsunt Hymni juxta ordinem historiæ exarati; nam si desit historiæ ordo, iidem plane recitandi sunt, prout distributi reperiuntur, neque unquam alicujus partis omissioni per unionem est prospiciendum. At si ex Hymnis sint aliqui dissimili metro, in iis jungendis ejusdem metri, ratio habeatur, illorumque unio fiat, quin historia interturbetur, prætermissa Hymni prioris clausula, in qua tribuitur Trinitati laus. *Consule Caval. l. cit. n.* 2 *et* 3.

4. — Si hodie occurrat Feria secunda post Dominicam secundam Quadragesimæ, Postcommunio pro S. Lucio legenda erit ex Missa *Statuit* de eodem Communi. *Vide superius adnotata in Quadrag. n.* 14. Ubi vero Officium

S. Lucii duplex est vel semiduplex, Missa dicitur *Sa-cerdotes Dei* de Communi, et Feriæ Postcommunio sumitur ex proxima Feria tertia.

— Si aliquando contingat ut Festum S. Joannis-Joseph integras habeat secundas Vesperas, vel ejus commemoratio commemorationem alterius antecedat, illius ℣. erit *Ora pro nobis* etc. Ac id simili in casu semper fiat.

— I. Si Feria secunda post Dominicam tertiam Quadragesimæ occurrerit hac die 7, pro commemoratione Sanctarum Martyrum Perpetuæ et Felicitatis varianda est Postcommunio; quæ nimirum tum in re quæ imploratur, tum fere etiam in verbis eadem est ac Postcommunio illius Feriæ; quod sane videtur sufficere, ut vim suam plane obtineat Rubrica Missalis tit. VII n. . *Vide quæ innuimus c.* 6 *n.* 10 *sub finem ac n.* 15. Postcommunio igitur recitabitur, quæ exhibetur in Missa de Communi unius Martyris non Virginis; sed quotquot ibi adsunt singulares voces plurali numero efferentur. Ubi vero de his Ss. Martyribus celebranda sit Missa, illa erit *Me expectaverunt* de Communi unius Martyris non Virginis, ac vicissim Postcommunio Feriæ petetur ex proxima Feria tertia. *Consule quæ animadversa sunt in Quadrag. n.* 14. Sive autem Sacrum fiat, sive tantum commemoratio Ss. Mm. Perpetuæ et Felicitatis, in Oratione Canonis *Nobis quoque peccatoribus* ad nomen *Perpetuæ* et *Felicitatis* inclinandum est caput.

II. Quoties Festum S. Thomæ Aquinatis transfertur ad tempus Paschale, vel post Pentecosten, in primo casu ℣℣. post Epistolam, in altero ultimus ℣. Gradualis cum *Alleluja*, si ibi deficiant, sumuntur ex Missa de Communi Doctorum.

— In Missa S. Joannis de Deo legendum Evangelium non usque ad verba *Universa lex pendet et prophetæ*, sed plane integrum prout habetur in Dominica VI post Pentecosten. *S. R. C.* 5 *Maj.* 1736 *in Einsidlen.*

— Si quando Festum S. Catharinæ Bonon. in diem transferatur carentem nona Lectione de homilia vel de Festo simplici, tunc Lectio VII desinit ad verbum *Excluderent*, VIII inchoatur a voce *Itaque* usque ad finem,

IX demum erit quæ alias fuisset Octava. *Rubr. nostri Breviarii.*

10. — I. Occurrente Festo Ss. Quadraginta Martyrum in Feria quinta post Cineres, Secreta Feriæ commutanda est cum altera Feriæ sextæ sequentis. Occurrente vero in Feria tertia post Dominicam primam Quadragesimæ, pro Feria hac Postcommunio subrogatur proximæ Feriæ quartæ. At contra si de Ss. Quadraginta Martyribus agenda sit commemoratio in Dominica quarta Quadragesimæ, eo quod locus desit translationi, illorum Secretam opus erit petere ex Missa *Sapientiam* de Communi.

II. Si Festum Ss. Quadraginta Martyrum transferatur ad tempus Paschale, inde Officium sumitur cum Lectionibus secundi Nocturni propriis, tertii autem de Communi tempore Paschali 2 loco. Missa præter Introitum, Orationes, Epistolam et Communionem quæ habentur in proprio, erit *Sancti tui* de Communi tempore Paschali. *Confer quæ infra adnotabimus de tempore Paschali n.* 13.

11. — Quum in Missali pro Festo S. Franciscæ Romanæ simpliciter præscribatur Missa *Cognovi* de Communi, non licet Epistolam legere *Viduas honora*. Idipsum præstandum est, quoties aliter Missale aut concessio Apostolica expressim non decernit. *S. R. C.* 11 *Sept.* 1841 *in Namurcen. ad* 5.

12. — Ubi Festum S. Gregorii Papæ et Doctoris in diem transferatur carentem nona Lectione de homilia vel de Festo simplici, Lectio VIII incipit a vocibus *Et sæpe videmus* ac desinit ad verba *rebus et exemplis ostendimus*; IX vero ibi pergit *Nullum autem putamus* usque ad finem. *Ex Octavario Romano.*

14. — Quando aliqua Dominica Quadragesimæ occurrit hac die 14, cum ℣. *Ora pro nobis* dicendus sit, apud nos, pro commemoratione Translationis S. Bonaventuræ, idcirco in Suffragiis ℣. de S. Maria erit *Dignare me* etc. *Rubr. nostri Brev. de Suffragiis et pecul. n.* 168. Attamen S. R. C. (*die* 18 *Decembris* 1694 *in una Ord. Excalceator. SS. Trinitatis*) decrevit in casu simili ita mutandum esse ℣., ut ℣. *Ora pro nobis* adhibeatur pro B. M. V. et pro aliis desumatur ex Communi congruente.

Verum nobis minime abscedendum est a præscripto Breviarii nostri jam a S. Sede, post editum illud Decretum, denuo adprobati.

— I. Si Festum sacrarum Reliquiarum etc. ad tempus Paschale transferatur, Officium, exceptis propriis, ex eo tempore sumitur secundo loco. Missa, præter Orationes quæ propriæ habentur, est *Sancti tui* de Communi tempore Paschali.

II. In Missa Festi Ss. Reliquiarum, quæ asservantur in Ecclesiis trium Ordinum S. P. N. Francisci, additur *Credo* ex peculiari præscripto nostri Missalis jam a S. R. C. approbati; ex Rubrica enim tit. XI illud ibi tantum præcipitur dicendum, ubi *Corpus* vel *insignis Reliquia* colitur ejus Sancti, cujus Missa celebratur. Cavalerius nihilominus (*to.* 1 *c.* 4 *d.* 16 *n.* 31) autumat recitari posse *Credo* apud quoscumque Regulares in casu prædicto; quia cum Festum illud ad omnes prorsus Reliquias pertineat, quorum thesaurus Ecclesias exornat totius Ordinis seu Religionis, profecto improbabile est aliquas ibi non inveniri Reliquias insignes Christi Domini, B. M. V., vel Apostolorum, aut Ss. Doctorum, quorum Missæ ex se juxta Rubricam *Credo* exposcunt. Rursum *Credo* dici posse videtur etiam in Missa Beati, cujus ex Indulto Pontificio persolvitur Officium, in Ecclesia ubi insignis extet ipsius Reliquia, dummodo persolvatur sub ritu duplici. *Meratus p.* 1 *tit.* 11 *n.* 10.

III. Quamvis Festum omnium simul Reliquiarum, ut supra, agatur ex Apostolico Indulto; æque tamen de singulis, ubi asservantur, licet agi, imo vero debet, si usu receptum sit. *S. R. C.* 29 *Mart.* 1783 *in una Nullius Prov. Toletanæ, Rubr. pecul. n.* 2 *et Caval. to.* 1 *c.* 4 *d.* 16 *n.* 17. Verum ut cujuspiam Reliquiæ Officium celebrari possit, necesse est 1.° Ut illa sit unius e Sanctis in Martyrologio Romano descriptis: nisi certo constet, eum, evulgato jam Martyrologio, deinceps in Sanctorum Album fuisse relatum; quo casu utcumque in una et altera Martyrologii editione illius mentio forte desideretur, id nihilominus Officium non impedit. Sufficit porro, ut in Martyrologio *Sancti* appellatio eidem

conferatur, vel (si ibi *Beatus* aut vocatur *Venerabilis*) certum sit, fuisse vere ac proprie canonizatum juxta Ecclesiasticam sui temporis disciplinam. Quandocumque alterutra ex hisce conditionibus deficiat, etiamsi Beatus vel Sanctus in quapiam v. gr. Diœcesi, alio ex capite Officium legitime obtineat; istud nihilo secius caret ritu duplici minori in Ecclesia, ubi insignis Reliquia colitur, si in tota Diœcesi ritus semiduplex sit. 2.° Ut Reliquia custodiatur in una eademque Ecclesia; nisi forsitan ingruente bello, aliave simili de causa ad breve tempus alio fuerit asportata. Nec enim satis est, servari illam in Ecclesia Matrice (tametsi Cathedrali) aut in alia Ecclesia qualibet, excepto quod hæc aut accessoria sit, aut adeo adnexa, ut ambæ velut in unum fabricæ corpus coaluerint, et unica tantum Ecclesia censeantur. Sufficit porro, ut asservetur ibidem per tempus non valde modicum, quamquam instar depositi, commodati etc. 3.° Ut unius sit ejusdemque Sancti Reliquia insignis. Insignes dumtaxat existimantur Caput, Brachium, Crus, multoque magis totum Corpus. Ejusmodi quoque est Corporis pars magna; complexio videlicet plurium partium, quæ nullam licet ex partibus enumeratis contineat, illarum tamen magnitudinem exæquet, vel ad eam proxime accedat. Propterea pro insigni minime habetur pars aliqua, veluti Tibia, Pes, Manus, Maxilla etc.; nisi forte illa adsit Corporis Reliquia, in qua speciali modo præ ceteris partibus, Martyr passus est. Verum neque hoc quidem casu, pars exigua, uti Dens, Auricula, Digitus, Os, Unguis etc., jus celebrandi Officii affert, tametsi pars illa a Deo signis illustribus decoretur. 4.° Ut Reliquia, si minus physice, at moraliter saltem integra existat sive naturaliter, sive artis ope, et quidem impræsentiarum; quare integritate cessante confestim Officii privilegium amittitur. 5.° Ut illa sit legitime approbata ab Ordinario Loci; vel illius approbatio facta ab alio hanc facultatem habente, ab Ordinario fuerit recognita. Id porro neutiquam intelligendum est de Reliquiis, quas constat, saltem per testes idoneos, esse in antiqua, sexagenaria scilicet et ultra, itemque pacifica publici cultus possessione. Quod vero ad conspi-

iam attinet Corporis partem, in qua peculiari modo assus est Martyr; nisi ea vetus suffragetur possessio on modo cultus, verum etiam Officii, approbatio illa 'rdinarii Loci, seu recognitio necessaria omnino est. t enim ubi contigerit Reliquiam qualemcumque ab rdinario, vel a Prælato Regulari in actu Visitationis ispendi, statim ab Officio et a cultu quoque cessanum est. 6.° Ut denique Reliquiæ identitas pateat per 'rdinarii approbationem (quæ sufficit, ut ipsius fieri fficium possit, quoties sententiæ discrepant super ejus lentitate); aut, ubi ex dictis approbatio illa non reuiritur, saltem Reliquiæ identitas in comperto sit per ntiquam ipsam, de qua paullo ante sumus elocuti, ultus possessionem. Satis porro est ad Officium celerandum approbatio eadem, vel possessio, quamvis ceeroquin Reliquia aliis incertis ita sit permixta, ut nullo acto discerni queat. *Rubr. pecul. n.* 2 *et seqq. ac S. R. C.* 13 *Jan.* 1631 *Decr. gener.*, 3 *Jun.* 1662 *in una Dubii et* 11 *Aug.* 1691 *Decr. gener.*

IV. Nisi præfatæ sex conditiones simul præsto sint,)fficium (ratione scilicet ac jure Reliquiæ) peragi prorus nequit, non inquam altiori, sed ne simplici quidem itu, sub pœna nimirum non faciendi satis Divini Offiii penso. Ubi vero conditiones illæ suppetant omnes nicum nihilominus celebrari fas est Officium, etiam de ancto, qui illud jam ex alio titulo obtineat, vel cujus plures in Ecclesia extent Reliquiæ insignes. Ritu porro elebrandum est duplici minori, neque altiori (nisi lioqui debeatur), neque inferiori; nec non die, quæ ancti ejusdem Officio in proprio Kalendario jam præixa est, si modo, etiam seposito insignis Reliquiæ reрectu, Officio potiatur. Ubi vero de Sanctis aliis sermo it, dies assignanda Officio cujusque ex ipsis erit natatia. Quæ si impedita sit, aut ignoretur, id observari portet quod superius innuimus c. 4 n. 10 sub finem. *Rubr. pecul. n.* 8 *et seqq. ac S. R. C.* 15 *Febr.* 1659 *n Ajacen.*, 3 *Jun.* 1662 *in una Dubii*, 11 *Jan.* 1749 *in una Ord. Excalceatorum S. Aug. ad* 5, *et* 29 *Mart.* 1783 *n una Nullius Prov. Toletanæ.* Quid agendum sit, ubi Sanctus, cujus Reliquia insignis colitur, habeat Socios, am declaravimus c. 2 n. 27 et 28.

V. Festum hoc Ss. omnium Reliquiarum, cer
marium habendum est: quamquam enim de noı
Sanctis ad quos illæ spectant, contingat infra ;
iterum recitari Officium, difficillimum tamen est a(
dixerim impossibile, ut id ipsum contingat de om
quare Festum ejusmodi, uti primarium saltem
illos censeri oportet, quorum hac tantum vice
cris Reliquiis memoria recurrit.

17. — Festum S. Patritii Episcopi et Confessoris
sub ritu duplici minori ex Decreto Urbis et Orb
12 Maji 1859.

19. — I. Quoties Officium S. Joseph Sponsi B. M.
lebratur in Quadragesima, ex octava et nona L(
conficitur una, et 9 Lectio est de homilia Feriæ

II. Ubi Festum prædicti S. Joseph occurrat
minicis Quadragesimæ vel infra Hebdomadam ma
transfertur quoad Officium et Missam in diem
mam non impeditam juxta Rubricas, quippe c
hoc capite nullo gaudeat privilegio. Quamvis
transferatur, in Hymno Laudum verba illa *Hac* (
seph meruit perennis gaudia vitæ non erunt var
rite enim adhuc dici queunt, quia ad diem æqu(
runtur, qua S. Joseph perennis gaudia vitæ est
cutus. *Tetamus in diem hanc.* De causis ac ration
Hymnum aliosque transponendi, id recole quod e:
mus die secunda hujus Mensis. *Caval. to.* 2 *c.* 31 *d.*

III. Si Festum S. Joseph incidat in Feriam q
in Cœna Domini, ejus Officium transfertur ut n
cedenti declaratum est. Ceterum præceptum a
Sacrum et abstinendi a servilibus ubi viget adhu
vandum in ipsa Feria quinta; adeoque ab Ord
Locorum accurate est providendum, ut hac die
aliquot privatæ, ante celebrationem Missæ Conven
in qua Cleri Communio nequaquam erit omittend
præcepti adimplemento non desint. *S. R. C.* 13
1692 *Decr. gener.* Iisdem ferme verbis expressu
Decretum alterum pro Annuntiationis Festo. Ex (
Decretis Auctores recte colligunt, haud aliter f
dum in quovis alio Festo de præcepto quoad F(
si in majori Feria quinta alicubi occurrat. *Caval.*

c. 13 *d.* 10 *n.* 10. Itaque sapienter animadvertit Benedictus XIV (*to.* 11 *Institut. Eccl., institut.* 38 *n.* 10) quam maxime decere, ut Episcopus designet Ecclesias, in quibus tantummodo possint privatæ illæ Missæ celebrari, itemque numerum Missarum præfiniat in unaquaque ex designatis Ecclesiis juxta Civitatis magnitudinem, populique frequentiam. Ante Missam Conventualem seu Solemnem privatas dici opus est, uti fert Decretum; post illam quippe harum celebratio interdicitur. In prædicto autem casu Missæ privatæ omnino debent esse de Feria quinta occurrente, cum colore albo, *Gloria*, unica Oratione, *Credo* etc., sicut Solemnis; non de S. Joseph (aut de Annuntiatione), ne ibi quidem ubi est Patronus vel Titularis. *S. R. C.* 7 *Sept.* 1816 *in Tudent. ad* 15 *et* 16. *Confer etiam c.* 8 *n.* 5. Crux cooperta sit velo violaceo; hujus quoque coloris esto et Pallium Altaris. *Vide quæ præmonuimus sub die* 1 *Jan. n. IV.*

21. — I. Monachi Ordinis S. Benedicti Abbatis, itemque Moniales ejus Regulam profitentes privilegio fruuntur transferendi Festum S. Benedicti cum Officio, quoties incidat in diem aliquam majoris Hebdomadæ, ad Feriam tertiam post Dominicam in Albis tamquam diem propriam, etiamsi in hac Festum aliud occurrat æqualis ritus. *Benedictus XIII die* 23 *Jan.* 1727.

II. Item Festum S. Benedicti, quod alicubi sit de præcepto, incidens in diem quampiam majoris Hebdomadæ, transfertur in Feriam tertiam post Dominicam in Albis veluti in propriam diem, translato quocumque Officio etiam æqualis ritus in ea occurrente. *S. R. C.* 6 *Sept.* 1727 *in Fulden.* Hujusmodi autem concessio nihil admodum favet, ubi Festum S. Benedicti minime celebratur in Foro, cum obligatione videlicet audiendi Sacrum et abstinendi a servilibus, utcumque ibidem ritu gaudeat duplici primæ classis. *Caval. to.* 2 *c.* 13 *d.* 16 *n.* 14 *et* 17. Ceterum isthæc declaratio non modo suffragatur Ecclesiæ Fuldensi, qua implorante edita est, sed locis quibuslibet, ubi Festum S. Benedicti Abbatis agitur in Foro, sive est in præcepto, uti aperte colligitur ex ipsa declarationis formula generatim expressa. *Caval. l. cit. n.* 3. Ac privilegium juvat, etiamsi Festum

nonnisi per dimidium diei observetur in Foro, vel e-
tiamsi S. Benedictus non sit Loci Patronus. *Caval. l.*
cit. n. 10 *et* 12. Porro in hoc casu Festum pridie eri
annuntiandum in Martyrologio tamquam die propria, i-
temque cum Octava celebrandum, ubi nempe S. Abba
sit præcipuus Loci Patronus vel Titularis cum Festo in
Foro. *Caval. l. cit. n.* 18.

23. — Festum S. Petri Damiani Episcopi et Confesso
extensum est ad totam Ecclesiam cum Officio et Mis
de Communi Doctorum; sed Lectiones primi Noctur
sunt de Scriptura occurrente, et secundi propriæ cu
Oratione item propria. *S. R. C.* 27 *Sept.* 1828 *Decr.*
Urbis et Orbis. In Missa dicitur *Credo. Ita Missale Rom.*
typicum Romæ edit. an. 1861. Apud nos hac die agitu
utpote prima non impedita post diem 23 Februarii, qu
nempe pro Ecclesia universali præstituta est, quæqu
in nostro Kalendario occupatur ab Officio Cathedræ S
Petri Apostoli.

24. — I. Quandoquidem Festum S. Gabrielis Archange
caret secundis Vesperis, impeditis scilicet a sequen
Festo Annuntiationis, idcirco Rubrica nostri Breviar
in illius primis Vesperis præscribit ut dicatur ultim
Psalmus *Confitebor* ex secundis Vesperis; quæ Rubric
quum in aliis Breviariis minime reperiatur, ab iis ta
tummodo est usurpanda, qui Breviario nostro utunt
Si vero hoc Festum transferatur, ac de eo recitari q
que contingat secundas Vesperas, tunc in primis ul
mus Psalmus erit *Laudate Dominum omnes Gentes* etc.
Rubr. ibi. An S. Gabriel, ubi colitur sub ritu duplici
minori, prælationem obtineat supra alia Festa ejusdem
ritus, vide c. 4 n. 3 et c. 5 n. 2 III.°

II. In Quadragesima ex octava et nona Lectione S. Ga-
brielis Archangeli unica conflatur, et nona Lectio est
de Feria etc. Ubi vero transferatur ad tempus Paschale,
℟℟. brevia cum *Alleluja* sumuntur ex Festo Apparitionis
S. Michaelis Archangeli 8 Maji. *Rubr. ibi.*

III. In Officio S. Gabrielis Archangeli ad octavam
benedictionem pronunciatur *Cujus Festum colimus,* non
autem *Quorum Festum colimus* etc. *S. R. C.* 13 *Sept.*
1692 *in Hispalen. ad* 5. In hoc enim Officio, S. Ga-

brielis tantummodo, non item ceterorum Angelorum, imploratur auxilium, ut ex Orationibus aperte liquet.
. — I. Quotiescumque Festum Annuntiationis agitur in Quadragesima, ex Lectionibus octava et nona unica conficitur, ac nona Lectio erit de Feria etc. Ejusmodi tempore ne ibi quidem, ubi Annuntiatio est principalis Patrona vel Titularis, celebrari potest cum Octava, nihil contraria consuetudine obstante. *S. R. C.* 12 *Sept.* 1840 *in Pistorien.*

II. Si quando Festum Annuntiationis concurrat cum Festo VII Dolorum B. M. V. sub ritu duplici majori (vel secundæ classis), Vesperæ sunt de Annuntiatione, absque commemoratione alterius Festi. *S. R. C.* 3 *Sept.* 1672 *in Corduben. ad* 4. *Vide etiam c.* 6 *n.* 8.

III. Ubi transferri contingat Annuntiationis Festum, ad ℣. Symboli *Et incarnatus*, dum cantatur a Choro, Celebrans et Ministri sacri, si sedent, non genuflectunt hodie, sed ipsa translationis die. *S. R. C.* 25 *Sept.* 1706 *Decr. gener.*

IV. Si hoc Festum occurrat in Dominica tertia vel quarta Quadragesimæ, non agitur Officium de Annuntiatione, nisi ubi celebratur sub ritu duplici primæ classis, v. gr. quia nimirum est principalis Patrona vel Titularis. *S. R. C.* 1 *Sept.* 1612 *in Ulysbonen.* Verum Ecclesia Aniciensis privilegio gaudet Officium hoc persolvendi, tametsi incidat in Dominicam tertiam vel quartam, ac celebretur sub ritu duplici secundæ classis. *S. R. C.* 31 *Aug.* 1839. At si occurrat in Dominica Passionis, illud erit ubique, quoad Officium et Missam, transferendum. Solemnis tamen Missa de Annuntiatione ubi est Titularis, vel concursu ingenti populus confluit, cani permittitur in tribus quoque præfatis Dominicis; qua in Missa ad ℣. Symboli *Et incarnatus* Celebrans et Ministri genuflectent. *Vide superius c.* 8 *n.* 5 *et* 6. Jam vero in triplici illo casu Officium cum Missa reponitur in Feria secunda proxime insequente, translato quocumque Festo etiam æqualis, non autem altioris ritus. *S. R. C.* 20 *Jul.* 1748 *Decr. gener.* Hæc porro ubi occurrente Festo impediatur altioris ritus, rursum translatio fiet in Feriam alteram similiter non impeditam quæ

proxime subsequatur. *Rubr. pecul. n.* 96 *et S. R. C.* 7 *Sept.* 1850 *in Mechlinien. ad* 1 *in casu simili.*

V. Quoties Festum Annuntiationis incidit in Hebdomadam Majorem vel Paschalem, transfertur dumtaxat quoad Officium et Missam (excepto casu, de quo infra n. VII) in Feriam secundam post Dominicam in Albis, inde amoto quocumque Festo etiam æqualis, non autem altioris ritus (excepto item casu, de quo infra n. VIII). *S. R. C.* 20 *Jul.* 1748 *Decr. gener.* Propterea si ibi Officium altioris ritus occurrerit, reponetur in proxima Feria a qua simile impedimentum absit. *Rubr. pecul. n.* 96 *et S. R. C. ut n. præcedenti in fine.*

VI. Si quando Annuntiationis Festum occurrat in Feria quinta in Cœna Domini, transfertur cum Officio et Missa in Feriam secundam post Dominicam in Albis, quemadmodum n. præcedenti explicuimus. Præceptum vero audiendi Sacrum et abstinendi a servilibus, servandum æque perstat in præfata Feria quinta. Quocirca Ordinarii Locorum id ipsum provideant necesse est, quod, uti innuimus die 19 n. III, pro Festo S. Joseph præcipitur. *S. R. C.* 12 *Sept.* 1716 *Decr. gener.*

VII. Cum Annuntiationis Festum incidit in Feriam sextam in Parasceve vel in Sabbatum sanctum, illud transferri opus est una cum præcepto audiendi Sacrum et abstinendi a servilibus in Feriam secundam post Dominicam in Albis; et in hac Feria, quoad Officium et Missam (servato quidem Paschali ritu) eodem prorsus modo, ac die ipsa 25 Martii, celebrandum est. *S. R. C.* 11 *Mart.* 1690 *Decr. gener.* Quamobrem pridie annuntiatur in Martyrologio prout legitur die 25, nec non Missæ in Oratoriis privatis æque in Feria illa prohibentur.

VIII. Quotiescumque accidit ut hoc idem Festum transponatur quoad Chorum simul et Forum, ut n. superiore declaravimus, præfertur ceteris omnibus Festis occurrentibus etiam ritus altioris; quæ proinde erunt transferenda in diem proximam non impeditam juxta Rubricas, vel reponenda, ubi adsit Indultum Apostolicum, in Feria tertia, aliave certa die. In casu hoc Annuntiatio ubi est principalis Patrona vel Titularis, itemque ubi ejus Octava ex privilegio agitur in Quadragesima, celebratur

dem cum integra Octava. At enim ubi transferatur
mtaxat quoad Chorum, extra nempe binos casus n. VII
pressos, antefertur quidem cuicumque translato e-
m primæ classis, non tamen Festis majoris ritus
eamdem diem incidentibus; et ubi Annuntiatio est
trona etc., ut supra, nihil prorsus de Octava a-
idum est, nisi forte infra Octavam ipsam occurrat
nslatio; tunc quippe fit de ea Officium, vel comme-
ratio (juxta occurrentiæ vel concurrentiæ leges), iis
tum Octavæ diebus, qui supersunt. *Recole quæ præ-
nuimus c.* 2 *n.* 32. Lectiones porro Octavæ ac die-
n infra ipsam, erunt in primo Nocturno de Scriptura
urrente; in secundo petentur ex Octavario Romano
alio quocumque Festo B. M. V.; pro tertio tandem
nentur ex Festo S. Gabrielis Archangeli, vel Expe-
tionis Partus, vel Translationis almæ Domus Laure-
iæ; quinimo repeti pro libito poterunt tam in secundo
am in tertio Nocturno Lectiones diei Festo assignatæ.
R. C. 2 *Sept.* 1741 *in Aquen. ad* 1 *et* 22 *Mart.* 1817
cr. gener.

IX. Si Festum Annuntiationis incidat in Festum, quod
beat juxta occurrentiæ regulas anteponi, transferen-
m erit in diem proxime sequentem, quæ pari modo
n impediatur. *Rubr. pecul. n.* 94 *et* 96.

X. Si alicubi in Feria sexta in Parasceve vel in
bbato sancto occurrat Festum de præcepto in Foro,
nsferri nequit obligatio audiendi Missam et vacandi
servilibus, sine speciali privilegio, sed iisdem diebus
plenda est. Ac in Parasceve abstinendum quidem est
vilibus, non vero adstandum Missæ Præsanctificato-
m, prout jam die 19 Februarii 1622 S. R. C. decla-
vit, cum interdum Festum Annuntiationis in Parasce-
n incideret, tum quippe eadem S. R. C. necdum
creverat ut in casu prædicto Festum Annuntiationis
m utroque præcepto in Feriam secundam post Do-
nicam in Albis transferretur. Verum in Sabbato san-
non modo abstinentia a servilibus præstanda est,
l et Missæ auditio; quæ enim illa die celebratur, veri
minis Missa est. *Caval. to.* 2 *c.* 13 *d.* 13 *n.* 4 *et* 5
d. 15 *n.* 6. Id nihilominus vim tantum habet, si rem

veluti in abstracto inspicias: cum enim nonnisi Missa in Sabbato sancto celebrari queat, neque h singulis Ecclesiis, profecto grave nimis foret ac ı ficile, ut ad illam cuncta christiana plebs conve eapropter in hoc casu obligatio illos dumtaxat ol geret, qui Sacro possent absque gravi incommo teresse. *Caval. l. cit.* Ceterum ad scrupulos exim in hujusmodi casu valde expedit ut privilegium tretur in diem aliam transferendi duplicem illan gationem audiendi Sacrum, et abstinendi a serv quemadmodum illud deprecata est et obtinuit Ve sis Diœcesis pro Festo S. Zenonis Episcopi et M Patroni principalis, quoticscumque Feria sexta rasceve vel Sabbato sancto recurrit. *Caval. l. ci*

31. — Hodie occurrit, apud nos, Officium ad l Beati Bernardi a Corleone. Utrum liceat nec ne h: die reponere translatum aliquod perpetuo vel pe dens, superius indicavimus c. 4 n. 15.

Si Festum VII Dolorum B. M. V. primis Vesperis Hymnus Vesperarum dicitur ad Matutinum., H Matutini ad Laudes, et Hymnus Laudum in se Vesperis. Quod si hæ quoque desint, tunc Hymr sperarum conjungitur cum Hymno Matutini, et a des recitatur Hymnus ut ibi. *Rubr. nostri Brev. Caval. to.* 2 *c.* 25 *d.* 16 *n.* 3. Ubi Festum hoc c rat cum altero S. Benedicti a S. Philadelpho (3 A quod apud nos habet ℣. *Ora pro nobis*, pro com ratione VII Dolorum erit adhibendus ℣. *Regina rum* etc. ex Festo Septembris. In Officio ad o benedictionem non subjungitur *Cujus Transfixion limus*, sed *cujus Festum colimus*. Ac ita dicend in Festis omnibus B. M. Virginis. *S. R. C.* 13 1666 *in una Romana*.

II. Si Officium VII Dolorum in Festum incidat ris ritus, transfertur in Sabbatum proxime subse dummodo item occurrente Festo majoris ritus n pediatur. *Benedictus XIII Decr. gener. diei* 25 *Jan.* Cum porro ejusmodi Decretum expressim statuat cium VII Dolorum non cedere nisi Festo superio tus, videtur sane celebrari illud posse die etiam O

si qua forte apud Privilegiatos binis illis diebus occurrat. At enim si ambo jam dies sint Festis altioris ritus occupati, tunc Officium VII Dolorum opus erit penitus præteriri, tametsi impedimentum perpetuum foret. *Rubr. Secul. n.* 100 *et S. R. C.* 20 *Nov.* 1683 *in Lauden.*

III. In primo ℣. Gradualis Missæ VII Dolorum post verba *Hoc Crucis fert supplicium* addenda est vox *Auctor*, ac ita legendus *Hoc Crucis fert supplicium Auctor vitæ factus homo* etc. *S. R. C.* 12 *Sept.* 1857 *in una Dubiorum ad* 1. Ultimus ℣. ejusdem Gradualis dicendus extra Septuagesimam et tempus Paschale, hic est: *Alleluja, alleluja. ℣. Stabat sancta Maria, cœli Regina, et mundi Domina, juxta Crucem Domini nostri Jesu Christi dolorosa.* Sequentiæ adjungitur *Alleluja.* In votiva vero, quia Sequentiæ locus non adest, idcirco *Alleluja* subditur post ℣. *Ita Missale Rom. typicum Romæ edit. an.* 1861.

ANNOTANDA

IN TEMPUS PASSIONIS

1. Ante primas Vesperas Dominicæ Passionis non modo Cruces et Salvatoris Imagines, verum etiam Icones B. M. et Sanctorum sunt cooperiendæ, et quidem velo (violaceo) tam denso ut introspici nullo pacto possint (*). *Rubr. Miss. et S. R. C.* 7 *Sept.* 1850 *in Veronen. ad* 10 *et* 11. Sic porro coopertæ debent permanere, Cruces quidem usque ad detectionem, quæ Feria sexta in Parasceve primum a Celebrante peragitur; Imagines vero usque ad

---

(*) Hoc tempore Cruces et Imagines cooperiuntur in mœroris atque luctus indicium; speciatim vero ut hoc ritu significetur, quoad Christum, eum jam cœpisse apud Judæos non amplius palam ambulare, atque se abscondisse; quoad Sanctos autem, minime decere, ut pateat Servorum imago ac splendide colatur, dum eorum Domino *non est species neque decor. Confer Cretamum.*

Gloria in excelsis Missæ Sabbati sancti. *S. R. C.* 22
1848 *in Florent. ad* 3. Ante hos dies nullam ob ca
licet ex iis velum detrahere, etiamsi occurrat Festu
tularis etc.; ne occasione quidem Spiritualium Exer
rum detegenda est Imago Crucifixi. *S. R. C.* 16 *Nov.*
in Januen. ad 2 *et* 3 *ac* 7 *Sept.* 1850 *in Veronen. a*
Consuetudo nihilominus toleratur exponendi in Alta
ria sexta post Dominicam Passionis Statuam B. M. V
lorum. S. *R. C.* 12 *Nov.* 1831 *in una Marsor. ad* 58.
quo devotioni Fidelium satisfiat in Festo quod a
cujuspiam Sancti, id tolerari posse videtur, ut Re
exigua statuatur super Altare, vitro uti est anterius
nita, nulloque velamine obducta, ac ita porro Fid
osculis de more exhibeatur. *Confer Caval. to.* 4 *c.*

2. A primis Vesperis Dominicæ Passionis usq
Dominicam SS. Trinitatis consueta cessant Sanc
Suffragia (*) et de Cruce. *Rubr. hic.* Non itidem P
Rubr. tit. 34 *n.* 2 *et* 3.

3. Dominica Passionis est primæ classis, ideoq
pungit quodcumque Festum. *Rubr. tit.* 9 *n.* 3. Omn
cuntur ut ibi et in Psalterio tempore Passionis. *Vi*
meros sequentes.

4. Ad Completorium, aliasque Horas in ℟℟. bre
et ad Matutinum in ℟℟. Lectionum, omittitur ℣.
Patri in Officio de Tempore usque ad Pascha, sed rep
Responsorium (**). *Rubr. Brev.* Ad Completorium S
ante Dominicam Passionis et Palmarum supprimitur

(*) Tempore hoc Sanctorum Suffragia omittuntur,
Christo animum intendamus. *Gav. sect.* 5 *c.* 18 *n.* 17.

(**) Supprimitur *Gloria Patri* in perspicuum tristitiæ
mentum: non supprimitur porro jugiter ante postremun
duum majoris Hebdomadæ, sed adhuc adjungitur in fine
morum et alibi, ut innuatur nondum tristitiæ cumulu
cessisse; necdum enim Christus recolitur seu repræse
passus, crucifixus, mortuus et sepultus, sed solum in r
riam revocantur teterrimæ Judæorum machinationes de C
crucifigendo et occidendo. — Legitur demum Jeremias,
fortasse plura quam reliqui Prophetæ de Christi Passione
dixit. *Consule Tetamum.*

ria Patri in ℟. brevi, etiamsi in eo Festi semiduplicis (secus, si duplicis) recitatum sit Officium. Non est vero prætermittendus in ℟. Completorii Dominicæ Passionis, si Festum agatur, utcumque semiduplex, Feria secunda insequenti. Rursum non omittitur, si infra Hebdomadam Passionis Officium aliquod recitetur, semiduplex licet, ac die sequenti fiat de Feria, vel contra. *Rubr. pecul. n.* 197 *et Gav. sect.* 6 *c.* 12 *n.* 8.

5. In Officio de Tempore usque ad Feriam quintam in Cœna Domini Invitatorium est *Hodie si vocem Domini audieritis* etc., et in Psalmo *Venite* verba illa *Hodie si vocem ejus audieritis* etc. omittuntur, quia jam prolata sunt a Choro Invitatorium integrum repetente; quare Cantores seu alii prosequuntur *Sicut in exacerbatione* etc., ac ultimis verbis *Si introibunt in requiem meam* subjicitur Invitatorium *Hodie si vocem* etc., statimque ex toto Invitatorium ipsum iteratur *Hodie si vocem Domini* etc., ac ita Chorus præterit una cum ℣. *Gloria Patri* illud Invitatorii dimidium, quod extra tempus Passionis additur post *Gloria Patri* etc. *S. R. C.* 18 *Decembris* 1694 *in una Montis Regalis.*

6. Hymni, ℣℣., ℟℟. brevia et Lectio ad absolutionem Capituli, quæ habentur in Officio Dominicæ Passionis, dicuntur quoque in Dominica Palmarum, et in feriali Officio usque ad Feriam quintam in Cœna Domini. *Rubr. in Dom. Passionis.* Capitula quæ adsunt in Officio Feriæ secundæ post Dominicam Passionis adhibentur in feriali Officio usque ad Feriam quartam majoris Hebdomadæ. Antiphonæ vero per Horas inserviunt usque ad Dominicam Palmarum. *Rubr. in Feria* 2 *post Dom. Passionis.* A Dominica Passionis usque ad Feriam quartam majoris Hebdomadæ, ℣. post Nocturnos in Officio sive Dominicali sive Feriali sumitur de tempore Passionis. Et primum ℟. Dominicæ Passionis non repetitur infra Hebdomadam. *Rubr. ibi.*

7. In Dominicis Passionis et Palmarum ad aspersionem Aquæ benedictæ ante Missam, post Psalmum *Miserere* prætermittitur ℣. *Gloria Patri*, sed confestim iteratur Antiphona. *Rubr. in fine Missalis.* A Dominica Passionis inclusive usque ad Sabbatum sanctum exclusive, in Missa

de tempore non dicitur Psalmus *Judica* (*), nec ỷ. *Glo* *Patri* ad Introitum et ad Psalmum *Lavabo* etc. *Rubr* *ante et in Dominica Passionis.* Præterea a Dominica P sionis usque ad Feriam quartam majoris Hebdomadæ Missis de tempore Orationi diei additur dumtaxat Or altera *Ecclesiæ* vel pro Papa (non exclusis tamen Co ctis imperatis, si modo excipias Dominicam Palmar in qua unica legenda est Oratio. *S. R. C.* 20 *Apr.* 1 *in Cortonen. ad* 2). Si vero agenda sit commemor Festi simplicis vel instar simplicis, tunc opus erit terire Orationem *Ecclesiæ* vel pro Papa. *S. R. C.* 15 1736 *in una Rubricarum ad* 1. Quoties in Hebdon Passionis Festum semiduplex celebratur, in ejus Mis Oratio est de Feria, 3 *Ecclesiæ* vel pro Papa; huic ta locus deest, si commemoratio occurrat Festi simplicis. vero binæ dicuntur Missæ Conventuales, in utraque tum adjungitur Oratio *Ecclesiæ* vel pro Papa (non exc Collectis). Quod si incidat Simplex, hujus fit comme ratio in Conventuali de Festo, in eaque Oratio *Ecclesia* pro Papa prætermittitur. *S. R. C.* 10 *Jan.* 1693 *in* *Galliarum ad* 15. A Dominica Passionis usque ad Fe quintam in Cœna Domini, usurpatur quotidie, etia Festis Sanctorum propriam non habentibus, Præfati Cruce. *Rubr. in Dom. Passionis.* Dominica Passionis excludit Missam solemnem de Festo transferendo, ra Tituli, vel extraordinarii concursus etc. *Recole quæ* *mus c.* 8 *n.* 5 *et* 6. In Feria secunda post Domin Passionis, tametsi Nocturnum Defunctorum recitatur ex Rubricæ præscripto, non celebratur tamen Missa ventualis de Requie, neque Conventuali de Feria ad Oratio *Fidelium*; quæ Oratio ne dicenda quidem in quis Missis. *Rubr. tit.* 5 *n.* 2 *et S. R. C.* 11 *Jul.* 16 *Lugdunen. ad* 4.

(*) In Missa omittitur Psalmus *Judica*, quia quo ten mœstitia unice quæritur, vehementer dedecet ut mœstitia deamur velle quodammodo excutere per verba: *Quare tris* *anima mea, et quare conturbas me?* Vide Tetamum.

ANNOTANDA

IN HEBDOMADAM MAJOREM

1. In tota majori Hebdomada (*) nullum Festum agitur quamvis duplex primæ classis, ac si incidat, transfertur post Octavam Paschæ. *Rubr. tit.* 9 *n.* 3. Item neque licet Missam solemnem celebrare de Festis transferendis, neque Missæ diei eorum commemorationem addere. *Vide supra c.* 8 *n.* 5. Rursum neque Processiones ullæ in honorem Sanctorum sunt peragendæ. *S. R. C.* 4 *Aug.* 1663 *in una Urbis ad* 1 *et Caval. to.* 4 *c.* 20. Solemnioribus enim quibusdam anni diebus, quos potissimum Redemptionis nostræ Mysteriis recolendis consecravit Ecclesia, absonum plane est votiva Sanctorum Festa, utcumque sine eorum Missa, celebrare: quæ nimirum contra Ecclesiæ mentem populi devotionem alio avocarent, et augustam illorum Mysteriorum recordationem aliquatenus imminuerent: itaque recordatio hæc et devotio ne minimum quidem est distrahenda. *Cuppinus de Missis votivis.*

2. In majori Hebdomada Officium parvum B. M. V. et Defunctorum, nec non Psalmi Graduales et Pœnitentiales prætermittuntur; itemque privilegium celebrandi Octavas in Quadragesima omnino cessat. *Recole quæ adnotavimus in Quadragesimam n.* 8.

3. Functiones Hebdomadæ sanctæ non sunt de juribus mere Parochialibus. *S. R. C.* 10 *Dec.* 1703 *Decr. gener.*

4. Sabbato post Dominicam Passionis, in Martyrologio 1 loco legitur *Dominica Palmarum* etc. Dominica Palmarum est primæ classis, ac omnia dicuntur ut ibi, et supra. Si in hac Festum occurrat simplex sive per se, sive per accidens, de eo fit commemoratio (absque nona ejus Lectione) in Officio, non autem in Missa (*Rubr. Miss. tit.* 7 *n.* 1 *et S. R. C.* 28 *Mart.* 1775 *in una Ord. Min. Observ. ad* 6), quæ scilicet unam tantummodo Orationem

---

(*) Postrema Hebdomada Quadragesimæ nuncupatur *Major* et *Sancta*, quia ceteris præcellit amplitudine et sanctitate Mysteriorum, quorum memoriam repetit ac veneratur. *V. Tetamum.*

admittit, ac proinde excludit etiam Collectas imper pro re gravi. *Confer c.* 9 *n.* 5.

5. Post Tertiam, peracta de more Aquæ lustrali spersione, fit benedictio et distributio Palmarum, de Processio. Celebrans utitur Pluviali, Ministri in insigi quidem Ecclesiis (*recole superius adnotata in Quadr.* Planetas induunt plicatas super pectus cum Manip quos ante Processionem deponunt; alibi vero adsisti Albis cum Manipulis et Diaconus præterea cum Stola t versa. Si Benedictio conficiatur sine sacris Ministri vangelium canitur a Celebrante in cornu Epistolæ (*C.* 27 *Apr.* 1697 *in Eugubina*), neque liber thure a tur. Celebrans, in Dignitate licet constitutus, dum dist (Candelas, Cineres et) Ramos stare debêt aperto capi *R. C.* 31 *Mart.* 1629 *in Pientina*), et subsequentem sam celebrare. *Vide quæ præmonuimus sub die* 2 *n. I.* Rami gestantur manibus dumtaxat in Process et dum cantatur Passio et Evangelium. *Rubr. in Palmarum.* Si oportet vel decet fieri Benedictionem marum (idem subaudi de Benedictione Candelarur Ecclesia, ubi expositum est SS. Sacramentum pro tione XL horarum, illa perficienda est in Sacello ad pli latus quod, prout magis fert ædis structura, disi Ara maxima, in qua SS. Sacramentum patet adoi Fidelium, servatis cæremoniis omnibus in Missali pr ptis, sed omittenda est Processio. *S. R. C.* 17 *Sept. Decr. gener.* Id nihilominus intelligendum est, si q Oratio XL horarum diu noctuque producatur, non si quotidie intermittatur sub vesperam, in altero enim reponendum esset SS. Sacramentum donec Palmarum nedictio et Processio fuerit peracta.

6. Passio in Missa privata, etiamsi Conventuali, le est a Celebrante in cornu Evangelii. *S. R. C.* 4 *Aug. in una Dalmatiarum ad* 1 *et* 12 *Mart.* 1836 *in Trid ad* 3. In Solemni vero Passio legitur in cornu Epis Evangelium in cornu Evangelii. *S. R. C.* 28 *Sept. in Pisauren. ad* 3. Passio inchoatur absolute; non d *Munda cor meum*, non petitur benedictio, non defer luminaria, neque thuribulum: non pronunciatur *Do vobiscum*, nec respondetur *Gloria tibi Domine*, et

brans, seu Diaconus dum profert *Passio Domini nostri*, non signat librum neque seipsum. Id ceteris quoque diebus servatur quando legitur Passio. Passione expleta, recitatur (loco solito) *Munda cor meum*, benedictio poscitur, defertur sine luminaribus thus, quo adoletur liber, omittitur *Dominus vobiscum*, et Celebrans aut Diaconus non signat librum neque seipsum; tum quod sequitur post Passionem cantatur in tono Evangelii, ac in fine respondetur *Laus tibi Christe*, et Celebrans librum osculans, inquit *Per Evangelica dicta*, et incensatur. Hæc omnia in reliquis Passionibus perficienda sunt, præterquam Feria sexta in Parasceve. *Rubr. in Dom. Palmarum*. Quod porro de thurificatione præscribitur, id tantum ad Missam solemnem spectat. In Ecclesiis, ubi Celebrans præ Diaconorum vel Sacerdotum penuria, illam decantare cogitur Passionis partem quæ refert Christi verba, id quidem ab eo præstari permittitur, sed in cornu Evangelii (dummodo submissa voce legat quidquid ab aliis canitur). *S. R. C.* 12 *Mart.* 1836 *in Tridentina ad* 2 *et* 10 *Jan.* 1852 *in una Montis Politiani ad* 2. Passio canenda est a Diaconis (amictu, alba, cingulo, manipulo et communi stola transversa (*) indutis. *Cærem. Ep. lib.* 2 *c.* 21); non autem a Subdiaconis, ac multo minus a Laicis. *S. R. C.* 16 *Jan.* 1677 *in Hispalen. ad* 8. Sacerdos sub finem Missæ legere debet in hac Dominica Evangelium S. Joannis *In principio*, si proxime ante Missam benedixerit Ramos, secus Evangelium Benedictionis *Cum appropinquasset* etc. *Rubr. ibi et S. R. C.* 28 *Jul.* 1832 *in una Civitatis Castelli ad* 3.

7. In Feriis secunda, tertia et quarta majoris Hebdomadæ, omnia dicuntur ut ibi et in Hebdomada præcedenti. Quod ad Absolutionem et Benedictiones attinet, vide quæ præmonuimus post Epiphaniam n. 13. Ad Vesperas

(*) Diaconos Passionis cantores haud posse Stolæ communi latiorem superimponere, exploratum est cum ex Cœremoniali Episcoporum tum quoque ex Rubrica, quæ docet Stolam ampliorem supplere vices Casulæ plicatæ jam dimissæ; atqui hanc Diaconi illi nunquam deferunt, nedum dimittunt; ergo neque Stola latior ab iis est adhibenda.

in feriali Officio Antiphonæ et Psalmi sunt semper
Psalterio. Si in tres illas Ferias inciderit Festum si
vel instar simplicis, ejus commemoratio agitur (sir
ctione) in Officio et Missa, in qua tunc præteritur
Ecclesiæ vel pro Papa. Feria autem quarta in Marl
gio 1 loco diciur *Cœna Dominica* etc., ac illud si
non legitur amplius usque ad Dominicam Paschæ. Ul
occurrat Festum simplex sive per se, sive per acc
quia illud Feria quinta sequenti opus est omnino p
mitti, idcirco hodie quoque in Vesperis nulla illius
commemoratio. *Rubr. tit.* 11 *n.* 10.

8. In ultimo triduo majoris Hebdomadæ Mat
cum Laudibus pridie post Completorium recitatur in
inclinata jam die, hoc est sub solis occasum. *Cære*
lib. 2 *c.* 22. Dicto summissa voce *Pater noster*, *Ave*
et ad Matutinum ac Primam *Credo*, ceteris præter
absolute Officium incipit, ad Matutinum et Vespe
Antiphona primi Psalmi, quæ duplicatur integra si
reliquæ, ut in Festo duplici: in hoc enim triduo Of
duplex est primæ classis, neque ulla prorsus in e
potest commemoratio. *Rubr. pecul. n.* 59 *et S. R.*
Apr. 1823 *in Panormitana ad* 8. In fine Psalmorum
primitur *Gloria Patri* per omnes Horas, atque in ℟
soluto autem quovis Psalmo ad Matutinum extinguitu
ex quindecim candelis infixis Candelabro triangulari
Altare in cornu Epistolæ collocato, initium ducendo
quæ adest in ima parte ad latus Evangelii, et ad
progrediendo quæ inferius posita est ad latus alt
atque ita vicissim. Ubi autem ventum erit ad Can
Benedictus, faces jam omnes debent esse extinctæ in
delabro præter unam, quæ sita est in illius vertice
vero, dum recitatur Canticum, paulatim quoque extin
tur sex cerei qui eminent super Altare, incipiendo ni
a postremo in cornu Evangelii, atque adeo progredien
ultimum in cornu Epistolæ, ac ita porro alternis ad
quosque ℣℣. Cantici, vel si magis lubet ad singulos fac
tio a ℣. *Ut sine timore*, quemadmodum præscribit Cæ
niale Episcoporum. Cum porro repetitur Antiphona
nedictus, suprema candela quæ extincta non est, detr
e Candelabro, et absconditur prope Altare in cornu Epi

Rubr. in Off. Feriæ quintæ in Cœna Domini. Ad Lectiones nec profertur Absolutio, nec dantur Benedictiones, neque in fine dicitur *Tu autem Domine.* Ad Laudes nec Capitulum adest neque Hymnus. Hoc triduo in fine Horarum omnium pronunciatur Oratio *Respice* flexis genibus et capite aliquantulum inclinato (*Cærem. Ep. lib.* 2 *c.* 22), post quam *Pater noster* minime adjungitur, nec Antiphona finalis ; item nihil de Martyrologio annuntiatur (uti jam præmonuimus), nec dicitur *Pretiosa* etc. (*). Amovetur demum e vasis Ecclesiæ Aqua benedicta. *S. R. C.* 12 *Nov.* 1831 *in una Marsorum ad* 60. Quid perfici oporteat, si in hoc triduum incidant Festa S. Joseph, Annuntiationis vel aliud de præcepto in Foro, superius declaratum est sub die 19 Martii n. III et die 25 n. VI et seqq. In hoc triduo Exequiæ solemnes interdicuntur etiam præsente Cadavere ; Officium quippe emortuale ac preces privatim, persolvi opus est, et sine cantu. *S. R. C.* 11 *Aug.* 1736 *in Placentina.*

9. Feria quinta in Cœna Domini est duplex primæ classis. Ad Officium color adhibetur violaceus. Omnia peraguntur ut ibi. Horæ persolvuntur candelis accensis. Ad Missam unicam Conventualem (excepto casu occurrentiæ alicujus Festi de præcepto in Foro, ut n. præce-

---

(*) In hujusce Tridui Horis Canonicis triduanæ mortis Christi celebramus exequias. Matutinum et Laudes præter morem, etiam in Choro, pridie sero recitantur, et Solis post occasum absolvuntur, ingruentibus jam tenebris, ut nimirum repræsentetur occasus Solis justitiæ, qui est Christus Dominus; itemque ut spirituales significentur gentis Judaicæ tenebræ, in mundi Servatore abnegando et crucifigendo. Consueto caret initio ac fine Matutinum cum Horis, nempe omittitur *Deus in adjutorium*, *Per Dominum*, *Benedicamus Domino*, aliaque hujusmodi ; quia a nobis ablatus est atque recessit Christus Dominus, qui est Alpha et Omega, principium et finis, quique itidem est summus Sacerdos ac Mediator noster, qui ubi nobis desit nemo est ad quem confugiamus. Illa demum etiam prætermittuntur, ut ob Christi Passionem ac Mortem, hominumque peccata, in nobis mœror luctus animique perturbatio expressius pateat. *Recole hæc apud Tetamum, aliosque.*

denti exposuimus), color est albus, non dicitur Psalmus *Judica,* nec *Gloria Patri* ad Introitum et ad Psalmum *Lavabo.* Ad *Gloria in excelsis* pulsantur Organa et Campanæ, quæ deinceps silent usque ad Sabbatum sanctum, unica legitur Oratio (*exclusis Collectis*), recitatur *Credo*, Præfatio de Cruce, *Communicantes, Hanc igitur* et *Qui pridie* propria. Duæ consecrantur Hostiæ, quarum altera reservatur in diem crastinum, quo nempe non conficitur Sacramentum, itemque particulæ aliquot consecratæ reservantur, si opus fuerit, pro infirmis. Additur de more *Agnus Dei,* sed pax non datur. Fit Communio Cleri. Celebrans in fine Missæ benedictionem impertit e latere Evangelii, et non perficit circulum; ad Evangelium non signat Altare, sed seipsum tantum et Tabellam, si adsit. Post Missam Processio SS. Sacramenti instituitur ad locum præparatum, ubi idem Ven. Sacramentum pro crastino custodiendum est. Postmodum Vesperæ recitantur ibi ritu duplici, et candelis accensis; mox denudantur Altaria (*Cærem. Ep. lib.* 2 *c.* 23 *n.* 13), relictis tamen suo loco una cum Cruce Candelabris, si modo, quoad Candelabra, consuetudo non adsit ea amovendi. *S. R. C.* 7 *Sept.* 1850 *in Veronen. ad* 12. Hora congruente conveniunt Clerici ad faciendum Mandatum. A Vesperis Feriæ quintæ in Cœna Domini usque ad finem Litaniarum Sabbati sancti transeuntes ante Crucem Aræ majoris debent genuflectere, excepto Episcopo, Celebrante parato, et Canonicis Cathedralis, a quibus id ipsum cras dumtaxat post Crucis detectionem præstandum est. *S. R. C.* 31 *Aug.* 1839 in *Meliten. ad* 2 *et* 12 *Sept.* 1857 *in una Dubior. ad* 4. Completorium hodie et cras dicitur candelis extinctis.

10. In Paræciis quoque ruralibus, ubi tres, quatuor saltem existant Clerici (*), sacræ Functiones Feriis quinta, sexta et Sabbato majoris Hebdomadæ sane quidem sunt peragendæ, servata forma parvi Ritualis S. M. Benedicti XIII anno 1725 jussu editi; quod vero ad Paræcias atti-

(*) Ubi Clerici deficiant proprie dicti, in eorum locum subrogari queunt Laici sæculares, nigra tamen ac talari veste, non Superpelliceo induti.

net, quæ Clericis destituuntur, Ordinariis Locorum potestas inest indulgendi in populi commodum, ut Parochi (petita quotannis venia) Feria quinta in Cœna Domini privatam Missam celebrent, priusquam in Cathedrali vel Matrice Conventualis incipiat. *S. R. C.* 28 *Jul.* 1821 *Decr. gener.* In aliis porro Ecclesiis, ubi Functiones majoris Hebdomadæ non perficiuntur, vel quia non asservatur ibi SS. Sacramentum, vel Ministrorum defectu, aliave de causa, ne Missam quidem Feria quinta ibi legere fas est. At ubi hujusmodi Ecclesiæ sint Regularium, et Superior Sacrum facere velit ut Alumnis suis Eucharistiam ministret ad Paschale præceptum adimplendum, id permittitur in privato Oratorio, atque, si hoc desit, in Ecclesia januis clausis. *S. R. C.* 14 *Jun.* 1659 *in Neapolitana et* 31 *Aug.* 1839 *in una Tertii Ord. S. Francisci.* Feria quinta in Cœna Domini ac sexta in Parasceve ad elevationem SS. Sacramenti, ut mens Fidelium ad pietatem excitetur, vice tintinnabuli, adhiberi potest instrumentum ligneum, cujus, præter Benedictum XIV *lib. de Festis,* mentionem faciunt probati Auctores. *S. R. C.* 7 *Sept.* 1850 *in Veronen. ad* 14. Quoad Feriam quintam, S. R. C. servandam esse regulam declaravit quæ in Libro Cæremoniali præscribitur, quæque universalis Ecclesiæ consuetudini conformis est, ut scilicet omnes de Clero, comprehensis Canonicis et Dignitatibus, sacram Communionem de manu Episcopi vel alterius Celebrantis percipiant. *S. R. C.* 22 *Dec.* 1770 *in Conchen.* Rursum quotquot de Clero Missæ Pontificali inserviunt, ac præsertim Sacerdotes, Diaconi et Subdiaconi, qui Oleorum consecrationi adsistunt, tenentur de manu Celebrantis Communionem sumere. *S. R. C.* 23 *Sept.* 1837 *in Mutinen. ad* 1. Canonici Pluvialibus amicti, dum ad sacram synaxin accedunt, Stolam gestare non debent e collo pendentem. *S. R. C.* 12 *Aug.* 1854 *in Briocen. ad* 19. Episcopus etiam in hac Feria quinta obligatione adstringitur Eucharistiam ministrandi per seipsum, minime vero per Diaconum, vel unum ex Adsistentibus. *S. R. C.* 8 *Aug.* 1643 *in Majoricen. ad* 2. Crux Altaris, in quo Missa celebratur in Cœna Domini, tegenda est velo albo; at Crux Processionis, et Altaris ad pedum lotionem velo violaceo. *S. R. C.* 20 *Dec.* 1783 *in Lusitana ad* 4. Si sacram Eucharistiam hoc mane

extra Missam administrari opus sit, Stola *albi coloris* adhibenda videtur.

11. Processio SS. Sacramenti (cujus mentio superius habita est n. 9) peragenda in Feria quinta ab Altari ad Sacellum, atque iteranda in proxima Feria sexta a Sacello ad Altare, egredi non debet extra ambitum Ecclesiæ. *S. R. C.* 12 *Jun.* 1638 *in Sulmonen.* Rursum, ceu mali usus, quorumdam improbanda est consuetudo, qui cont atque in Missali præscriptum est, patenter sacram exp nunt Hostiam, quæ a Feria quinta in Cœna Domini rese vatur ad ipsius consumptionem pro Feria sexta in Parasceve. *S. R. C.* 14 *Febr.* 1705 *in una Ord. Capuccinoru ad* 7. Præterea recondito SS. Sacramento in capsula, ca nequit Antiphona *Sepulto Domino* etc., neque in capsul ostiolo sigillum apponi. Quamquam hæc SS. Sacrame repositio in ea capsula nil obstet quominus de more se pulchrum appelletur (*S. R. C.* 7 *Dec.* 1844 *in Narnien.*) attamen id minus recte accidit, quippe cum ibi poti memoria recolatur institutionis SS. Eucharistiæ; quaprop in Sacellum nulla funeris signa, nihil lugubre licet ind cere (*S. R. C.* 21 *Jan.* 1662 *in Lauden.*), neque Sepu chrum, quod figuratum vocant, ibi confingendum. *Cava to.* 4 *c.* 1 *d.* 6 *n.* 7 *in fine.* Clavis capsulæ, qua SS. Sa cramentum asservatur, tradenda est Sacerdoti sacra Functionem crastina die celebraturo. *S. R. C.* 14 *J* 1845 *in Neapolitana.* Insuper ab Oratione XL horarum, cumque SS. Sacramenti expositio sit perpetua, cessan est a Feria quinta in Cœna Domini ad Sabbatum sanct (idest post Missam Feriæ quintæ ad solemnem usque Missam Sabbati sancti. *Gardellini ad Decr. diei* 17 *Sept.* 18 *ad* 10). *S. R. C.* 12 *Mart.* 1661 *in una Urbis.* Item celebrata Missa et SS. Sacramento in capsula reposito, non est amplius ministranda SS. Eucharistia, nisi ob Viaticum. *Caval. to.* 4 *c.* 4 *d.* 3 *n.* 3. Non licet velum album magnæ Cruci appendere, quod inde fluat et quo SS. Sacramenti capsula cooperiatur. *S. R. C.* 8 *Aug.* 1835 *in Alben. ad* 1. — Usus Altaria denudandi post Mandatum minime est ferendus. *S. R. C.* 12 *Nov.* 1831 *in Pisana ad* 7. Et potest ferri consuetudo ut expolientur Altaria, non per Celebrantem cum sacris Ministris, sed per alium Sacer-

dotem Superpelliceo indutum ac Stola, cum duobus Clericis Superpelliceo pariter amictis. *S. R. C.* 11 *Sept.* 1847 *in Taurinen. ad* 3. Lotio pedum extra Ecclesiam perficienda est (si modo Cathedrales excipias, aliasque magnæ structuræ), atque ab uno tantum Sacerdote adjuto a sacris Ministris juxta Rubricas Missalis. *S. R. C.* 22 *Mart.* 1817 *in una Urbis.* Pulpitum, unde ad populum verba fiunt, dum pedum lotio peragitur, debet esse ornatum. *S. R. C.* 18 *Dec.* 1779 *in una Ord. Min. Observ. ad* 24. At ornatus omnis ab illo absit, ubi post Mandatum concio habeatur. *S. R. C.* 14 *Jun.* 1845 *in Cadicen. ad* 3. — Regulares vetantur Feria quinta hac pulsare Campanas post indictum silentium ab Ecclesia Matrici, itemque priusquam in hac Sabbato sancto pulsentur. *S. R. C.* 24 *Maj.* 1664 *in Calaguritana et* 9 *Maj.* 1705 *in Senogallien.* Id porro et ad ceteras Ecclesias pertinet: namque si exemptæ et privilegiatæ Regularium ea lege obstringuntur, multo magis constat illas obstringi quæ ejusmodi non sunt. Nihilominus quod ad Feriam quintam attinet, excipiuntur Ecclesiæ, ubi ab immemorabili usus contrarius viget. At enim Regularibus fas est populum ad Divina Officia convocare crepitu ligneæ tabulæ. *S. R. C.* 21 *Mart.* 1716 *in Calatinen.* — Sub noctem hujusce Feriæ quintæ permitti potest, ut Statua B. M. V. velo nigro obvoluta cum Crucifixi exanimis effigie in ipsius gremio exponatur in Ecclesia, ac postero mane cum Pluvialibus nigris Processionis ritu deferatur. *S. R. C.* 21 *Mart.* 1744 *in Bergomen. ad* 6 *et* 12 *Nov.* 1831 *in una Marsorum ad* 58.

12. Benedictio Mensæ, Feria quinta in Cœna Domini et Feria sexta in Parasceve, peragitur recitando *Christus factus* etc., tum secreto subditur *Pater noster,* Hebdomadarius exinde nihil dicens signum Crucis efficit. Pro gratiarum actione repetitur *Christus* etc. statimque additur Ps. *Miserere,* tum *Pater noster* secreto, dehinc Oratio *Respice,* post quam iterum secreto dicitur *Pater noster.* Ad serotinam refectiunculam fit brevis benedictio de more.

13. Feria sexta in Parasceve est duplex primæ classis, et in illa adhibetur color niger. Omnia ut ibi. Horæ minores et cetera usque ad finem adorationis Crucis, perficiuntur cereis extinctis. Sacri Ministri indumentis utuntur

quæ jam indicavimus pro Quadragesima n. 4, sed coloris nigri. Detecta Cruce Aræ majoris, ab aliis quoque per Ecclesiam confestim detrahitur velum, si commode fieri potest, secus post Officium. *Meratus p. 4 tit. 9 n.* 27. Verum non deteguntur Sanctorum Imagines, uti superius monuimus. Celebrans in Crucis adoratione non debet solum deponere Casulam et Calceamenta, sed et Manipulum. *S. R. C.* 15 *Sept.* 1736 *in Toletana ad* 4. Id ipsum Diacono et Subdiacono præstandum est, sed quoad calceamenta potest ab iis diversa consuetudo servari. *S. R. C.* 23 *Sept.* 1837 *in Mutinen. ad* 4. Canonicis Cathedrali dum ad Crucis adorationem incedunt, licet quidem ex Episcopi licentia extremitatem cappæ demittere, non tamen hanc Clericis elevandam tradere. *S. R. C.* 10 *Sept.* 1701 *in Cortonen. ad 4 et* 11 *Mart.* 1837 *in Calatayeron. ad* 2. — Absoluta adoratione erectaque denuo Cruce super Altare Processio ordinatur ut in Missali. Ad Oblata non benedicitur aqua neque thus; post Oblatorum thurificationem iterum minime incensatur SS. Sacramentum, sed tantum Crux et Altare more solito cum debitis genuflexionibus. *S. R. C.* 5 *Jul.* 1698 *in Panormitana.* Ad *Orate Fratres* non respondetur *Suscipiat Dominus;* ad SS. Hostiæ elevationem neque thus adhibetur, nec Planetæ elevantur fimbriæ. Celebrans immittens particulam Hostiæ in Calicem signum Crucis non efformat, neque antequam illam sumat cum vino, Calice se signat. *S. R. C.* 7 *Aug.* 16[illegible] *in una Urbis.* Vesperæ ut heri, candelis accensis, persolvuntur, ad *Magnificat* Antiphona est propria.

14. Feria sexta in Parasceve, ex communi Ecclesiæ jure atque consuetudine sub mortali Sacerdotes omnes prohibentur SS. Missæ Sacrificium offerre sive publice sive privatim. *Vide c.* Sabbatho 13 *dist.* 3 *de consecratione.* Missa Præsanctificatorum Feriæ sextæ in Parasceve nequit a Diacono licet jejuno absolvi, si impediatur Sacerdos repentino morbo correptus. Hoc in casu, ubi jejunus desit alius Sacerdos, ab Officio seu Functione cessandum est, et recondenda SS. Hostia in Tabernaculum, ut die postera post Calicis haustum a Celebrante sumatur. *S. R. C.* 8 *Mart.* 1825 *Decr. gener.* In Feria hac ad Orationes præscriptas adjungenda non est alia particularis pro Episcopo

proprio, nec pro Rege, nisi expressim a S. Sede fuerit concessa. *S. R. C. 11 Sept. 1847 in Alben. et 20 Mart. 1862 in una utriusque Siciliæ.* Preces pro Romanorum Imperatore, tam Feria sexta in Parasceve quam in Præconio Sabbati sancti, nunc prorsus omitti necesse est, ob sublatum Romanorum Imperium; utcumque retineantur ut antea in novis Missalibus. *S. R. C. 3 Aug. 1839 in Sarsinaten., 7 Dec. 1844 in Mechlinien. ad 6, 14 Jun. 1845 in Maceraten. ad 3 et 25 Sept. 1860 in una editionis Missalis ad 3.* Cum vacat Sedes Apostolica, Monitio omittitur una cum Oratione pro Papa. — In Feria hac ad Diaconum spectat non ad Sacristam Calicem inclusum e capsula extrahere. *S. R. C. 16 Dec. 1828 in Mexicana.* Ab Ecclesiasticis hastas Baldachini gestantibus in hac eadem Feria (si quidem Episcopus sacram ipse Functionem neutiquam peragat) non sunt adhibenda Pluvialia, sed Superpellicea. *S. R. C. 15 Sept. 1736 in Toletana ad 3.* Rursum color veli humeralis et Baldachini pro Processione SS. Sacramenti hac quoque die, præcipitur ut sit albus. *Inst. Clem.* § 18. — Ante verba Rubricæ *Immediate particulam Hostiæ cum vino reverenter sumit de Calice,* non est addendum *Facta genuflexione*, cum fieri non debeat. *S. R. C. 25 Sept. 1706 Decr. gener.* — Haudquaquam fas est post Missam Præsanctificatorum Reliquiam S. Crucis adorandam exponere ad Missam usque Sabbati sancti. Verumtamen ubi adsit ejusmodi consuetudo, expositio illa permittitur, dummodo ea mensura sit Crux quæ Reliquiam inclusam præfert, ut statui queat inter Candelabra Aræ majoris. *S. R. C. 12 Mart. 1836 in Tridentina ad 5 et 14 Jun. 1845 in Florent. ad 4.* Rursum ubi Feria quinta et sexta majoris Hebdomadæ viget consuetudo benedicendi populo cum Reliquia S. Crucis, Pluviali cum Stola nigri coloris utendum est. *S. R. C. 7 Sept. 1850 in Veronen. ad 16.* Dum S. Cruci thus defert Sacerdos debet consistere; Orationem vero *Respice quæsumus Domine* ante benedictionem pronunciare potest erectus vel genuflexus prout moris est; itemque, sicuti consuetudo fert, erit color veli humeralis, ubi istud adhibetur. *S. R. C. 23 Sept. 1837 in Mutinen. ad 14. Vide etiam quæ adnotabimus sub die 3 Maji n. III.* — At enim hac die avertendus ubique est abusus denuo col-

locandi. sub vesperam in quopiam Altari SS. Sacram tum. *S. R. C.* 12 *Mart* 1836 *in Tridentina ad* 4. N quoque est SS. Sacramentum deferre veluti in feretro in urna ad modum tumuli efformata. *S. R. .C* 16 I 1630 *in Novarien.*, 4 *Febr.* 1640 *in Brixien. et* 16 1828 *in Andrien.* Rursum tolerari nullo pacto pote Processio noctu instituatur cum eodem Venerabili S mento in Feriis quinta vel sexta majoris Hebdomad quippe Ritui, Cæremoniis ac Mysteriis Ecclesiæ summ repugnat. *S. R. C.* 8 *Aug.* 1606 *in Mantuana.* E r pariter tollendus est abusus ducendi Feria sexta in rasceve, sumpta a Sacerdote Communione, solemnem cessionem, in qua SS. Sacramentum arca inclusi quatuor Sacerdotibus defertur ab Altari ad Sacellun pridie fuit reconditum, ut ibidem usque ad diem R rectionis asservetur. *S. R. C.* 11 *Febr.* 1702 *in Lerie* gitimæ consuetudini est consona Crucifixi detectio, ad finem jam perducta narratione Passionis Domini, solet a quovis Concionatore, sive ipse sermonem h sub vesperam Feriæ quintæ in Cœna Domini, sive j mane Feriæ sextæ in Parasceve; illa tamen Crucifixi i exinde est e fidelium conspectu amovenda. *Tetam hanc diem.*

15. In hac Feria sexta non est ministranda SS charistia, nisi pro Viatico. *S. R. C.* 19 *Febr.* 16 *una Dubii et S. Cong. Concilii* 21 *Febr.* 1679 *appr Innocentio XI.* Viaticum porro defertur recitando q Psalmos consuetos (quibus addi etiam potest *Glori tri*), sed submissa voce; at populus absque benedic dimittitur, quum SS. Sacramantum in publica Ec reponendum non sit. *S. R. C.* 15 *Maj.* 1745 *in Lucan*

16. Sabbatum sanctum est duplex primæ classis lor usque ad Missam violaceus adhibetur. Omnia u Horæ minores ac reliqua usque ad Missæ initium ext

---

(*) Singulis sextis Feriis pulsatio Campanae, qua commo Fideles ut preces fundant ad lucrandam Indulgentiam in mem Agoniae D. N. J. C., locum debet habere tribus horis a casum diei. *S. Indulg. C.* 24 *Sept.* 1838 *in Veronen.*

cereis persolvuntur. Post Nonam fit benedictio novi ignis et quinque granorum thuris, in qua iisdem utendum est sacris indumentis ut supra (n. 5) in benedictione Palmarum, sed absque Manipulis. Carbones benedicendos accendi omnino opus est ex igne excusso de lapide (*). *Rubr. Missalis Sab. S.* — Completa benedictione, Diaconus Dalmatica induitur cum Stola et Manipulo albi coloris; quibus post Præconium depositis, sumit iterum indumenta violacea. Ubi canit Diaconus *Exultet* in Pulpito vel ad Legile stat facie conversa ad Celebrantem, itemque Subdiaconus cum Acolythis. *Meratus p. 4 tit. 10 n. 21.* Si Sedes Apostolica vel Episcopalis vacet, in Præconio omittuntur verba *Una cum beatissimo Papa nostro*, vel *et Antistite nostro*. Quoad Imperatorem Romanorum recole dicta n. 14. Regis vero nomen nequit inseri absque peculiari S. Sedis permissu. *S. R. C.* 20 *Mart.* 1862 *in una utriusque Siciliæ*. Ad Litanias, quæ duplicantur, dumtaxat exuuntur Planetæ, et cerei sub illarum finem accenduntur. Litaniæ post Fontis Baptismalis benedictionem, Episcopo non præsente, inchoantur juxta Missale in actu redeundi ad Altare. *S. R. C.* 7 *Sept.* 1861 *in una S. Marci et Bisinianen. ad* 11. — Ad Missam unicam Conventualem color adhibetur albus, dicitur Psalmus *Judica* itemque *Lavabo* cum *Gloria Patri*. Ad *Gloria in excelsis* pulsantur Organa, et Campanæ intra Ecclesiam (in Turri autem post datum signum ab Ecclesia majori); lecta Epistola, Celebrans canere incipit *Alleluja;* ad Evangelium thus defertur sine luminaribus, omittitur *Credo* et Offertorium. Præfatio Paschalis cum vocibus *In hac potissimum Nocte*, *Communicantes* et *Hanc igitur* sunt propria (**). Non dicitur *Agnus Dei* neque datur pax, nec

---

(*) Ratio hæc est: quia concipiendus est ignis charitatis de Christo, qui lapis est in caput anguli (*Honorius in Gemma lib.* 3 *c.* 10), tum etiam quia ignis e silice excitatus Christi Resurrectionem luculenter designat, ac demum quia si secus fieret, quodammodo adimeretur expressionis veritas Orationi, quæ in benedictione declarat ignem illum *productum e silice*.

(**) In Oratione, Præfatione et *Communicantes* mentio *Noctis* fit, quia Missa hæc ad noctem proxime subsequentem spectat, qua

additur Postcommunio, sed ejus loco Vesperæ persolvun-tur ut in Missali. Extra Chorum recitantur Vesperæ in Breviario. Ad *Ite Missa est* et ad *Benedicamus Domi*- post Vesperas et Laudes duplum adjungitur *Alleluja* usq- ad Sabbatum proxime insequens. — Benedictio Mens- et gratiarum actio efficitur pronunciando *Vespere aut- Sabbati* etc. — Completorio, ut ibi, subditur Antiph- *Regina cœli*, quæ stando jugiter iteranda est toto te- pore Paschali.

17. Sabbato sancto unica prorsus Missa permittit- Conventualis scilicet vel Parochialis, quæ simul cum Of- cio seu Functione diei celebranda est. *S. R. C.* 11 *Fe*- 1690 *Decr. gener.* Rursum generali Decreto diei 31 Ju- 1821 quævis sublata sunt *personalia* privilegia facien- Sacrum hac die privatim. In Ecclesiis vero, ubi auctori- tate Apostolica indultum est ut una vel altera Missa di- catur hac die, omnino oportet ut celebretur post Sol- mnem, quin Prophetiæ legantur ac Litaniæ, more soli- at sine Introitu. *S. R. C.* 22 *Jul.* 1848 *in una Ord. Ca- melit. Excalc.* Verum si Episcopus die hac in domesti- Sacello Ordines conferat, necesse est ut Missæ initiu-

---

olim celebrabatur. *Consule AA.* — Post Epistolam *Alleluja* t- repetitur, ut magis magisque effulgeat veritas gaudii nostri, ex Domini Resurrectione cumulus accessit; præterea hæc g- vox maxime refertur ad tempus illud quo hujusce Mysterii ve- cunctis plane hominibus palam fiet. Triplex canitur *Alleluja* e- vando gradatim vocem, quia Apostolis et Discipulis Christi Resu- rectio paulatim innotuit, eorumque subinde paulatim crevit fid- crevitque lætitia, quæ nimirum primo fuit magna, dein maj- postremo maxima. — Ad Evangelium absque facibus defert- thus, ut nempe significetur mulieres properasse quidem ad mo- numentum cum aromatibus, sed lumine carentes explicitæ fid- Resurrectionis. *Vide Tetamum.* « Porro in Altari pro Missæ Sacrificio, cerei accenduntur, non ad tenebras, sole jam rutl- lante, fugandas, sed ad lætitiæ signum, et ad lucem illam vera- sub typo luminis corporei demonstrandam ». *Claudius Espenc- ap. Tetamum.* — Non dicitur *Credo*, ut, quæ infirmos adhuc animos occupabat, de Christi Resurrectione dubitatio designetur. *Vide Tetamum.*

ducat a Prophetiis juxta Pontificale et Decretum diei 21 Martii 1744 in Bergomensi. *S. R. C.* 31 *Jul.* 1821 *Decr. gener.* — In Ecclesiis Parochialibus curandum est ut Missam præcedat Ignis et Cerei benedictio ; nullibi vero fas est a Prophetiis legendis abstinere. *S. R. C.* 12 *Apr.* 1755 *in Lucana.* Permitti quidem potest ea consuetudo ut novum ignem ac thus Sacerdos benedicat alius ab illo qui Missam mox est celebraturus; at id plane improbatur ut aliquis Diaconus Præconium canat, quin ipse in subsequenti Officio et Missa ministret. *S. R. C.* 12 *Nov.* 1831 *in Pisana ad* 8 *et* 22 *Jul.* 1848 *in Florent. ad* 4. In Præconio ut deinceps Celebrantis commodo consulatur ad Fontis benedictionem, parvus adhiberi potest Cereus, major autem alias benedictus accendi die Paschatis et tempore Paschali. *S. R. C.* 15 *Sept.* 1753 *in Casalen. ad* 9. — Fontis benedictio omnino perficienda est a Sacerdote qui subinde Missam celebrabit, non obstante contraria consuetudine etiam immemorabili. *S. R. C.* 1 *Sept.* 1838 *in Pinerolien.* Si casu quopiam ad Fontem Sabbato sancto benedicendum Olea deficiant consecrata in Feria quinta, neque recipi queant, nisi aliquot post diebus, tunc benedictio quidem locum habet, sed Chrismatis et Olei fiet infusio, simul ac recens consecrata accipientur ; ea porro , non solemniter, sed privatim Parochus Superpelliceo amictus cum Stola violacea in aquam infundet, quemadmodum in Missali præscriptum est, juxta Decretum diei 12 Aprilis 1755 in Lucana ad 3. Ast ubi impossibile sit ut sacra Olea comparentur a propria Cathedrali vel alia propinquiore, tum vero benedictio Fontis perficienda est Chrismate et Oleo anni superioris, juxta aliud Decretum diei 23 Septembris 1837 in Oriolensi. Quod æque servatur, si Olea, eo quod Paræcia nimium distat ab urbe Episcopali, tempestive afferri nequeunt. *S. R. C.* 19 *Sept.* 1859 *in Carducen.* Quando porro Olea recenter consecrata accipiuntur, hæc haud licet in aquam immitti, quæ jam veterum Oleorum infusione benedicta est; sed expectandum, dum altera fiat Fontis benedictio in Vigilia Pentecostes ; et interim per aquam illam Baptisma erit administrandum. *S. R. C.* 12 *Aug.* 1854 *in Lucionen. ad* 79 *et* 80. Opus est hoc loco animadvertere, sacra Olea non esse in

Ecclesiam solemniter deferenda, sed statim ac recipiuntur privatim in Ecclesia loco solito collocanda, et continuo veteribus combustis, nova adhibenda. *S. R. C.* 16 *Dec.* 1826 *in Gandaven. ad* 5 *et Gardellini ibidem.* — In Ecclesiis Fontem non habentibus fieri nequit hoc Sabbato solemnis Aquæ benedictio, utcumque sacrum Oleum non infundatur, sed prorsus uti moris est, nempe privatim. *S. R. C.* 13 *Jul.* 1697 *in Januen.* Diaconus etiam hoc Sabbato vetatur Domos benedicere, tametsi Parochi consensus accedat. *S. R. C.* 8 *Aug.* 1835 *in Bisinianen.* — In Missa Sabbati sancti, licet Offertorium desit, possunt eo tempore Organa pulsari. *S. R. C.* 12 *Mart.* 1678 *in Mexicana.* Secunda Oratio in benedictione Fontis et Oratio ac Postcommunio Missæ non sunt concludendæ *In unitate ejusdem*, sed simpliciter *In unitate Spiritus sancti* etc. *Ita Missale Rom. typicum Romæ edit. an.* 1861. In Missa hac non licet sacram Communionem Clero vel Populo administrare, nisi adsit consuetudo; licet tamen post Missam. *S. R. C.* 23 *Sept.* 1837 *in Mutinen. ad* 2 *et* 7 *Sept.* 185[illegible] *in Veronen. ad* 15. Ubi eadem Missa celebratur summo mane, sub ejus finem Vesperæ quoque dicendæ sunt, utpote ipsius pars. *Tetamus ad hanc diem.* Idem præstandum est in Missa Ordinationis, de qua supra egimus. *Caval. in Append. to. 4 post c. de perpetua immutatione Festorum.* — Cereus Paschalis super insigni Candelabro collocandus est in plano ad cornu Evangelii. *S. R. C.* 14 *Jun.* 1845 *in Maceraten. ad* 2. Ipse ferme accenditur ad Missas et Vesperas solemnes in triduo Paschatis, Sabbato in Albis, ac Dominicis usque ad Ascensionis diem, qua nempe cantato vix dum Evangelio extinguitur. Ad Matutinum vero, nec non in Festis reliquis, utcumque solemnibus nequaquam accenditur, nisi aliter ferat consuetudo. *S. R. C.* 19 *Maj.* 1607 *in Placentina ad* 13. Nunquam tamen illum accendi fas est in Missis, cum adhibetur color violaceus, et multo minus in Missis de Requie. *Meratus p. 4 tit.* 10 *n.* 67. Quod ad Missam spectat Conventualem vel Parochialem sine cantu, in illa accendi permittitur, sed Festivis dumtaxat diebus. *Auctores communiter.* — Arundo cum tribus candelis post Missam Sabbati sancti confestim ab Ecclesia est amovenda. *S. R. C.* 7

Dec. 1844 *in Narnien. ad* 5 (*). Ferrarienses, si quando S. Georgii M. Patroni principalis Festum incidat in Sabbatum sanctum, privilegio fruuntur illud transferendi una cum Octava ac præcepto audiendi Sacrum et abstinendi a servilibus, in Feriam tertiam post Dominicam in Albis. *Apud Pittonum de Octava Paschæ.*

(*) Candelas Trianguli oportet conjungi in calce et quid unum veluti efformare, exinde in tres distingui æque inter se dissitas, adeo ut trianguli similitudo in vertice oriatur, ad Mysterium nempe Unitatis et Trinitatis Dei per symbola exprimendum. *Gav. p.* 4 *tit.* 10 *n.* 5.

KALENDARIUM

TRIUM ORDINUM S. P. FRANCISCI

L. D.	D. M.	FESTA APRILIS
G	1	
A	2	S. Francisci de Paula C. d. min. c. alb. ll. 1 Scr. occ., in Quadr. *Beat. vir,* 2 pr., 3 *Nol* Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. ut ibi. In 1 l. *Panormi.* Vesp. seq. (M. S.) ℣. et o com. præc., et fer. in Quadr. *Indulgentia plenaria*
B	3	S. Benedicti a S. Philadelpho C. (1 O.) d. 2 alb. ll. 1 n. *Beat. vir,* 2 pr. *in B. rec.,* 3 In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *Just* pr. et *Cr.* In Vesp. com. seq. ant. *O Doc* fer. in Quadr.
C	4	S. Isidori Ep. C. et Doct. d. min. c. alb. ll *Sapientiam,* rel. pr., 8 ℟. *In medio.* In Quad et com. fer. etc. Mis. de Com. Doct. cum *Cr.* a cap. seq. or. pr., com. præc., et fer. in Q
D	5	S. Vincentii Ferreri C. d. min. c. alb. ll. 1 Scr. occ., in Quadr. *Beat. vir,* 2 pr., 3 *Sint* In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *Os ju* pr. In Mart. 1 l. *Ap. Septempedam.* Vesp. seq. (M. S.) or. pr., com. præc. et fer. in Q
E	6	B. Bentivolii C. (1 O.) d. min. c. alb. ll. 1 Scr. occ., in Quadr. *Beat. vir,* 2 pr., 3 *Nol* Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *Justus* Vesperæ juxta concurrentiæ leges.
F	7	. . . . In Mart. 1 l. *Con*
G	8	B. Juliani a S. Augustino C. (1 O.) d. min. ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *Beat. vir,* 3 *Nolite.* In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. or. ppr. Vesperæ juxta concurrentiæ leges
A	9	

10

11 S. Leonis 1 Pp. C. et Doct. d. min. c. alb. ll. omnes pr., 8 ℟. *In medio*. In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. ut ibi cum *Cr*. In Mart. 1 l. *Cunei*. Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc., et fer. in Quadr.

12 B. Angeli a Clavasio C. (1 O.) d. min. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *Beat. vir*, 2 pr., 3 *Sint lumbi*. In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *Os justi* or. pr. In Vesp. com. seq. or. pr., et fer. in Quadr.

13 S. Hermenegildi M. sem. c. rub. Ad Mat. hym. *Regali*, ad L. *Nullis*, ll. 1 n. de Scr. occ., in Quadr. *Fr. debit.*, 2 pr., 3 *Si quis venit*. In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. *In virtute* or. pr., Ev. ex Mis. *Statuit* de eod. Com., sed temp. Paschali dic. Mis. ut in Missali hac ipsa die, 2 et 3 Oratio juxta temporis qualitatem. Vesperæ juxta concurrentiæ leges.

14 — Ss. Tiburtii et Soc. Mm. simplex c. rub. Mis. ut in Missali hac ipsa die.

15 . . . . In Mart. 1 l. *In universo*.

16 S. Raphaelis Arch. d. 2 cl. c. alb. Omn. pr. In Quadr. 9 l. et com. fer. etc. Mis. pr. cum *Cr*. (Hod. recurrit Anniv. Profes. S. P. N. Francisci, *Indulg. plenaria* pro Relig. renovantibus Professionem). In Vesp. com. seq.

17 — S. Aniceti Pp. et M. sim. c. rub. Mis. ut in Missali hac ipsa die. In Mart. 1 l. *Gandiæ*. Vesp. seq. or. pr.

18 B. Andreæ Hybernon C. (1 O.) d. min. c. alb. ll. 2 et 3 n. pr. Mis. *Justus* or. ppr. In Mart. 1 l. *Asculi*. Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc.

19 B. Conradi ab Asculo C. (1 O.) d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Nolite*. Mis. *Justus* or. pr. Vesperæ juxta concurrentiæ leges.

20

21 S. Anselmi Ep. C. et Doct. d. min. c. alb. ll. 1 n. *Sapient.*, rel. pr., 8 ℟. *In medio*. Mis. de Com. Doct. cum *Cr*. In Vesp. com. seq.

G	22	Ss. Soteris et Caji Pont. et Mm. sem. c. ru 2 n. ut ibi, 3 *Ego sum vitis vos palmites.* ut ibi, 2 et 3 Oratio de tempore curr. In 1 l. *Perusiæ.* Vesp. seq. (M. S.) or. pr., præc.
A	23	B. Ægidii C. (1 O.) d. min. c. alb. ll. 2 n. *Nolite.* Mis. *Justus* or. pr. Vesp. seq. or com. præc.
B	24	S. Fidelis a Sigm. M. (O. Cap.) d. maj. c. r 1 n. *Fr. debit.*, 2 pr., 3 *Ego sum vitis* Mis. *Protex.* or. pr., secr. *Muneribus*, po *Da quæsumus.* Vesp. seq. or. pr., com. p
C	25	S. Marci Ev. d. 2 cl. c. rub. Omn. ut ibi Com. Ap. T. P. Mis. pr. cum *Cr.* et Pra Post 9 fit Processio Litaniar. maj. (c. viol non duplicantur. Qui non intersunt Proce in ea non recitant Litanias SS., tenentur die ante Primam cum suis prec. et orr tare. Post Process. celebratur Mis. Rog. Ir com. seq. or. pr.
D	26	Ss. Cleti et Marcellini Pont. et Mm. sem. ll. 2 n. pr., 3 *Ego sum vitis vos palmite* *Sancti tui* or. pr., 2 et 3 loco Orat. de curr. In Mart. 1 l. *Bitecti.* Vesp. seq. o com. præc.
E	27	B. Jacobi de Bitecto C. (1 O.) d. min. c. 2 et 3 n. de Com. 2 loc. Mis. *Justus* or. Mart. 1 l. *Ap. Podium.* Vesp. seq. or. pr. præc. ac S. Vitalis M.
F	28	B. Lucii C. (3 O.) d. maj. c. alb. Omn. de 2 loc. præt. ll. 2 n. pr., 9 l. et com. S. in L. et M. *Justus* or. ppr. In Vesp. con or. pr.
G	29	S. Petri M. d. min. c. rub. ll. 2 n. pr., 3 *Eg* *vitis vera.* Mis. ut ibi. Vesp. a cap. seq. com. præc.
A	30	S. Catharinæ Senen. V. d. min. c. alb. ll. 2 3 *Decem virg.* Mis. *Dilex.* or. ppr. Vesp pr., com. præc.
—	—	*Dominica 3 post Pascha* fit de Festo Pat

S. Joseph d. 2 cl. c. alb. Omn. pr., 9 l. hom. et com. Dom. in L. et M. pr. cum *Cr.* (ratione Dom.) et Ev. Dom. in fin. Vesperæ juxta concurrentiæ leges. Sabbato præcedenti in Martyrologio 1 loco *Festum* etc.

— *Dominica 5 post Pascha* fit de Dedicatione Basilicæ Assisiensis S. P. N. Francisci d. maj. c. alb. Omn. de Com. Dedic. Eccl., 9 l. hom. et com. Dom. in L. et M. *Terrib.* cum *Cr.* (Secreta sine *Parenthesi*) et Ev. Dom. in fin. Vesp. juxta concurrentiæ leges. Sabbato præcedenti in Mart. 1 l. *Assisii* etc.

ADNOTATIONES

in Festa Aprilis

Dies Mensis 2. — Ab Oratione S. Francisci de Paula expungenda est vox *de Paula. S. R. C.* 22 *Dec.* 1629 *in una Urbis.* In Orationibus enim locum solummodo habent propria Sanctorum nomina, sive illa simplicia sint, sive duplicia, ut *Petrus Cœlestinus, Joanna Francisca* etc., tum etiam dignitas *Apostoli, Evangelistæ, Martyris, Pontificis, Confessoris, Virginis,* ac præterea *Regis, Reginæ;* non item Patriæ nomina (si unam excipias S. Mariæ Magdalenæ Orationem), uti de *Cortona, a Capistrano, Nepomucenus* etc.; neque Regnorum, quibus Sancti, dum viverent, imperarunt, ut *Danorum*, *Scotorum* etc.; neque insuper Sanctorum Cognomina etiam late sumpta, ut puta *de Matha*, *a Cruce*, *a S. Facundo*, *Nolascus*, *Benitius*, *Nonnatus*, *Quintus* (in Oratione S. Pii) etc. *S. R. C.* 23 *Jun.* 1736 *in Einsidlen. ad* 2 *et Rubr. pecul. n.* 200. Verum enimvero pronomina *Chrysostomi* et *Chrysologi* tributa Ss. Doctoribus Joanni ac Petro non omittuntur. *Vide quæ declarata sunt die* 27 *Jan. n.* I *et quæque adnotabimus* 4 *Dec. n. I.*

11. — In Festo S. Leonis Papæ legenda est Missa ut in recentioribus Missalibus, quæ incipit *In medio,* quæque habet Epistolam *Justus cor suum tradet* etc.: ac si transferatur post Pentecosten, Graduale petitur ex Missa de Communi Doctorum.

13. — I. Si Festum S. Hermenegildi habeat primas Vesperas vel saltem a Capitulo, Hymnus est *Regali solio,* et repetitur quoque in Laudibus: ad Matutinum vero dicitur Hymnus *Nullis te genitor.* Quod si non modo primis Vesperis, sed et Capitulo careat, tunc Hymnus *Regali solio* in Matutino, Hymnus vero *Nullis te genitor* usurpatur in Laudibus, quemadmodum in Kalendario pro Nostratibus præscriptum est. In secundis Vesperis autem, si forte de hoc Festo sint integræ, iteratur Hymnus *Regali solio* etc. *S. R. C.* 5 *Maj.* 1736 *in Einsidlen. et Rubr. nostri Franc. Brev. ibi.* Ex his regula præsto est servanda in casu, quo duo adsint Hymni

proprii; ut videlicet si ordinem historiæ tenent, recitari debeant, adhibita, quatenus opus sit, transpositione; si minime ordinem illum præseferunt, recitentur prout in Breviario sunt distributi. *Caval. to.* 2 *c.* 39 *d.* 4 *n.* 4.

II. Festum S. Hermenegildi sive celebretur tempore Paschali sive non, Lectiones tertii Nocturni semper retinet de homilia in Evangelium *Si quis venit.* Quod Evangelium in Missa quoque (quæ extra tempus Paschale erit *In virtute* de Communi cum Oratione propria) semper usurpabitur. *S. R. C.* 17 *Jun.* 1673 *Decr. gener.*

— I. Sanctorum Martyrum Tiburtii et Sociorum in Quadragesima agitur tantum commemoratio; extra Quadragesimam Officium persolvitur ut infra n. III; ac Missa est ut in Missali hac ipsa die. Sin extra Quadragesimam die hac Ss. Martyrum aliud celebretur Festum, quod non sit duplex primæ classis, ultra commemorationem recitatur nona ipsorum Lectio. Ubi vero Officium horum Ss. Martyrum ritu duplici peragitur vel semiduplici ac transfertur extra tempus Paschale, legitur 8 ℟. *Hæc est vera Fraternitas* etc. *Consule quæ declaravimus die* 16 *Jan. n. I.* Missa autem est *Intret* cum Orationibus, quæ propriæ in Missali hac die suppetunt.

II. Officio Festi simplicis locus deest, quoties fieri oportet Officium novem Lectionum, vel de S. Maria in Sabbato, vel de Feriis Adventus, Quadragesimæ, Quatuor Temporum, de secunda Rogationum, vel de Vigiliis. *Rubr. tit.* 3 *n.* 1 *et tit.* 5 *n.* 1.

III. Festum simplex primas tantum habet Vesperas, in quibus recitantur Psalmi Feriæ currentis, ut in Psalterio, et a Capitulo fit de Festo, ut ex Communi, præter propria si adsint. At si die hesterna Officium peractum sit duplex aut semiduplex, de simplici dumtaxat agitur commemoratio, quæ nihilominus præteritur si præcedens Festum fuit duplex primæ classis. Ad Matutinum Invitatorium et Hymnus Festi simplicis est ut in Communi, dehinc subditur Nocturnum Feriæ currentis ut in Psalterio, tum additur ℣. de Sancto, ut in quavis Feria exhibetur. Absolutio e Feria currenti petenda est, nempe Feria II et V est *Exaudi,* Feria III et VI *Ipsius*

pietas, Feria IV et Sabbato *A vinculis*. Benedictiones vero sunt, prima *Ille nos benedicat*, secunda *Cujus* vel *Quorum* aut *Quarum festum colimus*, tertia *Ad societatem*. Tres porro Lectiones recitantur hoc ordine: si Simplex binas Lectiones obtinet, prima tantum est de Scriptura occurrente, reliquæ de Sancto. Si unam tantummodo habet vel propriam vel adsignatam de Communi, prima et secunda petuntur ex Scriptura, tertia est de Sancto. Duo ℟℟. post primam et secundam Lectionem accipiuntur e Communi juxta Ferias, idest Feria II et V ex primo Nocturno, Feria III et VI ex secundo Nocturno, Feria IV et Sabbato ex tertio Nocturno; omisso autem tertio ℟., ad finem ℟. secundi adjungitur *Gloria Patri* cum repetitione partis ℟., ac dicitur *Te Deum*. Ad Laudes et per Horas omnia de Festo persolvuntur, ut in semiduplicibus, usque ad Nonam. *Rubricæ generales*. Hæc omnia scias æque servanda esse in Officio S. Mariæ in Sabbato, excepto quod Absolutio ac Benedictiones ex Officio hoc sub finem Breviarii sumuntur.

16. — I. Octava benedictio in Officio S. Raphaelis Archangeli non est *Quorum festum colimus*, sed *Cujus festum* etc. *S. R. C.* 13 *Sept.* 1692 *in Hispalen. ad* 5. Ubi huic Officio sit adjungenda nona Lectio de homilia vel de Simplici, tunc ex Lectionibus 8 et 9 unica conficitur. Paschali Tempore congruens ritus servabitur.

II. *Indulgentia plenaria* pro Religiosis Professionem renovantibus, huic diei manet addicta, utcumque Festum S. Raphaelis transferatur. *Rubr. nostri Franciscani Breviarii hic.*

III. Ubicumque Festum istud alia die celebratur, omnes quotquot Breviario nostro utuntur, nequeunt iterum hoc aliudve S. Archangeli Officium persolvere. *Rubr. nostri Brev. hic.* An ubi agitur tantum sub ritu duplici minori, prælationem sibi vindicet, recole c. 4 n. 3 et c. 5 n. 2 III.°

17. — S. Aniceti Papæ et Martyris in Quadragesima fit tantum commemoratio; extra Quadragesimam vero Officium agitur uti superius die 14 de Ss. Tiburtio et Sociis declaratum est. Legitur Missa *Protexisti* ut in

Missali hac ipsa die. Ubi vero celebretur sub ritu duplici vel semiduplici et transferendum sit extra tempus Paschale, Lectiones tertii Nocturni dicuntur de homilia n Evangelium *Si quis vult;* Missa autem erit *Sacerdotes Dei* de Communi. *S. R. C.* 11 *Sept.* 1840 *in Romana.*

— In Festo S. Anselmi Ep. Conf. et Doctoris, Lectiones primi Nocturni semper sunt *Sapientiam* de Communi Doctorum. *S. R. C.* 5 *Maj.* 1736 *in Einsidlen.* Si quando Festum hoc incidat in Dominicam, vel in diem ransferatur qua subjicienda sit nona Lectio de homilia ut de Festo simplici, tunc VII Lectio absolvitur in verbo *Conferentes,* VIII inchoatur a vocibus *Merito igitur* ut in Breviario Rom. 14 Januarii.

— Quoties Officium Ss. Soteris et Caji occurrit extra tempus Paschale, tertia Lectio secundi Nocturni est *Quotiescumque* de Communi 1 loco ejus temporis, æque ac Lectiones tertii Nocturni cum Antiphonis etc.: ac legitur Missa *Intret* pariter de Communi 1 loco. *Rubr. hic.*

— I. Oratio S. Fidelis a Sigmaringa non est concludenda *In unitate ejusdem,* sed simpliciter *In unitate Spiritus sancti* etc. *S. R. C.* 12 *Nov.* 1831 *in una Marsorum ad* 49.

II. Cum Festum S. Fidelis transfertur post tempus Paschale, Lectiones tertii Nocturni sunt de homilia in Evangelium *Si quis venit* de Communi illius temporis, una cum Antiphonis etc. Missa est *In virtute*, Oratio propria, Evangelium ut supra. *Rubr.*

III. Ubi Festum S. Marci jejunio vel abstinentia a carnibus prævenitur, si dies 24 Aprilis incidat in Feriam tertiam Paschatis (id porro æque vim obtinet, si incidat in secundam vel in Dominicam Paschæ), jejunium vel abstinentia protrahitur in diem, quæ translatum S. Marci Festum præcedit. *S. R. C.* 17 *Dec.* 1695 *in Toletana.*

. — I. Festum S. Marci præfertur, si occurrat in Festo Patrocinii S. Joseph ejusdem ritus. *S. R. C.* 11 *Sept.* 1847 *in Papien.* Si vero concurrat, Vesperæ S. Marci erunt integræ. *Vide c.* 5 *n.* 2. *II.*°

II. Apostoli et Evangelistæ dignitate æquiparantur; ideo si plurium simul transferantur Officia, illud prius

celebrari oportet, quod Kalendarii ordine est anterius. Propterea si reponenda sint Festa S. Marci ac Ss. Philippi et Jacobi, prælatio temporis de D. Marco deferatur necesse est. *S. R. C.* 17 *Jul.* 1706 *Decr. gener.*

III. Quando Officium S. Marci transfertur post Pentecosten, exceptis propriis, est de Communi Apostolorum et Evangelistarum extra tempus Paschale. Missa vero dicitur ut in Festo S. Lucæ 18 Octobris, præter Orationes et Epistolam, quæ ex proprio sumuntur. *Missal. Rom. typicum Romæ edit. an.* 1861.

IV. Etsi Festum S. Marci transferri interdum contingat, eo quod incidat infra Octavam Paschæ aut in Festum majoris ritus vel dignitatis; non ideo tamen transferuntur quoque Litaniæ et Processio, nisi occurrant die Paschatis, quo casu lex est ut Feria tertia proxime insequenti persolvantur. *Rubr.* Verum ubi ex privilegio Festum hoc incidens infra Octavam Paschæ transponitur una cum Litaniis et abstinentia a carnibus in Feriam quartam post Dominicam in Albis tamquam diem propriam, illam licet omnino servari. At si in Feria hac agatur Festum Ss. Philippi et Jacobi Apostolorum vel Inventionis S. Crucis, Litaniæ et abstinentia protrahuntur in proximam Feriam quintam; quæ rursum ubi impediatur Festo Patroni præcipui, Litaniæ seu Processio et abstinentia insequenti Feriæ sextæ erunt adfigendæ. Jam vero Officium S. Marci prima die juxta Rubricas non impedita peragi opus est. *S. R. C.* 11 *Sept.* 1847 *in Brugensi ad* 1 *et Kalendarium Archidiœcesis Mechliniensis an.* 1848.

V. Litaniæ Sanctorum cum Precibus et Orationibus, quæ ex præcepto privatim sunt persolvendæ die S. Marci ac in triduo Rogationum ab iis qui Processioni non intersunt, vel quibus in hac nil curæ sit illarum recitatio, pridie anticipari nullo pacto possunt; quin imo ab iis etiam qui Matutinum cum Laudibus diei posteræ in antecessum persolvunt, dicendæ sunt iisdem Processionis diebus, et quidem ante Primam. Porro flexis dicuntur genibus, ac non duplicantur. *S. R. C.* 28 *Mart.* 1775 *in una Urbis ad* 16, 7 *Maj.* 1853 *in una Congreg. SS. Redemptoris et Rubr. pecul. n.* 237. At enim qui

reviario nostro utuntur, ii debent Litanias præferre eraphici Ordinis ex Indulto Apostolico rite dispositas, uæ ad calcem Breviarii vel Diurni trium Ordinum S. . N. Francisci exhibentur. *S. R. C.* 12 *Mart.* 1836 *in* *ridentina ad* 9. Vide tamen infra de Rogationibus.

VI. In Litaniis post nomen S. Joannis Baptistæ alteum addendum est S. Joseph (si non adest). Item post . *A fulgure et tempestate* subjiciendi sunt duo ℣℣. *A agello terræmotus,* et *A peste, fame et bello, libera nos* tc. *S. R. C.* 11 *Sept.* 1847 *in Veronen. ad* 1. At præ- ɜr hanc nulla licet alia additio aut mutatio; quare ıinime fas est vel nomen cujuspiam Sancti adjungere el novum versiculum in Litanias inserere, nihil obstante mmemorabili consuetudine, nisi tamen de Apostolica oncessione constet. *S. R. C.* 31 *Mart.* 1821 *Decr. gener.* t 7 *Sept.* 1850 *in Veronen. ad* 18. Si Sancta Sedes acet, omittitur *Domnum Apostolicum* et ℣. *Oremus pro* *Pontifice* etc. atque Oratio congruens; dicitur nihilominus *Ut omnes Ecclesiasticos Ordines* etc. *Gav. sect.* 9 *c.* *n.* 11. In Processionibus Rogationum color violaceus emper est adhibendus. *S. R. C.* 3 *Jan.* 1657 *in Fesuana.* Si intersit Episcopus, huic ad fores aspersorium orriget dignior Ecclesiæ (absque Stola. *S. R. C.* 16 *Apr.* 1853 *in una Ord. Min. Observ. ad* 31) in quam ngreditur, quamquam omnes ipsum comitentur Canoiici propriis insignibus amicti, dummodo ibi non obstet mmemorabilis consuetudo. *S. R. C.* 4 *Maj.* 1647 *in Dertonen.,* 11 *Sept.* 1847 *in Patavina,* 10 *Jan.* 1852 *in Sorana et* 17 *Sept.* 1853 *in Mantuana.* Absente Episcopo, Capitulo et Canonicis ad Templi ingressum Sacerdos quispiam ibi addictus, Superpelliceo indutus, haud aliter aquam benedictam impertit quam aspersione, Celebranti autem qui Pluviali amictus incedit, per aspersorii contactum. *S. R. C.* 12 *Sept.* 1699 *in Taurinen. ad* 1. In ejusmodi Processionibus probatur mos plures adeundi Ecclesias, atque in singulis recitandi S. Titularis Orationem per unum ex Canonicis Cathedralis facto initio ab antiquiore, ac ita deinceps. *S. R. C.* 18 *Jan.* 1653 *in Lauden. ad* 1. Altaris Conopœum ac Pallium n Templis, ad quæ de more divertit Processio quin ibi

Rogationum Missa decantetur, eo colore sit qui O
diei respondeat. *S. R. C.* 11 *Sept.* 1847 *in Ver*
ad 8. Preces post Litanias jubetur Celebrans perso
qui deferens Pluviale sacram functionem exequit
R. C. 11 *Jan.* 1681 *in Sarnen. et* 16 *Sept.* 17
Aquinaten.

VII. Processione absoluta, canitur Missa Rogati
absque commemoratione S. Marci. Attamen si Pro
pro Litaniis majoribus ad Ecclesiam S. Marci fuerit
nata, ibi opus est Missam S. Evangelistæ celebrar
commemoratione Rogationum sub unica conclusio
R. C. 23 *Maj.* 1603 *in Hispalen. et* 27 *Febr.* 1
Limburgen.), dummodo Festum non incidat intra tr
Paschæ; in hoc quippe occurrentium Sanctorum
haudquaquam permittuntur. *Rubr. tit.* 6. *Attend*
præterea adnotabimus in Dom. Resurrectionis n.
aliis porro Ecclesiis Missa omnino debet esse
gationibus, etsi unica dumtaxat ibi canatur. *S. R.*
Jan. 1693 *in una Galliar. ad* 17. Reliquæ vero
die S. Marci, nec non die, in quam Litaniæ n
transferuntur, legendæ sunt de Officio curren
Rogationum commemoratione, quippe cum hæc
præscribatur, dummodo fiat Processio; secus enim
memoratio Rogationum agenda foret in Missa C
tuali vel Parochiali. *S. R. C.* 12 *Nov.* 1831 *i*
Marsorum ad 37, *confer etiam exposita c.* 8 *n.* 2

VIII. Die S. Marci ac in triduo Rogationum
clesiis ubi una tantum Missa celebratur, si quid
Processio, Missa erit de Rogationibus cum com
ratione occurrentis Festi, ac tertia Oratione (
nos; sin vero omittitur Processio, Missa Festi
rentis legenda est cum Rogationum commemo
S. R. C. 12 *Nov.* 1831 *in una Marsorum ad* 37
Maj. 1846 *in Tudent. ad* 2. Contra in Ecclesii
præter Missam Rogationum, alia quoque legitur d
occurrente aut de Vigilia Ascensionis, in prior
memoratio præteritur Festi aut Vigiliæ, sed Or
adjunguntur ibi assignatæ. *S. R. C.* 12 *Aug.* 1
ad 1. *Lucionen.* Nihilominus Missæ illius celebra
ficiens causa non est, quare commemoratio Roga

omittatur in Missis lectis de Festo vel de Vigilia (*ex cit. Decreto ad* 3), quamvis sit omittenda in Missa S. Marci, ut n. præcedenti animadversum est. *Vide infra de Rogationibus.*

IX. In Missa Rogationum adhibetur color violaceus, non dicitur *Gloria,* neque *Credo,* etiamsi incidat in Dominicam vel infra Octavam Paschæ; Missa enim ferialis est. *S. R. C.* 5 *Jul.* 1698 *in Collen. ad* 17 *et* 7 *Sept.* 1816 *in Tudent. ad* 30. Præterea utendum est Præfatione Paschali, etiam infra Octavam alicujus Sancti, cui propria Præfatio adsit; exceptis Ecclesiis, ubi, prout innuimus n. superiore, addenda sit commemoratio de Octava, in istis enim Octavæ quoque legenda erit Præfatio. *S. R. C.* 17 *Sept.* 1853 *in Veronen. ad* 5. Infra Octavam Paschatis locum habet *Communicantes* et *Hanc igitur* de Pascha, sed ad *Benedicamus Domino* non additur *Alleluja. Meratus p.* 4 *tit.* 11 *n.* 9.

— I. Si Festum Ss. Cleti et Marcellini, vel aliud ex sequentibus, habens Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente, celebretur in Feria secunda Rogationum aut in Vigilia Ascensionis vel in Quatuor Temporibus, ejus Nocturni Lectiones sumentur de Communi, nisi forte substitui oporteat Initium alicujus libri Scripturæ, quod assignata die legi non potuit. *Rubr. Recole etiam quæ præmonuimus die* 15 *Januarii n. II.* In Missa Ss. Cleti et Marcellini, in Oratione Canonis *Communicantes* ad nomen *Cleti* flectitur caput.

II. Si Officium Ss. Cleti et Marcellini transferatur post Pentecosten, illud, exceptis propriis, erit de Communi extra tempus Paschale primo loco: Missa vero *Intret* de eodem Communi, cum Oratione propria. *Rubr.*

— Occurrente Festo B. Lucii Confessoris in Feria secunda Rogationum, loco nonæ Lectionis S. Vitalis, Homilia Rogationum legitur, ejusque commemoratio fit (ante alteram S. Vitalis) in Laudibus et Missa cum Evangelio in fine; quod et in reliquis Festis sedulo observabitur, quæ incidunt in Feriam secundam prædictam, vel in Vigiliam Ascensionis, quo nempe casu nona Lectio et commemoratio erit de Vigilia. *Rubr. nostri Franc. Brev.* — Ubi Missa S. Vitalis aliqua de causa

celebretur, erit *Protexisti* cum Orationibus ut in Mis-
sali hac ipsa die. *Vide adnotata die 14 hujus n. III.*

29. — Officium S. Petri Martyris, quoties transferri con-tigerit post Pentecosten, exceptis propriis, sumitur de Communi extra tempus Paschale secundo loco. Missa erit *Lætabitur*, Orationes adsunt propriæ, Evangelium *Si quis vult* accipitur ex Missa *Sacerdotes Dei* de eodem Communi. *Ita Missale Rom. typicum Romæ edit. an.* 18

30. — Sancti Philippus et Jacobus Vigilia carent ac je-junio, ratione temporis Paschalis.

Ubi Dominica tertia post Pascha Festum agitur S. Ra-phaelis Archangeli, in tertio Nocturno recitanda est ho-milia S. Joannis Chrysostomi *Cum vellet Deus;* non vero altera S. Augustini *Mirum non esse debet* etc. *S. R. C. 5 Maj. 1736 in Einsidlen.*

Si Festum Patrocinii S. Joseph (quod in præsens ad to-tam Ecclesiam extensum est sub ritu duplici secundæ classis, ex Decreto Urbis et Orbis diei 10 Sept. 1847) transferatur post Pentecosten, omnes Nocturnorum An-tiphonæ sumendæ sunt ex Festo 19 Martii (*S. R. C.* *Sept.* 1790 *in Barcinon. ad* 4): ac in Antiphonis, In-vitatorio, ℣℣. et ℟℟. omittuntur *Alleluja.* In Missa vero *Alleluja* supprimitur ad Introitum, Offertorium et Com-munionem, insuper Graduale petitur ex Missa 19 Martii, sed post primum ℣. adduntur duo *Alleluja*, secundus ℣. erit *Fac nos innocuam* etc. ex hodierna Missa. *S. R. C. 25 Sept. 1860 in una editionis Missalis. Credo* lo-cum non habet, nisi forte Festum infra aliquam Octavam in-cidat *Credo* exposcentem. Si dies, in quam Patrocinium transfertur, careat nona Lectione de homilia vel de Festo simplici, tunc illius octava Lectio absolvitur ad verba *Sed genitus erat*, nona vero inchoatur a voce *Quamquam* etc. *Rubr.*

Si Dedicatio Basilicæ Assisiensis S. P. N. Francisci (ce-lebranda apud nos Dominica quinta post Pascha sub ritu duplici majori) occurrat in Festo primario (imo vero et secundario, dummodo sit Festum Domini) ejus-dem ritus, opus erit ut transferatur, quia Festum est secundarium, utpote de Dedicatione Ecclesiæ non pro-priæ. *Recole quod ostendimus c. 2 n. 13 et 17.*

ANNOTANDA

IN DOMINICAM RESURRECTIONIS EJUSQUE HEBDOMADAM AC TEMPUS PASCHALE

1. Dominica Resurrectionis est duplex primæ classis cum Octava privilegiata, in qua colore albo jugiter utendum est. Officium ac Missa sunt propria, absque ulla prorsus commemoratione (*). *S. R. C.* 12 *Apr.* 1823 *in Panormitana ad* 8 *et Rubr. pecul. n.* 59. Postcommunio nequaquam est concludenda *In unitate ejusdem*, sed simpliciter *In unitate Spiritus sancti* etc. *Ita Missale Rom. typicum an.* 1861. Ad Primam dicuntur tres tantum Psalmi ut in Festis, ac Martyrologii lectioni præmittitur *Hac die* etc., dehinc pronuntiantur Kalendæ, Luna etc. ut in eodem Martyrologio pro die sequenti. In Ecclesiis, ubi adest Fons Baptismalis, aqua non benedicitur, sed ibi solemnis aspersio fit per ejus fontis aquam pridie reservatam, ac interim recitatur Antiphona *Vidi aquam* etc. *Rubr. Missalis.* Quod spectat ad Missam de Festo transferendo, ac de Requie, itemque ad Exequias præsente Cadavere, attende

---

(*) In Officio Dominicæ Resurrectionis cujusvis Hymni cantus omittitur, quia simul ac resurgent justi Hymnorum vice incipient per vicos Jerusalem cœlestis modulari æternum *Alleluja.* Insuper ideo excluduntur Capitula, quia hæc nimirum inducta videntur ad animum tantisper reficiendum longioris Psalmodiæ modulatione fessum; contra vero in Resurrectione, cujus quoddam symbolum est Officium paschale, iis quorum velut aquilæ juventus renovabitur, nulla amplius poterit lassitudo subrepere. Unicum ponitur Nocturnum cum tribus Lectionibus, tribus Psalmis, tribus Antiphonis, ut nempe significetur unius virtute Trinitatis, qua perfectio omnis continetur, in nobis quoque impletum iri Resurrectionis Mysterium. Primo ℟. subditur *Gloria Patri* ad Deum summa exultatione collaudandum, qui Jesum Christum Crucifixum hodie mundo obstupente a mortuis suscitavit. Post *Gloria Patri* integrum ℟. repetitur, ut commoneamur, divinæ Resurrectionis Mysterium menti nostræ altius esse figendum, et jugi recordatione recolendum. *Ita ferme Tetamus.*

exposita c. 8 n. 5 et 29, nec non ad diem sextam Januar
n. V. In Vesperis Paschæ Antiphona *Hæc dies* etc. pr
cinenda est ab Hebdomadario. *S. R. C.* 11 *Sept.* 1847
Veronen. ad 4. Benedictio Mensæ et gratiarum actio ho
et per totam Octavam conficitur per verba *Hæc dies* e
Quid facto opus sit, ubi Festum S. Marci occurrat
Paschatis, pervide sub die 25 Aprilis n. IV. Benedic
Ovorum aliorumque exculentorum minime inter jura
meratur strictim parochialia (*) *S. R. C.* 12 *Jan.* 17
Decr. gener.

2. Infra Octavam Paschæ quodcumque Festum, etiam
duplex primæ classis, occurrat, post illam transfertur. *Ru*
tit. 7 *n.* 3. De Simplici sive per se, sive per accidens, n
commemoratio agitur in Dominica, ac in Feria secun
et tertia Paschatis; si post hoc triduum incidat, de
commemoratio fiat tam in Officio quam in Missa, et q
dem ritu Paschali, verum sine ejus Lectione ad Matu
num; quinimo si inciderit in Feriam quartam atque
simplex per accidens, ipsius commemorationi locus da
etiam in Vesperis Feriæ tertiæ præcedentis. *S. R. C.*
Mart. 1775 *in una Urbis ad* 4 *et Rubr. pecul. n.* 59. O
ficium in triduo Paschatis est duplex primæ classis, p
triduum est semiduplex. Infra Octavam omnia perficiun
ut ibi et in die Festi. De Absolutione et Benedictionibus,
tende quæ docuimus post Epiphaniam n. 13. Missa est q
tidie propria cum *Gloria,* Sequentia et *Credo.* Præfatio
In hac potissimum die, cum *Communicantes* et *Hanc igit*
Pascha. Post triduum illud in Missa secunda tantum
jungitur Oratio *Ecclesiæ* vel pro Papa, non exclusis C
lectis imperatis. At enim ubi occurrat simplex, secun
Oratio de ipso erit, et altera *Ecclesiæ* vel pro Papa om

(*) In Paschate benedicuntur Agni et Ova, quia, cum per
Quadragesimam a carne abstinuerimus et ab escis quæ ex carne
ducunt originem, quemadmodum præcipue sunt ova; maxime
congruit, ut peculiari cum benedictione ad hos cibos denuo su-
mendos in Paschate accedamus; præsertim cum Dæmon hoc
potissimum tempore conetur nos gulæ illecebris irretire et
immoderatum epularum usum pertrahere. *Vide Tetamum.*

tetur. *S. R. C.* 15 *Sept.* 1736 *in una Rubricarum ad* 1. Si infra Octavam Paschatis (primum nempe post triduum) Missam solemnem celebrari contigerit de Festo transferendo vel pro re gravi, servandus in illa erit ritus Paschalis, nec non illius usurpanda Præfatio propria, si habeat, sed *Communicantes* et *Hanc igitur* erunt de Pascha; demum ad *Ite Missa est* vel *Benedicamus Domino* minime erit addendum *Alleluja*. *Meratus p.* 4 *tit.* 11 *n.* 6 *et* 9.

3. Sabbato in Albis (*), Vesperæ sumuntur e Psalterio, adposita nimirum Psalmis Sabbati unica Antiphona trium *Alleluja* ritu duplici, nec non a Capitulo Dominicæ in Albis ut ibi, *Benedicamus Domino* profertur sine *Alleluja*. Completorium persolvitur ritu Paschali, et clausula Hymni est *Deo Patri..... et Filio qui a mortuis..... in sempiterna sæcula*. Benedictio Mensæ in cœna ac deinceps peragitur ut infra annum.

4. Dominica in Albis est prima post Pascha, et primæ classis; ideoque expungit Festum quodcumque in ea occurrens. *Rubr. tit.* 9 *n.* 3. At quoad ritum Officium ipsius est duplex minus. *Rubr. tit.* 2 *n.* 1. Omnia persolvuntur ut ibi atque in Psalterio tempore Paschali. Missa est propria; in cujus Secreta legendum est *et cui causam*, non vero *et qui causam*. *Ita Missale Rom. typicum an.* 1861. Si in hanc Dominicam Festum incidat simplex vel instar simplicis, de eo commemoratio fit tàm in Officio quam in Missa, ejusque nona Lectio historica, si adsit, ad Matutinum adjungitur. *S. R. C.* 5 *Maj.* 1736 *in Einsidlen. et Rubr. pecul. n.* 176. Si quando Dominica hæc concurrat cum Festo duplici etiam majori, Vesperæ nihilominus dicuntur de Dominica, cum sola commemoratione sequentis. At ubi Festum proxime sequens, licet translatum, existat duplex primæ aut secundæ classis, tunc vero Vesperæ de sequenti recitantur, cum commemoratione Dominicæ. *Rubr. tit.* 11 *n.* 7.

(*) Sabbatum hoc (et sequens Dominica) vocatur *in Albis* vel quia in illo Neophyti vestibus albis induebantur, vel contra quia exuebantur, pro varia Ecclesiarum consuetudine. *Consule Tetamum.*

5. Toto Paschali tempore, quoties extra Missam admi-nistratur SS. Eucharistia, ad ℣. *Panem de cœlo* et *Omne delectamentum* additur *Alleluja* (non item ad Anti-phonam *O sacrum convivium*. Ex Rituali Rom. et Rubr. pecul. n. 240), ac dicitur Oratio *Spiritum nobis Domine*. *Per Christum*. In administratione tamen Communionis in-firmorum servandum est Rituale Romanum, nulla habita ratione temporis Paschalis. *S. R. C.* 11 *Febr.* 1702 *Lerien. ad* 7. Quocumque tempore (præter Feriam V in Cœna Domini) administretur populo extra Missam SS. Communio, Stola adhibenda est eo colore qui Officio di congruit. *S. R. C.* 12 *Mart.* 1836 *in Tridentina ad* 12. Ad ℣. *Panem de cœlo* necesse omnino est ut duo se-quentes ℣℣. adjungantur *Domine exaudi* et *Dominus vo-biscum*. *S. R. C.* 24 *Sept.* 1842 *in una Tertii Ord. S. Francisci ad* 3. Item post Communionem, etiam Monia-lium, benedictio non impertienda quidem est sacra Pyxide sed tantum manu Sacerdotis dextera. *S. R. C.* 16 *Jan.* 1793 *in Urbinaten. et* 23 *Maj.* 1835 *in una Ord. Capu-cinorum ad* 1. Verum ante hanc benedictionem Sacerdos non osculatur Altare, sed proferens verba *Benedictio Dei omnipotentis* etc. palmas elevat atque extendit eodem ritu ac in fine Missæ dum pronunciat *Benedicat vos omnipotens Deus* etc. *S. R. C.* 16 *Mart.* 1833 *in Veronen. ad* 6 *et* 12 *Aug.* 1854 *in Lucionen. ad* 76. — Præterea toto hoc tem-pore ad aspersionem aquæ benedictæ, quæ singulis Do-minicis ante Missam Conventualem vel Parochialem peragi solet, præscribitur Antiphona *Vidi aquam*, quam præcinit Celebrans flexis genibus, atque ad ℣. *Ostende nobis Domine* additur *Alleluja;* hujusce porro aspersionis munere is fungi debet, qui mox est Missam celebraturus, prima licet ille Dignitate foret ornatus. *S. R. C.* 12 *Nov.* 1831 *in Pisana ad* 11.

6. Tempore Paschali peculiare Officium pro Ss. A-postolis et Ss. Martyribus suppetit; pro aliis idem est ac reliquo anni tempore, præterquam quod ad Invitatorium, Antiphonas, ℣℣. et ℟℟. additur unum *Alleluja*, ubi deest (si quidem excipias ℣℣. in Responsoriis Matutini, *Pretiosa*, ad Primam, nec non ℣℣. illos qui formam precum refe-

runt); duo autem *Alleluja* ad ℟℟. brevia adjunguntur (*). Psalmi cujuscumque Nocturni dicuntur sub prima tantum illius Antiphona, servato tamen Officii ritu duplici vel semiduplici. *Rubr. tit.* 21 *n.* 6, *tit.* 24 *n.* 4 *et in Communi Martyrum.* Hoc ipsum præstandum erit in Officio cujuspiam Sancti alicubi fortasse ex Fundatorum voluntate ultra Officium diei persolvendo. *S. R. C.* 26 *Aug.* 1752 *in Gadicen. ad* 2. Officium tamen parvum B. M. V. quovis tempore recitatur omnino uti jacet, iis dumtaxat exceptis, quorum immutatio ibi per Rubricas expresse præscribitur. Quamobrem minime additur Paschali etiam tempore *Alleluja* ad Invitatorium, Antiphonas, ℣℣. et ℟℟., atque in Nocturno tres dicuntur Antiphonæ ut alias. *Rubr. gen. tit.* 37 *n.* 2 *et pecul. n.* 239 *ac S. R. C.* 28 *Mart.* 1626 *in Tornacen. ad* 2. Quæ regula communis quoque est Hymnis, ℟℟., Antiphonis, aliisque Precibus, quæ extra Divinum Officium recitantur. Hæc enim omnia recitari oportet eadem prorsus ratione ac infra annum; non vero juxta leges, quas sequi opus foret si illa in Officio locum haberent. Excipitur ℣. *Panem de cælo* et ℟. *Omne delectamentum* etc.; quibus in expositione ac repositione Ven. Sacramenti, necnon post administratam Fidelibus SS. Eucharistiam, *Alleluja* subditur toto tempore Paschali (ut n. 5 animadversum est), ac subditur etiam in casu illo expositionis et repositionis per totam Octavam Corporis Christi. *Rubr. pecul. n.* 240. Excipitur præterea Hymnus *Veni Creator Spiritus*, qui concludendus est juxta temporum diversitatem (*S. R. C.* 3 *Aug.* 1839 *in Piscien. ad* 11), nimirum Paschali tempore *Deo Patri sit gloria, et Filio qui a mortuis* etc.; extra vero hoc tempus, utcumque recitatur infra Octavas propriam conclusionem habentes, semper per

(*) Tempore Paschali *Alleluja* sæpissime ingeminatur ac resonat in Divinis Officiis, quia nimirum non modo maximæ solemnitatis gaudium affert, verum etiam quia beatitatis et gloriæ quæ nos manet in cœlis imago est. Porro *Alleluja* ineffabilis exultationis vox est. Contra vehementer dedecet Versiculis Precum addi *Alleluja*, quia Preces exprimit necessitas ac gemitus comitatur. *Ita ferme Tetamus.*

stropham *Deo Patri sit gloria, ejusque soli Filio* cum *Spiritu Paraclito, nunc et per omne sæculum*, æque ac Hymnus ad Primam; nullum quippe tempus præter Paschale propriam Hymnorum conclusionem obtinet. *S. R. C.* 7 *Apr.* 1832 *in Ariminen. ad* 2, 28 *Jul.* 1832 *in Brixien. ad* 4 *et Rubr. pecul. n.* 241.

7. Tempore Paschali omnibus Hymnis ejusdem metri, subjicitur clausula *Deo Patri sit gloria, et Filio qui a mortuis.... in sempiterna sæcula* usque ad Ascensionem, præterquam in Officio B. M. V. ac votivo SS. Sacramenti, ubi Hymni absolvuntur per stropham *Jesu qui natus* etc., et præter Hymnos quibus inest conclusio propria, ut in Officio S. Crucis ad Vesperas, et plurimorum Martyrum ad Matutinum. *Recole dicta ad diem* 23 *Jan. n. IV.*

8. Pro Dominicis tempore Paschali omnia ibidem assignantur. In feriali Officio usque ad Ascensionem Invitatorium, Hymni ℣℣. et Capitula sunt uti in Feria secunda post Dominicam in Albis. Ad Laudes Antiphonæ et Psalmi dicuntur de Dominica, Antiphonæ ad *Benedictus* et *Magnificat* quotidie sunt propriæ. Oratio est de Dominica præcedenti, excepta Feria secunda Rogationum, quæ propriam obtinet. Ad Matutinum tam in Dominicis quam in Feriis toto tempore Paschali adjungitur *Te Deum*, dempta Feria secunda Rogationum. *Rubr. tit.* 27 *n.* 4 *et tit.* 31 *n.* 4. Ad Primam hoc tempore in Officio tam Dominicali quam Feriali, tres tantum recitantur Psalmi ut in Festis, cum Capitulo *Regi sæculorum;* sed in Officio de Dominicis ante Ascensionem adnectitur quoque Symbolum *Quicumque* etc. *Rubr. tit.* 22 *n.* 3 *et tit.* 29 *n.* 4. Lectio brevis in Officio de Tempore usque ad Ascensionem est *Si consurrexistis.* Responsoria brevia, quæ exhibentur in Dominica in Albis usque ad Ascensionem sunt usurpanda. *Rubr. tit.* 28 *n.* 4. De Dominicis occurrentibus ab ea Dominica ad Pentecosten exclusive, commemoratio fit in utrisque Vesperis, Laudibus et Missa, cum nona Lectione de homilia ad Matutinum, et Evangelio sub Missæ finem, quoties Festo duplici impediuntur. *Rubr. tit.* 4 *n.* 1 *et tit.* 9 *n.* 3. Ubi et quomodo reponendum sit Initium alicujus Libri vel Epistolæ catholicæ tempore Paschali, si propria die illud excludatur quopiam Festo proprias habente Lectiones pri-

mi Nocturni, vel de Communi assignatas, jam declaratum est post Epiphaniam n. 10, 11 et 12 (*).

9. A Feria secunda post Dominicam in Albis usque ad Ascensionem, in Officio tam de Tempore quam de Sanctis (dummodo non sit duplex vel infra Octavam) ad Vesperas et Laudes (vice Suffragiorum) commemoratio agitur Crucis, ut in prædicta Feria proponitur (**), atque stando ad Primam et Completorium Preces subjunguntur de Dominica. *Rubr. in Dom. in Albis et in Feria secunda sequenti.* Item a Dominica in Albis usque ad Ascensionem, quotidie ad Primam in ℟. brevi pronunciatur ℣. *Qui surrexisti a mortuis*, præterquam in Officio B. M. V. et in votivo SS. Sacramenti, ubi subrogatur ℣. *Qui natus* etc. *Rubr. tit.* 28 *n.* 3. *Recolatur quoque adnotatio ad diem* 23 *Januarii n. V.*

10. Tempore Paschali in Missis Sanctorum etiam votivis, ad finem Introitus sive ante sive post Psalmum, apponuntur duo *Alleluja;* unum vero, si desit, ad finem Offertorii et Communionis. *Rubr. Missal. sub die* 21 *Martii et ante Missas votivas.* Post Epistolam loco Gradualis, subjiciuntur duo ℣℣. inter quatuor *Alleluja*, ut in Missali. Si vero legenda sit Sequentia, tunc ultimum *Alleluja* alias dicendum post secundum ℣., ad finem Sequentiæ additur. *Rubr. in Missa Sabbati in Albis.* In Missis porro de Tempore omnia ita peraguntur ut ibi præcipitur, cum *Gloria* et *Credo*; sed Missa de Feria sumitur de more ex Dominica præcedenti, nisi adsit propria, ac in ea dicitur qui-

---

(*) Post Pascha leguntur Actus Apostolici, Apocalypsis atque Apostolorum Epistolæ, quia scilicet virtute magna reddebant Apostoli testimonium Resurrectionis Jesu Christi. *Tetamus.*

(**) Hoc tempore omittuntur Suffragia Sanctorum, quia cum Christus ex Joannis testimonio Ep. 1 c. 2, post Resurrectionem suam plane singularis factus sit advocatus noster apud Patrem, æquum est, hoc potissimum tempore spem nostram ad ipsum assurgere, et unicum perfugium nostrum in ipso collocari. Pergimus porro etiam hoc tempore Crucis commemorationem facere, ad recolendam nimirum Crucis victoriam, ex qua gloria Resurrectionis exorta est. *Ita ferme Caval. to.* 2 *c.* 33 *n.* 1.

dem *Gloria* (excepta Missa Rogationum), non tamen *Credo* seu Symbolum. *Rubr. Missalis Dom. 1 Adventus.*

11. In Missa ab Octava Paschatis usque ad Ascensionem, nisi duplex sit, Orationi diei subditur secunda Oratio *Concede nos*, 3 *Ecclesiæ* vel pro Papa. *Rubr. tit.* 9 *n.* 6. Si qua vero commemoratio de Simplici facienda sit, tunc de isto 2 Oratio erit, 3 *Concede*, et altera *Ecclesiæ* vel pro Papa præteritur. At ubi duplex occurrat commemoratio, ambæ Orationes de tempore omittuntur: atque ita semper agitur in similibus. Item quotidie recitatur Præfatio Paschalis *In hoc potissimum*, etiam in Dominicis et Festis Sanctorum, quæ propriam non habent. *Rubr. ante Præfationem et S. R. C.* 18 *Dec.* 1779 *in una Ord. Min. Observ. ad* 19. Itaque infra Octavam, cui propria Præfatio adsit, hæc dicenda est, nisi forte legatur Missa quæ propriam similiter obtineat, tum quippe omissa Præfatione temporis et Octavæ, oportet Præfationem substituere quæ Missæ est propria.

12. Tempore Paschali non dicitur Missa de Vigiliis præterquam Ascensionis. *Rubr. tit.* 3 *n.* 6. Rursum non datur locus Officio Defunctorum pro die prima Mensis, neque Missæ Conventuali de Requie, neque commemorationi pro Defunctis. *Rubr. ante Off. Def. et Rubr. Miss. tit.* 5 *n.* 1 *et* 2. Nihilominus pro particulari quopiam Defuncto potest agi commemoratio per Orationem *Inclina* etc. in Missa strictim privata, quando non prohibentur Missæ privatæ de Requie. *Confer. exposita c.* 8 *n.* 25.

13. Festum alicujus Martyris, quod habeat Evangelium proprium, illud retinet, etiamsi in tempus Paschale transferatur. Idem dic de Introitu, dummodo simul in proprio adsit vel Evangelium vel Epistola; at contra se res habet, si Introitus dumtaxat proprius extet. *S. R. C.* 29 *Nov.* 1738 *in Carthaginen. ad* 1 *et* 2. Evangelium censetur proprium in sensu Decreti, quotiescumque non sit ex iis, quæ assignantur in Communibus, vel etsi de Communi depromptum, nihilominus tamquam proprium fuerit præscriptum peculiari aliqua de causa, ut accidit v. gr. in Festo S. Hermenegildi et S. Joannis Nepomuceni. Epistola quoque tunc censetur propria, cum minime sumpta est ex illis quæ in Communi assignantur. *Caval. to.* 5 *c.* 11 *n.* 15 *et* 17.

14. Tempore Paschali usque ad Sabbatum in Vigilia Pentecostes ad Nonam inclusive, in Officio ac Missa de Tempore adhibetur color albus, præterquam in Missa et Processione pro Litaniis majoribus et minoribus, quibus nempe congruit color violaceus. *Rubr. Missal. tit.* 18 *n.* 2 *et* 5.

ANNOTANDA

IN FERIAS ROGATIONUM

1. Feria secunda Rogationum est Feria major (*). De ea Officium persolvitur, nisi Festum incidat novem Lectionum etiam translatum, quo casu de illa commemoratio agitur in Laudibus (per Antiphonam et Orationem propriam, ac ℣. *In resurrectione*) et in Missa, cum nona ejus Lectione ad Matutinum, et ultimo Evangelio sub Missæ finem, quamvis Festum occurrens foret duplex primæ classis. *Rubr. tit.* 9 *n.* 4. Rursum in illa agendum est de die infra Octavam, si alicubi celebretur, cum commemoratione et nona Lectione Feriæ, ut supra; sed tunc Missæ omnes leguntur de Feria. *Videatur adnotatio in diem* 3 *Febr. n. VII.* Nequit porro in illa peragi Officium semel in Hebdomada concessum etc. *Recole quæ ediximus* 3 *n.* 4. Præterea Festi simplicis in hac Feria occurrentis fit tantum commemoratio, absque ejus Lectione. *Rubr. tit.* 9 *n.* 2 *et* 10. Si hujusce Feriæ celebrandum sit Officium, confer quæ animadvertimus de tempore Paschali n. 8, 9 et 11. Missa erit de Rogationibus. Vesperæ, nisi sequatur Festum novem Lectionum (tum quippe de ipso fiunt sine commemoratione Feriæ), dicuntur ut in Psalte-

---

(*) Tres dies qui Festum Ascensionis antecedunt, ideo vocantur Feriæ Rogationum, quia in iis recitantur Litaniæ, idest *Rogationes* fiunt seu *Deprecationes*, ad remissionem peccatorum obtinendam, nec non pacem, et frugum conservationem, ac denique pro ceteris necessitatibus. *Meratus sect.* 6 *c.* 16 *n.* 2.

rio tempore Paschali, per Antiphonam ad *Magnificat* » *Ipse enim Pater*, et Orationem Dominicæ præcedentis, cum commemoratione Crucis. Ubi vero Festum simplex sequatur, a Capitulo agitur de Festo cum commemoratione Crucis tantum. *Rubr. in hac Feria.* Si in Feria secunda Rogationum celebretur Festum novem Lectionum vel dies infra Octavam, ut supra, Lectiones primi Nocturni, ubi desint propriæ, sumuntur de Communi; si vero dies Octava celebretur, illæ repetuntur quæ lectæ fuerunt in Festo, nisi forte reponi necesse sit Initium Scripturæ Dominicæ præcedentis; tunc enim istud foret legendum, dummodo Officium quod persolvitur Lectiones de tempore admittat. *Consule quæ exposuimus in diem 26 Aprilis n. I.*

2. Tribus diebus Rogationum gravis obligatio recitandi Litanias Sanctorum obstringit omnes quotquot ad Horas Canonicas tenentur. Quod ad has Litanias spectat, necnon ad Processionem, ejusque Missam, recole quod præmonuimus sub die 25 Aprilis n. V et seqq., ac infra n. 3 et seqq. (*). Si in Feriis Rogationum Festum duplex agatur aut semiduplex aut dies Octava, in Ecclesiis Cathedralibus etc. binæ celebrantur Missæ Conventuales. *Recole quod declaratum est c. 8 n. 2 et seqq.* Alicubi in hoc triduo urget abstinentiæ lex imo vero jejunii.

3. Feria tertia Rogationum est Feria minor. Quare si Festum etiam simplex in illam incidat vel dies infra Octavam, Officium de Festo erit vel de die infra Octavam,

---

(*) Nostratibus nosse proderit sequens Decretum. « 1. In illis Conventibus in quibus Religiosus Parochus solus cum populo assistit Pocessioni, Litanias Ordinis, vel potius communes Ecclesiæ erunt vel cantandæ vel recitandæ? — *Recitandas esse Litanias communes.*

2. Et quatenus cantandæ vel recitandæ erunt Litaniæ communes, satisfacitne suæ obligationi Parochus has recitando, vel potius repetere debet Litanias Ordinis? — *Affirmative satisfacit.*

3. In Conventibus in quibus Religiosi omnes ex laudabili consuetudine Processionibus intersunt, si populus Litanias Ordinis nollet recitare, debebit eadem Religiosa familia Litanias Ordinis vel in alia Processione, vel in Choro recitare? — *Negative* ». *S. R. C.* 8 *Apr.* 1865 *in una Ord. Min. Observ.*

absque Feriæ commemoratione. Missæ vero omnes, præter illam quæ Processionem subsequitur, item legentur de Festo, licet simplici, vel de die infra Octavam (*Guyetus lib.* 4 *c.* 3 *q.* 2), cum commemoratione Feriæ, omittenda tamen ubi Festum duplex primæ classis occurrat. *S. R. C.* 16 *Apr.* 1853 *in una Ord. Min. Observ. ad* 12. Quamvis porro in Missis fiat Rogationum commemoratio, harum tamen non legitur Evangelium, nisi in Feria secunda præcedenti. Cum in Festo novem Lectionum occurrit Simplex, istius commemoratio in Missa ante alteram Rogationum peragenda est. Si in hanc Feriam tertiam nullum Festum, ne simplex quidem incidat, neque dies infra Octavam, Officium de ea persolvitur ut in Breviario, cum Oratione Dominicæ præcedentis; sed omnes Missæ (quin tamen excludantur Votivæ et Defunctorum) dicuntur de Rogationibus, adhibitis indumentis coloris violacei, sine *Gloria*, licet in Officio *Te Deum* sit recitatum, et sine commemoratione hodierni Officii ferialis, nempe absque Oratione Dominicæ præcedentis *(S. R. C.* 25 *Sept.* 1706 *Decr. gener.)*; quæ exceptio hujus Feriæ propria ac peculiaris est (*Gav. p.* 4 *tit.* 11 *n.* 13); idcirco secunda Oratio erit *Concede*, 3 *Ecclesiæ* vel pro Papa. Vesperæ porro, nisi sequatur Festum novem Lectionum, persolvuntur ut in Psalterio tempore Paschali cum Oratione Dominicæ præcedentis, et commemoratione Simplicis, si occurrat, et Crucis. At enim ubi occurrat vel concurrat Festum novem Lectionum, de hoc dicuntur Vesperæ, absque Feriæ commemoratione.

4. Si in Feriam hanc inciderit Festum simplex, non binas celebrari opus erit Missas Conventuales *(S. R. C.* 5 *Jul.* 1698 *in Collen. ad* 3*)*, sed unicam dumtaxat de Rogationibus cum commemoratione Simplicis et tertia Oratione *Concede* etc. *Meratus p.* 4 *tit.* 11 *n.* 13. Id quoque servandum, ubi Officium agatur de die infra Octavam (*Pittonus de Rogationibus*), quo casu 2 Oratio erit de Octava, 3 quæ in ipsa secundo loco præscribitur, atque Præfatio Octavæ, si propriam habeat. *Videatur annotatio in die* 23 *Febr. n. VII.* Si in hac Feria tertia occurrat Festum duplex primæ classis, v. gr. Patroni Loci vel Titularis propriæ Ecclesiæ, in Missis non fit commemoratio de Rogationibus, ut n. superiore innuimus; at post Pro-

cessionem Missa Rogationum dicenda est, ultra Conventualem de die, et quidem cum cantu etiam apud Regulares. *S. R. C. 16 Apr. 1853 in una Ord. Min. Observ. ad 12.* Verum ubi omittitur Processio, commemoratio agitur Rogationum tantummodo in Missa principali ac sub unica conclusione. *Consule quæ animadvertimus sub die 25 Aprilis n. VII.* Si porro Festum incidat inferioris ritus (non tamen simplicis), in Cathedralibus etc. duæ celebrantur Missæ Conventuales, quemadmodum n. 2 declaratum est.

5. De Feria quarta Rogationum nihil plane fit in Officio, quod nempe totum persolvitur de Vigilia Ascensionis (in qua nulla adest jejunii lex); ad Officium hoc ordinandum pertinent quæ superius exposuimus de tempore Paschali n. 8 et 9. Si occurrat Simplex, illius commemoratio locum habet absque ejus Lectione. Missa est de Vigilia ut in Missali, cum *Gloria*, quia ad Matutinum additum est *Te Deum*, 2 Oratio est Rogationum, 3 *Concede.* Quod si commemoratio sit agenda de Simplici, de eo 2 Oratio erit, 3 de Rogationibus. Dicitur Præfatio Paschalis, et in fine *Ite Missa est.* Color albus adhibetur, quia non afflictionis Officium est, sed exultationis. *Caval. to. 2 c. 15 n. 19.* Si in hac Vigilia occurrat Festum duplex primæ classis, nihil de Vigilia agitur in Officio et Missa *(Rubr. Brev. tit. 6 n. 2 et Missal. tit. 3 n. 2)*, quum eam nullo particulari privilegio constet esse præditam. *Caval. l. cit.* Ast ubi incidat Festum novem Lectionum inferioris ritus, etiam translatum, vel dies Octava, de eo vel ea recitatur Officium cum nona Lectione et commemoratione Vigiliæ in Laudibus (per Antiphonam propriam, ℣. *In resurrectione*, atque Orationem Dominicæ præcedentis) et in Missa, cui 3 Oratio Rogationum adjungitur; sed enim si facienda sit commemoratio cujuspiam Simplicis, 3 Oratio erit de ipso, 4 de Rogationibus; ac sub finem Missæ Evangelium Vigiliæ legitur. Idem esto, si alicubi occurrat dies infra Octavam; sed tunc Missæ omnes (non exclusis tamen Votivis et Defunctorum) celebrantur de Vigilia, præter illam quæ Processioni succedit. *Recole annotationem in diem 23 Febr. n. VII.* Quod ad Lectiones spectat primi Nocturni, vide quod tradidimus n. 1 sub

finem. In Vigilia Ascensionis non admittitur Officium votivum, uti superius n. 1 ostensum est.

6. Si quando in Vigilia Ascensionis Festum peragatur duplex primæ classis, in Missis neque Vigiliæ commemoratio fit neque Rogationum, ut supra indicavimus; post Processionem tamen Missa Rogationum, ultra Conventualem de die, celebranda præcipitur cum cantu etiam apud Regulares (*S. R. C.* 16 *Apr.* 1853 *in una Ord. Min. Observ. ad* 12); Missa autem Vigiliæ est prætermittenda. *Rubr. tit.* 7 *n.* 2. At enim ubi Festum incidat inferioris ritus (dummodo non simplicis) vel dies Octava, tunc dicuntur tres Missæ Conventuales: I.ª de Festo, vel de die Octava post Tertiam, sine commemoratione Vigiliæ et Rogationum, sed cum commemoratione Simplicis, si huic locus adsit: II.ª de Vigilia post Sextam cum 2 Oratione *Concede*, 3 *Ecclesiæ* vel pro Papa: III.ª de Rogationibus post Nonam ac Processionem cum Orationibus ut ibi. Quod si Officium fuerit persolutum de die infra Octavam, binæ dumtaxat leguntur Missæ Conventuales, altera scilicet de Vigilia post Sextam cum *Gloria*, *Ite Missa est*, colore albo, Orationibus et Præfatione, uti docuimus sub die 23 Februarii n. VII: altera de Rogationibus post Processionem, cum Orationibus ut ibi. Sub finem porro ejusmodi Missarum Conventualium consuetum adjungitur Evangelium S. Joannis *In principio*.

KALENDARIUM

TRIUM ORDINUM S. P. FRANCISCI

FESTA MAJI

L. D.	D. M.	
B	1	Ss. Philippi et Jacobi Ap. d. 2 cl. c. rub. ll. 1 n. *Incip.* de Dom. 4 post Pascha, nisi eo tempore legatur de ea, tunc enim ponuntur Lectiones eo die occurrentes *Rubr. B.*), rel. pr. Mis. ut ibi cum *Cr.* et Praef. Ap. In Vesp. com. seq. ant. *O Doctor.*
C	2	S. Athanasii Ep. C. et Doct. d. min. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., rel. pr., 8 ℟. *In medio* Mis. pr. cum *Cr.* Vesp. seq. pr. (in Hymno ad stroph. *O Crux* genufl., et conclusio nunquam variatur), com. præc. tant.
D	3	Inventio S. Crucis d. 2 cl. c. rub. Omn. pr., 9 l. et com. Ss. Alexandri et Soc. Mm. in L. et M. (*excepta Solemn. et in ejus defectu Conv. plana*) pr. cum *Cr.* et Præf. de Cruce. In Vesp. com. seq. or. pr.
E	4	S. Monicæ Vid. d. min. c. alb. ll. 2 et 3 n. pr. Mis. ut ibi. Vesp. a cap. seq. (M. S.) or. pr., com. præc.
F	5	S. Pii V Pp. et C. d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Homo pereg.* Mis. *Statuit* or. pr. Vesp. seq. ant. ad Mag. et or. pr., com. præc. ant. *Dum esset.*
G	6	S. Joannis ante Portam Latin. d. maj. c. rub. ll. 1 n. *Incip.* de Dom. infra oct. Ascens., nisi eo tempore legatur de libro Apocalypsis vel de ejus Epistola, tunc enim ponuntur Lectiones eo die occurrentes (*Rubr. B.*), rel. pr. Mis. ut ibi cum *Cr.* et Præf. Ap. In Vesp. com. seq. or. pr.
A	7	S. Stanislai Ep. et M. d. min. c. rub. ll. 2 n. pr., 3 *Ego sum vitis vera.* Mis. *Protex.* or. pr., secr. *Munera*, postcom. *Hæc nos.* Vesp. seq. pr., com. præc.
B	8	Apparitio S. Michaelis Arch. d. maj. c. alb. Omn. pr.,

8 bened. *Quorum fest.* Mis. pr. cum *Cr.* In Vesp. com. seq. ant. *O Doctor.*

C 9 S. Gregorii Naz. Ep. C. et Doct. d. min. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., 2 pr., 3 cum 8 ℟. de Com. Doct. Mis. *In medio,* Epist. *Justus* cum *Cr.* Vesp. a cap. seq. (M. S.) or. pr., com. præc. ac Ss. Gordiani et Epimachi Mm.

D 10 S. Antonini Ep. et C. d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Homo pereg.*, 9 l. et com. Ss. Mm. in L. et M. *Statuit* or. pr. In Mart. 1 l. *S. Georgii,* ult. *In Oppido.* In Vesp. com. seq. or. pr.

E 11 S. Georgii M. sem. c. rub. ll. 2 n. de Com. Mm. T. P. 2 loco, 3 *Ego sum vitis vera.* Mis. ut ibi 2 or. *Concede,* 3 *Eccl.* vel pro Pp. Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc.

F 12 Ss. Nerei et Soc. Mm. sem. c. rub. ll. 2 et 3 n. pr. Mis. ut ibi, 2 et 3 Oratio ut heri. In Mart. 1 l. *Vallisoleti.* Vesp. seq. (M. S.) ℣. et or. pr., sine com.

Indulgentia plenaria

G 13 S. Petri Regalati C. (1 O.) d. 2 cl. c. alb. ll. 1 n. *Beat. vir,* 2 pr., 3 *Sint lumbi.* Mis. pr. *Charitas* cum *Cr.* In Mart. 1 l. *Fabriani.* In Vesp. com. seq. or. pr. ac S. Bonifacii M.

A 14 B. Francisci a Fabr. C. (1 O.) d. min. c. alb. (M. S.) ll. 2 et 3 n. de Com. 1 loco, 9 l. et com. S. Bonifac. in L. et M. *Os justi* or. pr. In Mart. 1 l. *Recineti.* Vesp. a cap. seq. (M. S.) or. pr., com. præc.

B 15 B. Benvenuti a Recin. C. (1 O.) d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Nolite.* Mis. *Justus* or. ppr. In Mart. 1 l. *Pragæ.* Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc.

C 16 S. Joannis Nepomuc. M. d. min. c. rub. ll. 2 et 3 n. pr. Mis. *Protex.* or. ppr., Ev. ex Mis. *Lætabitur.* In Mart. 1 l. *Ap. Villam.* Vesp. seq. pr., com. præc.

Indulgentia plenaria

D 17 S. Paschalis Baylon C. (1 O.) d. 2 cl. c. alb. Omn. pr. Mis. item pr. *In omni* cum *Cr.* In Mart. 1 l. *Romæ.* In Vesp. com. seq. or. pr.

E	18	S. Felicis C. (O. Cap.) d. maj. c. alb. ll. 1 n. *Beat. vir*, rel. pr. Mis. ut ibi. In Mart. 1 l. *Lohaneti.* Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc. ac S. Pudentianæ V.
F	19	S. Ivonis C. (3 O.) d. maj. c. alb. Omn. de Com. 1 loc. præt. ll. 2 n. pr., 9 l. et com. S. Pudent. in L. et M. *Justus* or. pr., Ev. ex Mis. *Os justi.* Vesp. seq. ỳ. ant. ad Mag. et or. pr., com. præc.
		Indulgentia plenaria
G	20	S. Bernardini Senen. C. (1 O.) d. 2 cl. c. alb. ll. omnes cum ant. ad Bened. pr. Mis. item pr. *Laudationem* cum *Cr.* In Mart. 1 l. *S. Venantii.* In Vesp. com. seq. or. pr.
A	21	S. Venantii M. d. min. c. rub. Ad Mat. et Laud. hym. *(qui dic. uti jacent)* et ll. 2 n. pr., 3 *Ego sum vitis vera.* Mis. *Protex.* or. ppr. In Mart. 1 l. *Florentiæ.* Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc.
B	22	B. Humilianæ Vid. (3 O.) d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Thesauro.* Mis. *Cognovi* or. pr. In Mart. 1 l. *S. Petri.* Vesp. a cap. seq. (M. S.) or. pr., com. præc.
C	23	S. Petri Cœlestini Pp. et C. d. min. c. alb. ll. 2 et 3 n. pr. Mis. ut ibi. In Mart. 1 l. *Festum.* Vesp. seq. pr., com. præc. ant. *Dum esset.*
D	24	Fest. B. M. V. tit. Auxil. Christianorum d. maj. c alb. Omn. ut ibi. Mis. pr. cum *Cr.* ac Præf. *Et te in Festiv.* In Mart. 1 l. *Assisii.* In Vesp. com. seq. pr. ac S. Urbani Pp. et M.
E	25	Translatio S. P. N. Francisci d. maj. c. alb. Omn. ut ibi et 4 Octob., 9 l. et com. S. Urbani in L. et M. *Tenuisti* cum Seq. et Præf. pr. In Vesp. com. seq. or. pr. ac S. Eleutherii Pp. et M.
F	26	S. Philippi Ner. C. d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Sint lumbi*, 9 l. et com. S. Eleuth. in L. et M. pr. In Vesp. com. seq. or. pr., ac S. Joannis Papæ et Martyris. *In Italia vero et Insulis adjacentibus.* Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc. ac S. Joannis Pp. et M.
G	27	S. Mariæ Magd. de Pazz. V. sem., sed *in Italia et*

Insulis adjacentibus d. min., c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Decem virg.*, 9 l. et com. S. Joan. in L. et M. *Dilex.* or. pr. In Mart. 1 l. *S. Gregorii.* Vesp. seq. (M. S.) or. pr., com. præc. *In Italia vero et Insulis adjac.* Vesp. a cap. seq. (M. S.) or. pr., com. præc.

28 S. Gregorii VII Pp. et C. d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Vigilate.* Mis. *Statuit* or. pr., Ev. ex Mis. *Sacerd. tui.* In Mart. 1 l. *S. Ubaldi*, 2 *In Hetruria.* In Vesp. ant. ad Mag. *Dum esset*, com. seq. or. pr. et B. Herculani C. or. pr.

29 S. Ubaldi Ep. et C. sem. c. alb. (M. S.) ll. 2 n. pr., 3 *Homo pereg.*, 9 l. et com. B. Herculani in L. et M. *Statuit* or. pr., et 3 Oratio de tempore. (Secr. et Postcom. B. Herculani ex Mis. *Justus*). In Mart. 1 l. *Marrochii.* Vesp. seq. or. pr., com. præc. ac S. Felicis Pp. et M. *ex Laud.*

30 B. Joannis a Prado M. (1 O.) d. maj. c. rub. ll. 1 n. *Fr. debit.*, 2 pr., 3 *Ego sum vitis vera*, 9 l. et com. S. Felicis *ex* 1 *Vesp.* in L. et M. *Protex.*, or. pr., secr. *Accepta*, postcom. *Refecti*, et postcom. S. Felicis *Hæc nos.* In Mart. 1 l. *Florentiæ.* In Vesp. com. seq. or. pr. ac S. Petronillæ V.

31 B. Gherardi a Villamagna C. (3 O.) d. min. c. alb. (M. S.) ll. 2 n. pr., 3 *Nolite*, com. S. Petronillæ in L. et M. *Justus* or. ppr. In Mart. 1 l. *Leopoli.* Vesp. a cap. seq. (M. S.) or. pr., com. præc.

— *Feria* 6 *post Octavam Corp. Christi* fit de Festo SS. Cordis Jesu d. 2 cl. c. alb. Omn. pr. Mis. item pr. *Egredimini* cum *Cr.* et Præf. tant. Nat. In fine hym. Horarum min. *Jesu qui natus*, et ad 1 ℣. *Per quem salvati.* Vesp. juxta concurrentiæ leges. Die præcedenti in Mart. 1 l. *Festum* etc.

ADNOTATIONES

in Festa Maji

Dies Mensis 1. — I. Extra tempus Paschale prima die non impedita dicitur Officium Defunctorum. *Relege exposita c.* 7 *n.* 5 *et c.* 8 *n.* 25.

II. Quid agi oporteat cum Festum Ss. Philippi et Jacobi Apostolorum occurrit vel concurrit cum Festo Patrocinii S. Joseph, jam præmonuimus sub die 25 Aprilis n. I. Ubi occurrat infra Octavam Ascensionis, Præfatio erit de Apostolis, sed *Communicantes* de Ascensione, quamquam Octavæ omittatur commemoratio. *S. R. C.* 28 *Aug.* 1627 *in una Urbis.* Si autem occurrat infra Hebdomadam quartam post Pascha, in primo Nocturno recitandæ sunt Lectiones Epistolæ S. Jacobi ex Feria currenti, dummodo ejus Epistolæ Initium sit diebus superioribus jam lectum; secus enim in hoc Festo legendum foret. *Rubr. Brev. et S. R. C.* 5 *Maj.* 1736 *in Einsidlen.* In Missa Ss. Philippi et Jacobi ad Orationem Canonis *Communicantes* est caput inclinandum ubi eorum nominum mentio fit, sed simul advertendum, S. Jacobum, cujus hodie recurrit, ibi posteriore loco commemorari.

III. Quoties Officium Ss. Philippi et Jacobi transfertur post Pentecosten, illud petendum est e Communi Apostolorum extra tempus Paschale, retentis iis, quæ Festo sunt propria, ibique omissis omnibus *Alleluja. S. R. C.* 5 *Maj.* 1736 *in Einsidlen.* Missa vero legitur uti præsto est in Missali, detractis tantummodo *Alleluja* ab Introitu, Offertorio et Communione, ac sumpto Graduali ex Missa votiva Ss. Ap. Petri et Pauli, cum ultimo ℣. *Tanto tempore* etc. ex hodierna Missa. *S. R. C.* 23 *Jun.* 1703 *Decr. gener. et* 25 *Sept.* 1706 *in una Urbis et Orbis ad* 4 *ac Missale Rom. typicum Romæ edit. an.* 1861.

IV. Si alteruter ex hisce Ss. Apostolis sit principalis Patronus Loci vel Titularis Ecclesiæ, ita ut utriusque Officium sejungi oporteat; in Officio S. Philippi Lectiones primi Nocturni erunt de Communi Apostolorum; secundi prima propria, reliquæ duæ de præfato Com-

muni; tertii propriæ ex Festo; item Antiphonæ ad *Magnificat* et *Benedictus*, ad Vesperas, Laudes et per Horas sumentur ex Festo, quia nempe S. Philippo sunt propriæ; reliqua persolvuntur de Communi Apostolorum, ratione habita temporis Paschalis vel non Paschalis. Missa propria retinetur cum Orationibus in numero singulari. In Officio autem S. Jacobi Lectiones primi Nocturni vel petuntur ex Initio ipsius Epistolæ, vel illæ sunt quæ in eadem Epistola occurrunt, juxta dicta in Kalendario ac superius n. II; secundi duæ priores propriæ, altera de Communi Apostolorum; tertii *Ecce nos* de eodem Communi; e quo item reliqua accipiuntur. Missa sumitur ex Festo S. Marci 25 Aprilis, cum Orationibus quidem (numero singulari usurpandis) et cum Epistola ex Missa 1 Maji, cum Evangelio autem ex Missa votiva Ss. Ap. Petri et Pauli. Extra tempus Paschale Missa hæc votiva legitur, exceptis propriis Orationibus, ut supra. *Gav. sect.* 7 *c.* 7. *Attende etiam quæ tradidimus c.* 2 *n.* 26 *et seqq.*

. — I. Quoties Festum S. Athanasii incidit in Dominicam quartam post Pascha, quia die hesterna lectum est Initium Epistolæ B. Jacobi (ubi hujus S. Apostoli celebratum fuit Festum), idcirco ne idem Initium hac quoque die repetatur, præcipitur ut hodie in primo Nocturno Lectiones sequentis Feriæ secundæ recitentur. *Rubr. in præfata Dominica.*

II. Quando Festum S. Athanasii transfertur post Pentecosten, Graduale sumitur ex Missa *Statuit* de Communi Confessoris Pontificis, sed ultimus ℣. erit *Beatus vir qui suffert* etc. ex propria Missa.

. — I. Si Festum S. Crucis concurrat cum Festo Ascensionis, illius commemorationi datur locus ob diversitatem Mysterii. *S. R. C.* 10 *Febr.* 1856 *in Alben. ad* 3. *Legito etiam dicta c.* 5 *n.* 3 *et c.* 6 *n.* 8. Ubi incidat infra Octavam Ascensionis, Præfatio quidem erit de Cruce, sed *Communicantes* de Ascensione, quamquam Octavæ prætermittenda sit commemoratio. *S. R. C.* 7 *Aug.* 1627 *in una Urbis Dubiorum.*

II. Si Officium S. Crucis cum Festo occurrat quod praeferendum sit, reponi debet in primam diem non im-

peditam juxta Rubricas. *S. R. C.* 23 *Jun.* 1736 *in Einsidlen. ad* 8. Et si aliquando transferatur post Pentecosten, in Officio omittendum est *Alleluja* ubicumque non reperitur in Festo ejus Exaltationis, et in Hymno *Vexilla* loco *Paschale quæ fers gaudium*, dicitur *In hac triumphi gloria*. Ad Matutinum secundæ et tertiæ Antiphonæ trium Nocturnorum, nec non ℟℟. brevia Horarum sumuntur ex Festo Exaltationis 14 Septembris. In secundis Vesperis ad *Magnificat* Antiphona est *Crucem sanctam*. In Missa additur *Alleluja* ad Offertorium, sed praeteritur ad Introitum et Communionem, Graduale autem ex Missa Exaltationis petitur. *S. R. C.* 16 *Febr.* 1754 *in Remen.* Præterea si reponatur in diem qui nona Lectione careat de homilia vel Festi simplicis, tunc octava Lectio absolvitur ad voces *Non se credit eis*, nona vero inchoatur a verbo *Intendat*. Id ipsum servetur ubi hoc Festum est duplex primæ classis.

III. Transeuntes ante Altare ubi recondita est Reliquia S. Crucis, illam debent sola capitis inclinatione venerari. Si autem loco principe super Altare sit exposita, unicum a transeuntibus ante illam genu flectendum est. *S. R. C.* 7 *Maj.* 1746 *in Varsavien. ad* 12. In Missa coram Reliquia S. Crucis exposita æque unum dumtaxat flectendum est genu in accessu et recessu ab Altari, et quoties Sacerdos ad Altaris medium se confert ibi digrediens e latere ad latus, ut in thurificatione. *S. R. C.* 23 *Maj.* 1835 *in Lucionen. ad* 1 *et* 2. Lignum S. Crucis, ubi immemorabilis viget consuetudo, fas est deferre in Supplicationibus sub Umbella vulgo *Baldachino;* non item Reliquias vel Statuas B. M. V. et Sanctorum. *S. R. C.* 27 *Mart.* 1826 *Decr. gener.* Rursum ubi mos adest deferendi Lignum seu Reliquiam S. Crucis manibus velo humerali opertis, retineri potest. *S. R. C.* 16 *Sept.* 1741 *in Bracharen.* In Processione omnibus, præter Episcopum qui S. Lignum defert, incedendum est detecto capite. *S. R. C.* 2 *Sept.* 1690 *in Cajetanen.* Lignum S. Crucis thure adoletur triplici quidem ductu, a Sacerdote non genuflexo sed stante, etiam Feria sexta in Parasceve. *S. R. C.* 23 *Sept.* 1837 *in Mutinen. ad* 14. Postquam Reliquia S. Crucis fuit vel Processio-

nis ritu circumlata vel Fidelium venerationi exposita, nunquam est in custodiam recondenda, nisi antea per ipsam impertita fuerit populo benedictio. *S. R. C.* 15 *Sept.* 1736 *in Brixien. ad* 1 *et* 31 *Maj.* 1817 *in una Dubiorum. ad* 12. In actu hujusce benedictionis prohibetur omnino cantus cujuscumque Versiculi vel Precis, uti jam diu interdictus est in benedictione SS. Sacramenti. *S. R. C.* 18 *Febr.* 1843 *in Cenomanen.* Ubi id ferat consuetudo, ad osculum Reliquiæ S. Crucis licet Fideles admittere. *S. R. C.* 23 *Sept.* 1837 *in Mutinen. ad* 14.

IV. Si quapiam de causa alicubi celebretur Missa Ss. Alexandri et Sociorum Martyrum, illa erit *Sancti tui* de Communi, cum Orationibus ut in Missali hac ipsa die. Extra tempus Paschale erit *Sapientiam* cum Orationibus ut supra. *Missale Romanum typicum an.* 1861. Ubi legitur Missa, vel commemoratio agitur S. Alexandri Papæ et Martyris in Oratione Canonis *Nobis quoque peccatoribus* ad nomen *Alexandri* inclinandum est caput.

— In Oratione S. Pii Papæ et Confessoris expungenda est vox *Quintum*, si adsit. *Confer quæ annotavimus in diem* 2 *Aprilis.*

— I. In Festo S. Joannis ante Portam Latinam Lectiones primi Nocturni petuntur ex Initio primæ Epistolæ ejusdem S. Apostoli, nisi forte id temporis vel Liber Apocalypsis legatur vel ejus Epistola; tum quippe recitandæ forent Lectiones eo die occurrentes, si quidem vel Apocalypsis vel Epistolæ Initium jam diebus praecedentibus lectum sit; secus enim Initium hoc Lectionibus occurrentibus præferri oporteret. *Perlege quæ monuimus die* 1 *Maj. n. II sub finem.* Si aliquando hoc ipsum Festum incidat in Dominicam, vel in diem, qua legenda sit nona Lectio de homilia aut Festi simplicis, ex octava et nona Lectione convenientius una conficitur. Quotiescumque enim in nona Lectione Officii de quopiam Mysterio aut Sancto, laus aliqua ipsius continetur, vel alio modo de ipso nominatim agitur, congruit vel maxime ut Lectio illa octavæ annectatur; at quando Lectiones sunt historicæ, omnino conjungendæ sunt ex præcepto. *Rubr. pecul. n.* 178 *et S. R. C.* 23 *Maj.* 1835 *in Namurcen. ad* 6. Ubi Festum hoc infra Octavam

Ascensionis occurrat, Præfatio quidem est de Apostolis, sed *Communicantes* de Ascensione.

II. Cum Festum ejusmodi transfertur post Pentecosten, Officium accipitur e Communi Apostolorum extra tempus Paschale, exceptis iis, quæ sunt propria. Missa dicitur ut in Festo altero S. Joannis 27 Decembris, præter Orationes et Evangelium, quæ ex Missa hodierna sumuntur. *Rubr.*

7. — I. Si Officium S. Stanislai occurrat in Dominica infra Octavam Ascensionis, quoniam pridie lectum est Initium Epistolæ B. Joannis (ubicumque celebratum fuit ipsius Festum), propterea ne idem Initium hac die proxime sequenti iteretur, præcipitur ut hodie in primo Nocturno recitentur Lectiones Feriæ secundæ insequentis. *Rubr. in Dom. prædicta.*

II. Quoties Festum S. Stanislai post Pentecosten transfertur, Lectiones tertii Nocturni sunt de homilia in Evangelium *Si quis venit* de Communi. Missa vero est *Sacerdotes Dei*, cum Oratione propria, et Evangelio ut supra. *Rubr. ibi.*

8. — I. Si aliquando Festum Apparitionis S. Michaelis Archangeli inciderit in Dominicam, vel diem, qua locum habeat nona Lectio de homilia vel Festi simplicis, tunc ex binis Lectionibus, octava scilicet ac nona, multo congruentius unica confletur. *Confer dicta paullo ante in diem 6 n. I.* At si illud reponi opus sit post Pentecosten, Officium et Missa legentur ut in Festo ejus Dedicationis 29 Septembris, præter Lectiones secundi et tertii Nocturni, quæ nempe in Festo hodierno præstitæ sunt. *Rub. ibi.*

II. Si hodie Feria est secunda post Dominicam infra Octavam Ascensionis, itemque si alicubi hodie celebratur Officium diei Octavæ Ss. Ap. Philippi et Jacobi, Lectiones primi Nocturni ibi e praedicta Feria sumendæ sunt, quamvis lectæ hesterna die: id porro perfice necesse est, ne diebus præcedentibus aut insequentibus quid fiat ex arbitrio contra atque in Breviario pro Ecclesia universali præscriptum est.

9. — Ubi Festum S. Gregorii Nazianzeni incidat in Feria, ubi Lectiones de Scriptura desint, illæ accipientur

primo Nocturno de Communi Doctorum, nempe *Sapientiam*. *Meratus in Tabula XI*. Id semper in pari casu præstabitur pro Ss. Doctorum Officio, dummodo in Breviario aliter proprio loco non præcipiatur.

10. — I. Officium S. Antonini Episcopi et Confessoris persolvendum est ab utroque Clero totius Ecclesiæ sub ritu duplici minori, ex Decr. generali diei 12 Sept. 1845. In sexta Lectione, post *Sexto Nonas Maji* expungenda est vox *Anno*. *S. R. C.* 29 *Mart.* 1851 *in Mediolanen. ad* 7.

II. Si aliquam ob causam Missa celebretur Ss. Gordiani et Epimachi, ea legitur ut in Festo Ss. Soteris et Caji 22 Aprilis, cum Orationibus propriis ut in Missali hac ipsa die.

11. — Quandoquidem in casu translationis Officii ad aliud tempus regula determinandi Missam et Lectiones (Breviario ac Missali silentibus) petenda est ex Evangelio vel Oratione, si sit de Communi, quæ nimirum jam liquet utrum ex primo vel secundo loco sumpta sint: propterea ubi Festum S. Georgii Martyris reponi contigerit post Pentecosten, Lectiones secundi et tertii Nocturni erunt de Communi primo loco extra tempus Paschale; Missa *In virtute*, Orationes propriæ, Evangelium *Si quis venit* etc. *S. R. C.* 11 *Sept.* 1841 *in Namurcen. ad* 8.

12. — Si quando Festum Ss. Nerei et Sociorum Martyrum in diem incidat, qua recitanda sit nona Lectio de homilia vel cujuspiam Festi simplicis, ex Lectionibus 8 et 9 unica efficitur. *Rubr. ibi*. Cum vero transfertur post Pentecosten, Officium, exceptis propriis, persolvitur uti extra tempus Paschale, et, juxta dicta sub die 16 Januarii n. I, octavum ℟. erit *Hæc est vera Fraternitas*. Missa legitur ut in Festo Ss. Marci et Marcelliani 18 Junii, cum Epistola et Graduali ut in Festo Ss. Gervasii et Protasii 19 ejusdem mensis, sed Orationes et Evangelium sumuntur ex hodierna Missa. *S. R. C.* 25 *Sept.* 1706 *Decr. gener. et Missale Romanum typicum Romæ edit. an.* 1861.

13. — Quando Festum S. Petri Regalati apud nos transfertur post Pentecosten, in ejus Missa propria omittuntur *Alleluja* ad Introitum, Offertorium et Communionem, ac dicitur Graduale.

14. — Quod ad Officium spectat S. Bonifacii M cum celebratur sub ritu simplici, vide quæ anim timus sub die 14 Aprilis n. III. Missa erit *Prote:* Communi, cum propriis Orationibus uti hodie in M

16. — I. In Festo S. Joannis Nepomuceni tam intra extra tempus Paschale, legitur homilia in Evan *Nihil est opertum* etc. *S. R. C.* 5 *Maji* 1736 *in Ei* Missa Paschali tempore est *Protexisti* cum Orati propriis, atque Evangelio *nihil est opertum;* ext tempus erit *Lætabitur*, cum Orationibus ut supra *nostri Miss. ibi.* In Officio autem extra tempus Pa 8 ℟. erit *Hic est vere Martyr*, propterea quod S. J Nepomucenus eodem mortis genere interierit ac S listus et Clemens Pontifices et Martyres, in quor ficio Responsorium illud præscribitur.

II. Alicubi præfati S. Joannis Officium et Miss propria. Hæc ab iis dumtaxat, quibus S. Sedis in suffragatur, recitanda sunt et quidem ex præcep nusquisque enim debet Officium et Missam perso prout sibi concessum est, nihil nempe addendo, mendo, vel immutando. *S. R. C.* 23 *Jun.* 1736 i *sidlen. ad* 23 *et* 7 *Dec.* 1844 *in Callien.*

III. Postcommunio in Missa S. Joannis Nepo minime concluditur *In unitate ejusdem Spiritus* sed simpliciter *In unitate Spiritus sancti* etc. *S.* 12 *Nov.* 1831 *in una Marsorum ad* 49.

17. — Quoties Festum S. Paschalis Baylon agitur P tempore, servabitur Rubrica hujusce temporis, sec nos conclusio Hymni ad Matutinum et Laudes, propria, nunquam variabitur. *Rubr. nostri Brev.* Missa extra hoc tempus omittuntur *Alleluja* ad tum, Offertorium et Communionem, atque adju Graduale.

19. — Si aliqua de causa legatur Missa S. Puden sumenda est e Communi Virginis primo loco, *Dilexisti.*

20. — Oratio S. Bernardini Senensis debet concl *unitate Spiritus sancti,* non *In unitate ejusdem. S.* 12 *Nov.* 1831 *in una Marsorum ad* 49.

21. — I. Si Festum S. Venantii Martyris habeat p

Vesperas vel saltem Capitulum, necnon in secundis Vesperis si has pariter obtineat (*S. R. C.* 23 *Maj.* 1835 *in Namurcen. ad* 8), dicitur Hymnus *Martyr Dei Venantius* usque ad *Succensa lampas ustulat* cum conclusione *Sit laus Patri*, et ad Matutinum *Athleta Christi nobilis* usque ad finem. Si vero in primis Vesperis locus non adfuerit præfato Hymno *Martyr Dei Venantius*, tunc recitatur ad Matutinum conjunctim cum parte reliqua *Athleta Christi* sub unica conclusione *Sit laus Patri*, ut in nostro Breviario. *S. R. C.* 12 *Nov.* 1831 *in una Marsorum ad* 47. Nihilo tamen secius Cavalerius (*to.* 2 *c.* 39 *d.* 4 *n.* 2) arbitratur haudquaquam opus esse ut ejusmodi Hymni conjungantur, si contingat in Festo secundas Vesperas adesse integras; atque affirmat Hymnum *Martyr Dei Venantius* tum dici posse ad Matutinum, *Athleta Christi* ad Laudes, et *Dum nocte* in secundis Vesperis.

II. Quoties Officium S. Venantii reponitur post Pentecosten, exceptis propriis, persolvitur uti extra tempus Paschale primo loco. Missa est *In virtute*, cum propriis Orationibus (absque ulla variatione) atque Evangelio *Si quis venit* etc. *Rubr. ibi.*

22. — Ubi celebratur Officium Apparitionis S. Jacobi Apostoli, ℟℟. brevia etiam tempore Paschali haurienda sunt e Communi Apostolorum extra tempus Paschale, additis *Alleluja*, uti palam fit ex Decreto concessionis Officii an. 1740. *S. R. C.* 23 *Maj.* 1846 *in Gerunden.*

23. — In Oratione S. Petri Cœlestini adjungi potest vox *Cœlestinum*, quippe cum non sit cognomen, sed alterum ipsius nomen. *S. R. C.* 7 *Dec.* 1844 *in Mechlinien. ad* 9. *Perlege etiam tradita sub die* 2 *Aprilis.*

24. — Si quando Festum B. M. V. titulo Auxilium Christianorum concurrerit cum Vesperis diei Octavæ Ascensionis, quia hoc in casu Vesperæ sunt integræ de Octava, ideo sub finem Hymni ad Completorium oportet dicere *Jesu.... qui victor* etc. *S. R. C.* 23 *Maj.* 1835 *in Namurcen. ad* 9. *Recole etiam quæ sub die* 23 *Jan. n. IV annotavimus.*

25. — I. Apud nos quocumque tempore celebretur Translatio S. P. N. Francisci, conclusio Hymnorum ad Ve-

speras, Matutinum et Laudes, utpote propria, nunquam variabitur. *Rubr. nostri Breviarii.* Si quando incidat infra Octavam Ascensionis, Præfatio quidem erit propria, sed *Communicantes* de Ascensione.

II. Sicubi Festum S. Urbani Papæ et Martyris (ab iis qui Kalendario nostro minime utuntur) agatur sub ritu duplici, illud celebrari opus est hac die 25, transferri autem in diem proximam non impeditam Officium S. Gregorii VII Papæ et Confessoris. *S. R. C.* 15 *Maj.* 1819 *in Pisauren. ad* 1. Ceteris enim paribus Confessori antefertur Martyr, et antiquior in possessione diei. *Consule c.* 4 *n.* 2. Illius porro Missa tempore Paschali est *Protexisti* de Communi, cum Orationibus propriis ut in Missali hac ipsa die: et extra hoc tempus Missa est propria, ut in fine Missalis Romani typici Romæ edit. an. 1861.

26. — Si in Dominica SS. Trinitatis locus extet commemorationi S. Eleutherii Papæ et Martyris, varianda est istius Secreta, ac sumenda ex Missa *Sacerdotes Dei;* eadem quippe est ac Secreta ejus Dominicæ. *Attende præscripta c.* 6 *n.* 10 *sub finem et* 15. At ubi Officium S. Eleutherii agitur ritu duplici vel semiduplici, extra tempus Paschale octavam ℟. est *Domine prævenisti.* Missa porro Paschali tempore est *Protexisti,* extra hoc tempus *Statuit* de eodem Communi.

27. — I. Officium S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis præcipitur sub ritu duplici minori in Italia tantum et Insulis adjacentibus; alibi sub ritu semiduplici. *Rubr. ibi et S. R. C.* 7 *Dec.* 1850 *in Rupellen. ad* 4. Lectiones porro primi Nocturni sunt de Scriptura occurrente, non autem *In lectulo meo* etc. *S. R. C.* 5 *Maj.* 1736 *in Einsidlen.*

II. Ubi S. Joannis Papæ et Martyris Officium persolvitur, extra tempus Paschale adsciscit octavum ℟. *Domine prævenisti* etc. *Rubr. in* 8 ℟. *unius Martyris.* Ejus autem Missa Paschali tempore est *Protexisti,* extra hoc tempus *Sacerdotes Dei* de Communi.

28. — In Festo S. Gregorii VII Papæ et Confessoris legitur Missa *Statuit* cum Oratione propria, et Evangelio *Vigilate,* uti jam impressa est in Missali Romano. *S. R. C.* 22 *Maj.* 1841 *in Mechlinien. ad* 5.

. — I. Apud nos in Missa B. Joannis a Prado dimittenda est Postcommunio S. Felicis Papæ et Martyris, et altera subroganda ex Missa *Sacerdotes Dei ;* illa enim est eadem ac ipsius Beati Postcommunio.

II. Quoties Officium B. Joannis a Prado reponitur post Pentecosten, illud, exceptis propriis, hauritur ex Communi extra tempus Paschale secundo loco. Missa vero est *Lætabitur,* cum Oratione propria, atque Evangelio *Si quis vult* etc. *Rubr. nostri Missalis ibi.*

III. Si in Dominica SS. Trinitatis peragenda sit commemoratio S. Felicis Papæ et Martyris immutabitur istius Secreta, quemadmodum die 26 de S. Eleutherio animadversum est. Sicubi vero quapiam de causa celebretur Missa hujus S. Felicis, tempore quidem Paschali erit *Protexisti*, extra hoc tempus *Statuit* de Communi unius Martyris. Quod ad Officium spectat, vide annotata sub die 14 Aprilis n. III.

I. — Si alicubi legenda sit Missa S. Petronillæ, ea sumitur de Communi Virginum secundo loco, nempe *Vultum tuum.*

'fficium Sacratissimi Cordis Jesu pro Regno Poloniæ et Clero Urbis a S. R. C. approbatum 11 Maji 1765 (cujus Invitatorium est *Christum pro nobis passum*) cum Missa *Miserebitur*, quotannis ex præcepto in universa Ecclesia est celebrandum Feria sexta post Octavam SS. Corporis Christi sub ritu duplicis majoris; servatis tamen Rubricis, et firmis remanentibus (quod ad Ecclesias spectat privilegio fruentes Festum hoc peragendi vel ampliori ritu, vel alia die, vel diverso Officio) singularibus Indultis ab Apostolica Sede hucusque concessis. *S. R. C.* 23 *Aug.* 1856 *Decr. Urbis et Orbis.*

II. Si aliquando Festum SS. Cordis Jesu occurrat in Festis primariis Sanctorum ejusdem ritus, illud oportet, utpote secundarium, transferri. Veruntamen apud nos concessum sub ritu duplici secundæ classis, ex privilegio SS. D. N. Pii Papæ IX diei 28 Januarii 1864 non transfertur, nisi occurrat cum Festis altioris ritus. Item ubi cum primariis Festis concurrat, cedit illis etiam Vesperas. *Consule c.* 4 *n.* 2 *II.*ᵃ *et c.* 5 *n.* 2 *II.*°

III. In secundis Vesperis diei Octavæ Corporis Christi

non fit commemoratio sequentis Festi SS. Cordis Jesu, ubi istud agitur sub ritu duplici majori tantum. Similiter quoties die illa Octava occurrit Festum duplex primæ classis, cujus recitantur Vesperæ, fit quidem diei Octavæ commemoratio, non item insequentis Festi SS. Cordis Jesu. *S. R. C.* 17 *Aug.* 1771 *in una Ord. Eremitar. Excalc. S. Augustini ad* 3 *et* 27 *Mart.* 1824 *in una Dubiorum. ad* 2. Contra vero ubi Festum SS. Cordis Jesu celebratur sub ritu duplici primæ aut secundæ classis, ipsius Vesperæ persolvuntur absque commemoratione diei Octavæ Corporis Christi; attamen si in hac peractum fuerit Festum duplex primæ classis, ut supra, tunc hujusce Festi Vesperæ aguntur cum commemoratione Sacratissimi Cordis Jesu; de die autem Octava Corporis Christi nihil fit. *S. R. C.* 10 *Februarii* 1856 *in Alben. ad* 3 *et ex supradictis.*

IV. In Officio SS. Cordis Jesu, cujus Missa incipit *Egredimini*, ut apud nos (quoniam præscribitur in ipsa Præfatio Nativitatis) Hymni Horarum minorum concluduntur ut in Festis B. M. Virginis. *S. R. C.* 1 *Sept.* 1838 *in una Congreg. SS, Redemptoris ad* 8. Contra in Officio ejusdem SS. Cordis, cujus Missa incipit *Miserebitur* (quod in ipsa non Præfatio de Nativitate adhibenda est, sed de Cruce) consueta Hymnorum conclusio minime immutatur. *S. R. C.* 7 *Sept.* 1850 *in Mechlinien. ad* 3.

V. Si Missa solemnis SS. Cordis Jesu celebretur coram SS. Sacramento exposito, tunc sane SS. Sacramenti commemoratio agenda non foret, permittitur tamen ad modum Collectæ. (*Confer c.* 9 *n.* 5). *S. R. C.* 6 *Sept.* 1834 *in Ostunen. et* 22 *Maj.* 1841 *in Mechlinien. ad* 2. Ubi Missa votiva SS. Cordis Jesu, cujus Introitus est *Miserebitur*, dicatur post Septuagesimam vel tempore Paschali, Tractus vel *Alleluja* cum suis ℣℣., sumi potest ex alia Missa, cujus Introitus est *Egredimini* etc. *S. R. C.* 1 *Sept.* 1838 *in Mechlinien. ad* 3.

Feria sexta post Octavam SS. Corporis Christi, vel infra decem dies, leguntur in publica Mensa apud Regulares Decreta Urbani VIII et Innocentii XII de celebratione Missarum.

ANNOTANDA

IN FESTA ASCENSIONIS ET PENTECOSTES AC IN EORUM OCTAVAS

1. Die, qui Festum Ascensionis antecedit, in Martyrogio primo loco legitur *In Monte Oliveti.* Vesperæ de scensione sunt propriæ. Hymnus Completorii et Horarum ısolvitur per stropham *Jesu tibi sit gloria, qui victor* etc. ad Primam in ℟. brevi dicitur ℣. *Qui scandis super lera* usque ad Pentecosten, etiam in Officiis occurrentiıs, nisi ibi hæc propria extent. *Perlege tradita sub die* 23 *ın. n. IV et V.* Benedictio Mensæ usque ad Vigiliam Pencostes perficitur per ℣. *Ascendit,* et in fine ℣. *Ascendens.*

2. Ascensio Domini est duplex primæ classis cum ctava. Quodcumque Festum in ea occurrens transfertur. *ubr. post Tabell. occurrentiæ n.* 1. De Festo simplici niil fit, Festi autem instar simplicis commemoratio agitur ı utrisque Vesperis (*Confer c.* 6 *n.* 5 *et* 9), Laudibus et issa etiam solemni, cum nona Lectione historica ad Maıtinum. *S. R. C.* 27 *Febr.* 1847 *in una Sanctimonialium S. Crucis et Passionis ad* 2. Ad Officium et Missam oınia sunt propria, atque adhibetur color albus. Post Eangelium Missæ solemnis, vel si illa desit, post Evangelium lissæ Conventualis ut apud Regulares, aut Parochialis in ingulis Paræciis, extinguitur Cereus Paschalis, et Missa eracta ab Altari removetur (*). Quod attinet ad Missam 'esti transferendi, vel ad Missam pro re gravi, aut de lequie, et ad Exequias præsente Cadavere, recole c. 8 ı. 5, 7 et 29 ac diem 6 Januarii n. V.

3. Infra Octavam Ascensionis quotidie Officium agitur le ea, nisi Festum occurrat novem Lectionum etiam translatum (at quoad translatum semiduplex, consule c. 4

(*) Hodie extinguitur Cereus Paschalis ac post Missam amovetur, ut nempe oculis veluti subjiciatur discessio Christi ab Apostolis. Cereus enim Paschalis Christi Domini symbolum est. *Vide Tetamum.*

n. 5); tum quippe hujus Officium erit persolvendum cum commemoratione Octavæ, quinimo hæc omittetur, si occurrens Festum extiterit duplex primæ aut secundæ classis. De Festo simplici fit commemoratio cum nona ejus Lectione; si propriam habeat. Officium porro infra Octavam est semiduplex ac singulis diebus omnino persolvitur ut ibi et in Festo; itemque ut in Festo Missa dicitur cum 2 Oratione *Concede*, 3 *Ecclesiæ* vel pro Papa. Quoties cujuspiam Simplicis facienda sit commemoratio, 2 Oratio de ipso erit, 3 *Concede*, omissa altera *Ecclesiæ* vel pro Papa. *Credo* et *Communicantes* de Ascensione per totam Octavam recitantur, etiam in Festis infra eamdem occurrentibus, imo et commemorationem Octavæ expungentibus. *S. R. C. 7 Aug. 1627 in una Urbis.* Insuper Ascensionis Præfatio quotidie usurpatur usque ad Vigiliam Pentecostes exclusive, demptis Festis, si qua incidant, Præfationem propriam obtinentibus. Quænam autem Præfatio adhibenda sit in occursu alterius Octavæ, quæ propria Præfatione similiter potiatur, jam declaravimus c. 2 n. 35.

4. Si in Sabbato ante Dominicam infra Octavam Ascensionis Officium recitatum sit de die infra Octavam, et die crastina sit recitandum de Dominica, in hujus primis Vesperis Antiphonæ et Psalmi sunt de Ascensione a Capitulo Dominicæ ut ibi, cum commemoratione Octavæ, ℣. *Ascendit.* At ubi eodem Sabbato actum sit Festum novem Lectionum, vel crastina die sit agendum aliquod Festum duplex, tunc necesse erit Vesperas ordinari juxta concurrentiæ leges.

5. Quando hujusce Dominicæ Officium persolvitur, omnia dicuntur ut die Ascensionis, præter Capitula, Antiphonas ad *Magnificat* et *Benedictus*, Orationem, Lectiones, octavum ℟. et Missam, quæ nimirum sunt propria; commemoratio fit Octavæ *(℣. Ascendit)* in Laudibus et Missa, in qua omittitur 3 Oratio, nisi locus adsit commemorationi Festi Simplicis; non excluduntur tamen Collectæ imperatæ. Ad Primam tres dumtaxat recitantur Psalmi ut in Festis. Si porro in hac Dominica celebretur Festum duplex, tunc de ea tantum agitur commemoratio (ante alteram Octavæ) in utrisque Vesperis, Laudibus et Missa cum nona ipsius Lectione de homilia ad Matutinum, et Evangelio sub Missæ finem.

6. Feria quarta ante diem Octavam Ascensionis in Marrologio legitur primo loco *Octava Ascensionis*, nisi cras gatur Festum duplex primæ aut secundæ classis, tum uippe *Octavæ* mentio fit secundo loco. Hæc dies Octava st duplex minus, et utrasque obtinet Vesperas privilegias, adeo ut ipsas non cedat præterquam duplici primæ ut secundæ classis; quo in casu Octavæ commemoratio unquam omittitur. *Rubr. post Tabell. concurrentiæ n.* 1 *t* 2. Ad primas Vesperas hujus Octavæ omnia dicuntur t in primis Vesperis Festi, itemque ad reliquum Officium, ræter Lectiones, quæ diei Octavæ propriæ sunt. Missa uoque legitur ut in Festo. Si Festum incidat simplex, jus agitur commemoratio, et recitatur nona Lectio, si ropria extet. In secundis Vesperis commemoratio non it Feriæ sextæ sequentis. *Rubr. ibi.* Si demum in hac die)ctava Festum occurrerit duplex primæ aut secundæ classis, istius Officium peragendum est cum commemoratione liei Octavæ in utrisque Vesperis, Laudibus et Missa etiam olemni. *Rubr. tit.* 10 *n.* 2 *et S. R. C.* 29 *Nov.* 1856 *in ina Congreg. Barnabitarum ad* 5. *Confer etiam c.* 6 *n.* 9.

7. Feria sexta et Sabbato post hanc Octavam Officium st semiduplex, ac persolvitur sicut infra Octavam Ascensionis, demptis Lectionibus, quæ propriæ suppetunt, nec on 8 ℟., Capitulis, Antiphonis ad *Benedictus* et *Magnificat* c Oratione, quæ petitur e Dominica præcedenti, neque Preces adjiciuntur ad Primam et Completorium, neque fit commemoratio Crucis. *Rubr. in Oct. Ascensionis.* Ubi Festum simplex inciderit, locum habet nona ejus Lectio, si propria adsit, ejusque agitur commemoratio, non tamen in Missa Sabbati antedicti, utpote quæ unicam Orationem admittit. *Perlege c.* 6 *n.* 14. Rursum in præfata Feria sexta quodvis potest celebrari Festum novem Lectionum etiam semiduplex et translatum (*S. R. C.* 11 *Aug.* 1691 *in Romana ad* 10), cum commemoratione (verum absque nona Lectione de homilia, et sine ejus Evangelio in fine Missæ) ejusdem Feriæ *ex Dominica præcedenti* in Laudibus et Missa; nisi Festum illud sit duplex primæ aut secundæ classis, tum quippe de Feria nihil prorsus foret agendum. *Rubr. ibi et pecul. n.* 39 *ac S. R. C.* 4 *Apr.* 1705 *in Lycien. ad* 6. Jam vero ubi Officium hujusce Feriæ

persolvitur, Missa sumitur e Dominica præcedenti cum 2 Oratione *Concede*, 3 *Ecclesiæ* vel pro Papa; vel, si occurrat Simplex, cum 2 Oratione de ipso, 3 *Concede*, et non dicitur *Credo*, quia hæc Feria sexta non est vere dies infra Octavam Ascensionis; adhibetur tamen Præfatio Ascensionis (agatur licet Festum aliquod, dummodo istud propriam non habeat), sed sine ejusdem *Communicantes*. In Martyrologio legitur primo loco *Vigilia Pentecostes*. Si quando in hac Feria sexta Festum celebretur, utcumque semiduplex, secundæ Vesperæ de ipso erunt integræ (*Rubr. pecul. n.* 30 *et Gav. sect.* 6 *c.* 17 *n.* 7), cum commemoratione Feriæ *ex secundis Vesperis Dominicæ præcedentis;* at ubi Festum illud sit duplex primæ classis, nihil de Feria fit, cum Officium hujus Feriæ persolvatur ad normam diei infra Octavam, cujus commemoratio prætereunda est in secundis Vesperis Festi primæ classis, quamvis de ea agendum sit sequenti die. *Rubr. pecul.* 39 *et Pittonus de Octava Ascens. n.* 737. Verum quoties Officio Feriæ locus extitit, huic inserviunt secundæ Vesperæ Ascensionis, sed Capitulum, Antiphona ad *Magnificat* et Oratio accipiuntur e Dominica præcedenti.

8. Si in hac Feria sexta occurrat alicubi dies infra Octavam Titularis etc., de die ista Officium et Missa erunt, cum commemoratione Feriæ. *S. R. C.* 17 *Sept.* 1853 *in Veronen. ad* 4. At in secundis Vesperis, quoniam adveniente Vigilia Pentecostes cessant Octavæ particulares usque ad Festum SS. Trinitatis, et cœptæ abrumpuntur (*Rubr. tit.* 7 *n.* 1 *et post Tabell. occurrentiæ n.* 6), recitantur Vesperæ de die infra Octavam cum commemoratione Feriæ, dummodo non sit dies septima, quia tunc Vesperæ agendæ sunt de Feria (ut sub finem n. præcedentis innuimus) sine commemoratione Octavæ. Ratio porro disparitatis in eo sita est, quod in priore casu Octava cessat ad Completorium; in posteriori autem ad Nonam, quia dies septima infra Octavam est Vesperis destituta. Si vero hodie incidat dies Octava, fiat de ipsa, quemadmodum de die non septima superius ostensum est.

9. In Sabbato post Octavam Ascensionis Officium est de Vigilia Pentecostes, quæ nempe excludit quodcumque Festum in ea occurrens etiam duplex primæ classis. *Rubr.*

Brev. Omnia in Officio peraguntur ut supra n. 7. In Martyrologio primo loco legitur *Dies Pentecostes*. Color albus adhibetur usque ad Nonam, ad Prophetias, Benedictionem Fontis et Litanias color violaceus, ad Missas color rubeus. In Missis privatis Introitus est *Cum sanctificatus*, dicitur *Gloria*, et unica Oratio (exclusa commemoratione Festi simplicis vel instar simplicis, etsi facta sit in Officio, necnon Collecta imperata) atque omittitur *Credo*. Præfatio *Qui ascendens*, *Communicantes* (in quo legendum est *Innumeris linguis apparuit*, non autem *ignitis linguis*. *S. R. C.* 13 *Mart.* 1804 *in una Ord. Clericorum Min.*) et *Hanc igitur* sunt propria usque ab Sabbatum proxime sequens. — Post Nonam Celebrans cum Ministris amictus indumentis ut in Benedictione Palmarum (*vide annot. in Hebd. maj. n.* 5), se confert ad Altare, quod osculatus in medio, secedit ad cornu Epistolæ ad legendas sex Prophetias etc. ut in Missali hac ipsa die, candelis Altaris extinctis usque ad principium Missæ, quæ celebratur sine Introitu. Ad Orationes post Prophetias non pronunciatur *Flectamus genua*, et ad Litanias, quæ duplicantur, deponuntur dumtaxat Planetæ. Ad *Gloria* pulsantur Organa et Campanæ et ad Evangelium non cerei (*), sed thus tantum defertur. — In Ecclesiis, ubi Fons adest Baptismalis, illius benedictio omnino peragenda est non modo in Sabbato sancto, verum etiam in hac Vigilia Pentecostes nihil admodum obstante contraria consuetudine, utcumque immemorabili, quæ abusus declaratur. *S. R. C.* 7 *Dec.* 1844 *in Urbevetana*. In hac Vigilia cani nequit Missa eodem ritu qui pro privatis Missis præscriptus est. *S. R. C.* 8 *Aug.* 1835 *in una Montis Regalis.*

(*) Ad Evangelium in hac Vigilia cerei accensi minime afferuntur, quia Spiritus Sanctus, qui lumen est cordium, necdum illapsus est cælo emittens lucis suæ radium. *Credo* reticetur, quia ibi ejusdem Sancti Spiritus habetur mentio, quatenus jam advenit cuncta collustrans et vivificans, ac longe lateque sua dispertiens dona. At enim in Vigilia hac illum expectamus adhuc sub ignis specie, dum per Apostolos Domini nos colloquatur, cœlestemque in nobis flammam excitet. *Ita ferme Tetamus.*

Cetera perficiuntur ut supra. — Ad Mensæ Benedictionem hodie ac per totam Octavam perficitur ℣. *Spiritus Domini*, et in fine ℣. *Repleti*. — Vesperæ celebrantur de sequenti Solemnitate, absque ulla prorsus commemoratione. Ad primam stropham Hymni *Veni Creator* genuflectitur; cujus clausula et aliorum est *Deo Patri sit gloria et Filio qui a mortuis..... in sæculorum sæcula* per totam Octavam.

10. Dominica Pentecostes est duplex primæ classis cum Octava privilegiata, in qua color rubeus adhibetur. In Officio et Missa omnia sunt propria, absque ulla commemoratione. *Confer c.* 6 *n.* 9. Ad Primam dicuntur tres tantum Psalmi ut in Festis, in ℟. brevi ℣. *Qui sedes*, Lectio brevis ad Absolutionem Capituli *Judæi quoque*, et ad Tertiam Hymnus *Veni Creator*, qui in consueti Hymni locum subrogatur per totam Octavam. In hac Dominica aqua lustralis non benedicitur in Ecclesiis ubi Fons Baptismalis adest, sed ibi solemnis aspersio ante Missam, conficitur per aquam ejus Fontis pridie reservatam. *Rubr. Miss. de ord. ad faciendam aquam benedictam*. — Quoad Exequias, Missam de Requie et Officium Defunctorum, relege tradita in diem sextam Januarii n. V et c. 7 n. 11 et c. 8 n. 29. Rursum quod ad Missam pertinet de Festo transferendo vel pro re gravi, consule cap. 8 n. 5 et 8.

11. Infra Octavam Pentecostes nullum Festum peragi potest, sed quodcumque occurrat, etsi duplex primæ classis, illud post Octavam oportet transferri. *Rubr. tit.* 7 *n.* 3. De Simplici sive per se, sive per accidens, nulla fit commemoratio in triduo Pentecostes, nempe in Dominica, in Feria secunda et tertia Pentecostes; post triduum vero illius commemorationi datur locus in Officio et Missa, sine ejus Lectione ad Matutinum, et si incidat in Feriam quartam et Simplex existat per accidens, de eo commemoratio agitur etiam in Vesperis Feriæ tertiæ. *S. R. C.* 28 *Mart.* 1775 *in una Urbis ad* 4. Officium in triduo Pentecostes est duplex primæ classis, post triduum est semiduplex, et omnia persolvuntur ut ibi et in dies singulos. De Absolutione et Benedictionibus, relege quæ docuimus post Epiphaniam n. 13. Missa est quotidie propria cum *Gloria*, Sequentia et *Credo*. Præfatio, *Communicantes* et *Hanc*

gitur sunt de Pentecoste. Post triduum in Missa additur ecunda tantum Oratio *Ecclesiæ* vel pro Papa, non exclusis tamen Collectis imperatis. Quod si occurrat Simplex, le ipso erit 2 Oratio, et altera omittitur *Ecclesiæ* vel pro Papa. *S. R. C.* 15 *Sept.* 1736 *in una Rubricarum*. Si infra hanc Octavam (post primum triduum) celebrari necesse sit Missam solemnem de Festo transferendo vel pro re gravi (de quibus recole dicta c. 8 n. 5 et seqq.) in illa quidem usurpabitur Præfatio propria, si extet, sed *Communicantes* et *Hanc igitur* erunt de Pentecoste.

12. Peculiares Octavæ celebrari nequeunt infra Octavam Pentecostes, ut supra n. 8 animadversum est, ac si alicubi privilegium continuandæ cujuspiam Octavæ collatum sit, ibi nihilominus illius commemorationem opus est prætermittere a Missa Vigiliæ Pentecostes usque ad Feriam tertiam inclusive. Quod si dies ipsa Octava incidat in Dominicam Pentecostes vel in Feriam secundam aut tertiam ejusdem Festi, tunc illa desinit ad Nonam Sabbati præcedentis. *Rubr. pecul. n.* 49 *et* 50.

13. In Feria quarta, sexta et Sabbato infra Octavam Pentecostes occurrunt Quatuor Tempora, in quibus ad Horas locum non habent Preces. *Rubr. tit.* 34 *n.* 3. In Missa adhibetur color rubeus ut in reliquis Octavæ diebus, et reticetur *Flectamus genua*. Conventualis celebratur post Nonam, et in Choro non genuflectitur ad Orationes etc. (*). *Rubr. tit.* 15 *n.* 2 *et tit.* 17 *n.* 5. In Missa Feriæ quartæ et Sabbati post *Kyrie* dicitur *Oremus* etc. ut ibi, et Orationibus, quæ postremam Lectionem seu Epistolam antecedunt, præmittitur *Gloria in excelsis* etc. Si in Missa Feriæ sextæ adjungenda sit Collecta *Deus refugium*, in ea variabitur istius Postcommunio, quippe cum sit eadem ut in Missa, ac sumitur ex n. 13, nempe *Tribulationem nostram* etc. *Relege c.* 9 *n.* 5.

(*) Genua non flectimus ad Orationem, quia tempus Paschale (*in quo adhuc sumus*) Resurrectionis nostræ tempus designat, itemque statum cœlestis beatitudinis, cui sane non competit quidquid Pœnitentium, atque lugentium proprium est, uti genuflexio. *Sic Tetamus*.

14. Sabbato post Dominicam Pentecostes in Martyrologio primo loco legitur *Festum SS. et Individuæ Trinitatis.* In Missa omittitur *Alleluja* in fine Sequentiæ. Nullo pacto licet pro hodierna Missam Dominicæ præcedentis repetere. *S. R. C.* 14 *Apr.* 1646 *in Ulysbonen. ad* 2. Post Nonam, absoluta Missa Conventuali, tempus Paschale desinit. *Rubr. in Sab. prædicto.* Benedictio Mensæ hodie ac deinceps peragitur ut infra annum. Vesperæ sunt de sequenti Festo SS. Trinitatis propriæ, cum commemoratione Dominicæ per Antiphonam *Loquere* ℣. *Vespertina*, atque Orationem propriam. Ab hisce Vesperis usque ad Adventum dicitur Antiphona finalis *Salve Regina*, flexis genibus, excepta Dominica etc. ut præmonuimus in diem secundam Februarii n. IV et V. Completorium persolvitur ut extra tempus Paschale.

KALENDARIUM

TRIUM ORDINUM S. P. FRANCISCI

L. D.	D. M.	FESTA JUNII
E	1	B. Jacobi de Strepa Ep. et C. (1 O.) d. min. c. alb. ll. 2 et 3 n. pr. Mis. *Statuit* or. pr., Ev. de Dom. 2 post Pascha. In Mart. 1 l. *Camerini*. Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc. ac Ss. Marcellini et Soc. Mm.
F	2	B. Baptistæ Varani V. (2 O.) d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Decem virg.*, 9 l. (ex duabus 1) et com. Ss. Mm. in L. et M. *Dilex.* or. pr. In Mart. 1 l. *Hyspelli*. Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc.
G	3	B. Andreæ de Hyspello C. (1 O.) d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Nolite*. Mis. *Justus* or. pr. In Mart. 1 l. *Agnoni*. Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc.
A	4	S. Francisci Caracciolo C. d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Sint lumbi*. Mis. pr. *Factum est*. In Mart. 1 l. *Ceredani*. Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc.
B	5	B. Pacifici a Ceredano C. (1 O.) d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Sint lumbi*. Mis. *Os justi* or. pr. Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc.
C	6	S. Norberti Ep. et C. d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Homo pereg*. Mis. *Statuit* or. pr. Vesperæ juxta concurrentiæ leges.
D	7	
E	8	
F	9	— Ss. Primi et Feliciani Mm. sim. c. rub. Mis. pr. ut in Missali hac ipsa die.
G	10	S. Margaritæ Vid. sem. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Thesauro*. Mis. *Cognovi* or. pr., 2 et 3 loco dicuntur Orationes de tempore currenti. Vesp. seq. or. pr., com. præc.
A	11	S. Barnabæ Ap. d. maj. c. rub. Omn. ut ibi. Mis. pr. cum *Cr.* et Præf. Ap. In Mart. 1 l. *Cortonæ*. In Vesp. com. seq. or. pr. ac Ss. Basilidis et Soc. Mm.

B 12 B. Guidi C. (1 O.) d. maj. c. alb. (M. S.) ll.
Beat. vir, 2 pr., 3 *Nolite*, 9 l. et com. Ss
in L. et M. *Os justi* or. pr., Ev. ex Mis. J
In Mart. 1 l. *Patavii*. Vesp. seq. pr., com.

Indulgentia plenaria

C 13 S. Antonii Patav. C. (1 O.) d. 2 cl. cum (
alb. Omn. pr. Mis. ut ibi cum *Cr.* per to
In Vesp. com. seq. ant. *O Doctor.*

D 14 S. Basilii Ep. C. et Doct. d. min c. alb. (M.
1 n. de Scr. occ., rel. pr., 8 ℟. *In medio*,
oct. in L. et M. ut ibi cum *Cr.* In Mart. :
Joannis. Vesp. a cap. seq. (M. S.) or. pr.,
præc., oct. ac Ss. Viti et Soc. Mm.

E 15 S. Joannis a S. Facundo C. d. min. c. alb. ll. 2
3 *Sint lumbi*, 9 l. Ss. Mm., com. oct. ac S:
in L. et M. *Os justi* or. pr. et *Cr.* In Vesp. coi

F 16 De 4 die infra Octavam S. Antonii sem. c. a
1 n. de Scr. occ., rel. ut ibi et in festo.]
in die, 2 or. *Concede*, 3 *Eccl.* vel pro Pp
Cr. Vesp. de oct.

G 17 De 5 die infra Oct. S. Ant. sem. c. alb. Or
heri. In Vesp. com. Ss. Marci et Marcellian

A 18 De 6 die infra Oct. S. Ant. sem. c. alb. Or
supr., 9 l. et com. Ss. Mm. in L. et M. *ut i*
or. *Concede* et *Cr.* In Mart. 1 l. *Pisauri*. Ves
or. pr., com. oct. ac Ss. Gervasii et Protasi

Indulgentia plenaria

B 19 B. Michelinæ Vid. (3 O.) d. min. c. alb. ll
pr., 3 *Thesauro*, 9 l. Ss. Mm., com. oct.
Mm. in L. et M. *Cognovi* or. pr. et *Cr.* In
1 l. *Octav.* Vesp. a cap. seq. ut in 1 Vesp
com. præc. ac S. Silverii Pp. et M.

C 20 Oct. S. Antonii Patav. C. d. min. c. alb. ll
de Scr. occ., rel. ut ibi et in festo, 9 l. et c
Silverii in L. et M. *ut in die* cum *Cr.* In M
l. *Romæ*. Vesp. a cap. seq. or. pr., com.

D 21 S. Aloysii Gonzagæ C. d. min. c. alb. ll. 2 e
pr. Missa item pr. *Minuisti*. In Mart. 1 l.

lianæ. Vesp. a cap. seq. hymn. et or. pr., com. præc. ac S. Paulini Ep. et C.

22 S. Julianæ de Falconeriis V. d. min. c. alb. Ad Mat. hym. et ll. 2 n. pr., 3 *Decem virg.*, 9 l. et com. S. Paulini in L. et M. *Dilex.* or. pr. Vesp. juxta concurrentiæ leges.

23 — Vigilia S. Joannis Baptistæ.

24 Nativitas S. Joannis Bapt. d. 1 cl. cum oct. c. alb. Omn. pr. Mis. item pr., sine *Cr.* In Mart. 1 l. *In territorio.* In Vesp. com. seq. or. pr.

25 S. Gulielmi Ab. d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Ecce nos,* com. oct. in L. et M. de Com. Ab. or. pr. Vesp. a cap. seq. ant. ad Mag. et or. pr., com. præc. et oct.

26 Ss. Joannis et Pauli Fr. Mm. d. min. c. rub. Omn. ut ibi, 8 ℟. *Hæc est,* com. oct. in L. et M. pr. In Mart. 1 l. *Corneti.* Vesp. seq. or. pr., com. præc. et oct.

27 B. Benvenuti C. (1 O.) d. maj. c. alb. ll. 1 n. *Beat. vir,* 2 pr., 3 *Nolite,* com. oct. in L. et M. *Justus* or. pr. In Vesp. com. seq. or. pr. et oct.

28 (Vig.) S. Leonis II Pp. et C. sem. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Homo pereg.*, 9 l. Vig., com. oct. et Vig. in L. et M. ut ibi cum Ev. Vig. in fin. Vesp. seq. pr., sine com.

29 Solemnitas Ss. Petri et Pauli Ap. d. 1 cl. cum oct. c. rub. Omn. ut ibi. Mis. pr. cum *Cr.* et Præf. Ap. per tot. oct., *nisi alit. not.* Vesp. de solemnit. ut ibi, sine com.

30 Commemoratio S. Pauli Ap. d. min, c. rub. Omn. ut ibi, com. S. Petri et oct. S. Joan. in L. et M. pr. cum *Cr.* etc. Vesp. a cap. seq. ut in 1 Vesp. festi, com. Ss. Ap. ant. *Petrus Ap.* ℣. *Constitues* (per totam oct.) or. de festo.

ADNOTATIONES

in Festa Junii

Dies Mensis 1. — Prima die non impedita dicitur Officium Defunctorum. *Relege c.* 7 *n.* 5 *et c.* 8 *n.* 25.

2. — Si contigerit Officium Ss. Marcellini, Petri atque Erasmi Martyrum celebrari ritu simplici, attende quæ tradidimus sub die 14 Aprilis n. III. Missa propria est ut in Missali hac die. Isti Ss. Martyres ubi in Festum incidant, quod non sit duplex primæ classis, ut apud nos, locum habet eorum commemoratio, et nona Lectio ex duabus conflata. Ubi Missa dicitur vel commemoratio Ss. Marcellini et Petri, ut supra, in Oratione Canonis *Nobis quoque peccatoribus* ad nomina *Marcellini* et *Petri* ibi descripta caput flectitur.

4. — In Festo S. Francisci Caràccioli ubique legenda est Missa propria cum Introitu *Factum est* etc. *S. R. C.* 3 *Aug.* 1839 *in Piscien. ad* 3.

9. — I. Ubi Officium persolvitur Ss. Primi et Feliciani Martyrum, ultimum ℟. (extra tempus Paschale) recitatur *Hæc est vera Fraternitas.* At si agitur sub ritu simplici, pro illo ordinando perfice præscripta sub die 14 Aprilis n. III. Missa propria est ut in Missali hac die.

II. Si in Festo Ss. Martyrum Primi et Feliciani sub ritu simplici, Officium occurrat novem Lectionum, in isto nona ex duabus illorum Lectio conficitur, dummodo Officium istud non sit duplex primæ classis, tunc quippe cum illorum commemoratio, tum vero nona eorum Lectio foret prætereunda. *Consule exposita c.* 6 *n.* 9.

10. — In Oratione S. Margaritæ Viduæ reticenda est, si adsit, vox *Scotorum. Pervide adnotata in diem* 2 *Aprilis.*

11. — I. Si Festum S. Barnabæ Apostoli celebretur tempore Paschali, Officium, exceptis propriis, de Communi Apostolorum ejus temporis sumitur. Missa porro legitur ut in Festo S. Marci 25 Aprilis, præter Orationes, Epistolam et Evangelium, quæ propria hac die præsto sunt. *Ita Missale Rom. typicum Romæ edit. an.* 1861.

II. Quando Festum laudati S. Barnabæ transfertur in diem 23 hujus mensis, Secreta haurienda est ex Missa

S. Mathiæ Apostoli 24 Februarii, mutato nomine; quia nempe est eadem cum Secreta Vigiliæ S. Joannis. Mutatur autem illa potius quam ista, contra atque fert communis regula, ex peculiari S. R. C. dispositione. *S. R. C.* 12 *Aug.* 1854 *in Lucionen. ad* 29.

2. — I. Ubi Festum S. Antonii Patavini jejunio prævenitur, si hac die 12 Festum recurrat SS. Corporis Christi, oportet jejunium pridie anticipari. *S. R. C.* 24 *Maj.* 1659 *in una Ord. Min. Conventualium.*

II. Si alicubi Sacrum fiat Ss. Basilidis et Sociorum Martyrum, illud est ut in Missali hac die.

3. — Apud nos in Festo S. Antonii Patavini, conclusio Hymnorum ad Vesperas, Matutinum ac Laudes, utpote propria, nunquam variabitur. *Vide dicta in diem* 23 *Jan. n. IV.*

5. — Ubi S. Vitus est principalis Patronus vel Titularis, de ipso uno Officium agitur, ut in Communi unius Martyris primo loco; sed Lectiones primi Nocturni sunt *Fratres debitores;* secundi prima et secunda propriæ ut in Breviario hac die, tertia de Communi ut supra; tertii de homilia in Evangelium *Qui vos audit,* ut in Octavario Romano. Missa est *Lætabitur* de Communi, cum Orationibus propriis (ubi reticentur Sociorum nomina, de quibus nihil fit), et Evangelio *Qui vos audit,* ut in Missali hodierna die. *S. R. C.* 12 *Aug.* 1854 *in Lucionen. ad* 18. *Consule etiam c.* 2 *n.* 26 *et* 30. — Ubi Ss. Viti et Sociorum celebretur Festum sub ritu simplici, attende quæ explicuimus sub die 14 Aprilis n. III. Tum legetur Missa quæ propria extat in Missali. At ubi Festum agatur novem Lectionum, quod non sit duplex primæ classis, Ss. Martyrum dumtaxat commemorationi datur locus, et nona Lectio ex binis eorum Lectionibus componitur.

8. — Si Officium Ss. Marci et Marcelliani Martyrum, persolvendum sit, relege præscripta paullo ante sub die nona. Missa, ut in Missali hac die, propria legitur.

9. — In dubio an S. Gervasius sit seorsim Titularis Ecclesiæ, vel simul cum S. Protasio ad modum unius, si monumenta deficiunt rem declarantia, Officium de solo S. Gervasio est peragendum, de S. Protasio nihil fit. Lectiones primi Nocturni erunt *Fratres debitores;* secundi prima propria ut in Breviario; tertii *Descendens*

de Communi plurimorum Martyrum, Oratio et reliqua de Communi unius Martyris secundo loco. Missa propria legetur, ut hodie in Missali, cum Orationibus et Graduali ex Missa *Lætabitur* de Communi. *S. R. C.* 12 *Aug.* 1854 *in Lucionen. ad* 16 *et* 17. *Pervide etiam c.* 2 *n.* 26 *et* 30. At enim ubi Missa de utroque Sancto celebratur, jam in Missali hac die præsto est.

20. — Ubi Officium peragitur S. Silverii Papæ et Martyris, in postremo ℟. dicitur *Domine prævenisti* etc. Missa est *Statuit* de Communi unius Martyris, sed Epistola propria, ut in Missali hac die. Ubi vero illius fit tantum commemoratio, ut apud nos, nona Lectio (extra Dominicam) ex binis ejus propriis Lectionibus efformatur. *Recole c.* 6 *n.* 9 *post medium.*

21. — Officium S. Aloysii Gonzagæ Confessoris ex præcepto recitandum est in universa Ecclesia. *S. R. C.* 23 *Jul.* 1842 *Decr. Urbis et Orbis.* Ubi persolvitur sub ritu duplici majori vel amplius, Lectiones primi Nocturni petendæ sunt e Communi secundo loco, nempe *Beatus vir.*

22. — I. In Festo S. Julianæ Falconeriis, Hymnus *Cœlestis Agni nuptias* dicitur ad utrasque Vesperas (si extent), et ad Matutinum, neque ejus conclusio, utpote propria, unquam immutatur. *Rubr. ibi et S. R. C.* 23 *Maj.* 1835 *in Namurcen. ad* 8.

II. Si aliquando inciderit Vigilia S. Joannis Baptistæ in Festum SS. Corporis Christi, de illa nihil penitus agendum erit in Officio et Missa nec hodie, neque cras. *Rubr. tit.* 6 *n.* 2 *et S. R. C.* 18 *Sept.* 1706 *Decr. gener.* Jejunium vero (ubi viget), ex Constitutione Urbani VIII diei 13 Octobris 1638, anticipatur hac die 22.

III. Si hodie fuerit Sabbatum, nona Lectio recitatur de homilia Vigiliæ S. Joannis anticipatæ, ejusque commemorationi datur locus (ante alteram S. Paulini) in Laudibus et Missa cum ejus Evangelio in fine; itemque in Ecclesiis Cathedralibus etc. binæ celebrantur Missæ Conventuales. *Vide infra die sequenti.* Ast ubi minime occurrat Festum novem Lectionum, agi de Vigilia opus erit ut inferius sequenti die, cum commemoratione (sed absque Lectione) S. Paulini. Extra Sabbatum si Officium S. Paulini persolvere necesse sit sub ritu simplici, ad

tud rite ordinandum pertinet quod præscribitur die 14 prilis n. III. Missa propria exhibetur in Missali hac die.

— I. Quoties Vigilia S. Joannis Baptistæ occurrit in esto Corporis Christi de ea nihil fit, ut paullo ante comıonuimus. Cum vero occurrit infra ejusdem Octavam, Officium (nisi sit de Festo duplici) de die infra Octavam rit persolvendum (unica ex ejus 8 et 9 Lectionibus conata) cum nona Lectione de Vigilia, itemque cum hujus ommemoratione in Laudibus et Missa, nec non cum iusdem Evangelio sub Missæ finem, etiam ubi Octava orporis Christi privilegiis insignitur ad instar Octavæ aschatis. *S. R. C.* 26 *Jan.* 1793 *in Santanderien. ad* . In Ecclesiis porro Cathedralibus etc. duæ celebranæ sunt Missæ Conventuales, altera de Octava post ertiam sine commemoratione Vigiliæ; altera de Vigilia ost Nonam absque commemoratione Octavæ, ideoque ı hac Præfatio communis adhibetur. Sub finem vero triusque legitur Evangelium S. Joannis *In principio* etc. *'ubr. Miss. tit.* 3 *n.* 2 *et tit.* 7 *n.* 2. Quid agendum si igilia hæc inciderit infra aliam Octavam minime prilegiatam, collige ex iis quæ sub die 23 Februarii n. II tradita sunt.

II. Quoties in Vigilia S. Joannis Baptistæ Festum gitur novem Lectionum sive occurrens sive translatum, uod non sit duplex primæ classis, illius nona Lectio :it de homilia Vigiliæ, cujus fiet quoque commemorao (post alteram Octavæ Corporis Christi, si quidem ıfra eam dies adsit) in Laudibus et Missa cum ejusdem vangelio in fine. In Ecclesiis porro Cathedralibus etc. uæ celebrandæ sunt Missæ Conventuales, altera de Fe:o, altera de Vigilia. *Relege dicta c.* 8 *n.* 2 *et seqq.* i aliquando in Vigilia hac reponatur Festum S. Barabæ Apostoli, variabitur istius Secreta, ac sumetur ex lissa S. Mathiæ Apostoli (*attende exposita in diem* 11 *ujus n. II*), non tamen in Conventuali de Festo, ubi ltera de Vigilia legitur. *Pervide quæ ediximus in Quaragesima n.* 14 *sub finem.*

III. Cum Vigilia peragitur, eo quod neque occurrat, ıeque reponendum sit Festum aliquod duplex vel semiluplex, illius Officio ordinando inservit annotatio in diem

24 Februarii n. II. Si hodie sit Dominica, neque ullum incidat Festum duplex, de Dominica agitur, et nihil de Vigilia fit; quippe cum istius Officio vel commemorationi in hoc casu jam pridie datus fuerit locus.

24. — I. Festum Nativitatis S. Joannis Baptistæ amovet quodcumque Festum in eo occurrens, dempta Solemnitate SS. Corporis Christi, ac etiam SS. Cordis Jesu, ubi hæc celebratur sub ritu duplici primæ classis cum singulari privilegio excludendi omnia Festa. *S. R. C.* 11 *Maj.* 1743 *in Senen. ad* 5 *et* 31 *Mart.* 1821 *in una Orbis ad* 4. Attamen in hoc duplici casu Festum S. Joannis pari cum privilegio transfertur quoad Officium et Missam in diem 25 proxime sequentem (etiamsi in hanc incidat Festum itidem primæ classis, simulque dignitatis majoris), sic ut sua die 24 commemorationem saltem in Vesperis obtineat. *Rubr. gen. tit.* 10 *n.* 1 *et pecul. n.* 93, *Decreta supra cit. et diei* 23 *Jun.* 1736 *in Einsidlen. ad* 2. In ejusmodi translationis casibus quod ad transpositionem attinet Hymnorum ejusdem Festi, confer quæ tradidimus sub die 2 Martii. Si porro Festum S. Joannis occurrerit die Octava Corporis Christi, de eo persolvitur Officium, cum diei Octavæ commemoratione.

II. In Missa Nativitatis S. Joannis Baptistæ omittitur *Credo*, nisi inciderit in Dominicam vel infra Octavam Corporis Christi, quia S. Joannes in Confessorum classe recolitur, in quorum Missis *per se* non recitatur Symbolum. *Videatur annotatio in diem* 16 *Januarii n. II.* In Ecclesia tamen propria, et ubi insignis ipsius Reliquia asservetur, dicitur *Credo* hodie ac per totam Octavam. *Rubr. ibi et tit.* 11 *ac Caval. to.* 5 *c.* 12 *n.* 56. Ubi vero est Patronus principalis Loci, recitatur *Credo* in omnibus quoque ejus Loci Ecclesiis. *S. R. C.* 6 *Sept.* 1845 *in una Ord. Capuccinorum.* Nihilominus a Regularibus ibi commorantibus *Credo* adjungendum est dumtaxat ad Missam diei Festi; quia cum ipsi non celebrent, imo vero nec celebrare queant ratione Patronatus Octavam S. Joannis, propterea debent infra eamdem *Credo* prætermittere.

III. Infra Octavam S. Joannis et SS. Corporis Christi, de ista Officium agitur, cum illius commemoratione.

Rubr. tit. 10 *n.* 1. Ac infra Octavam S. Joannis et S. Patroni vel Titularis, Officium persolvitur Octavæ dignioris, cum commemoratione alterius minus dignæ. *Consule c.* 2 *n.* 33.

IV. *Joannes*, qui in Canone Missæ ad *Nobis quoque peccatoribus* nominatur, est Joannes Baptista. Eapropter quando legitur ejus Missa, vel ipsius fit commemoratio, ad nomen istud inclinandum est caput. *S. R. C.* 27 *Mart.* 1824 *in Panormitana ad* 2.

25. — In Oratione S. Gulielmi Abbatis legatur *Ad terendam salutis viam*, non *Ad terendum. Ita Missale Rom. typicum an.* 1861.

26. — Si quando Festum Ss. Joannis et Pauli habere contigerit primas vel utrasque Vesperas integras, pro ipsis inservient Antiphonæ *Paulus et Joannes* etc. de Laudibus, ad *Magnificat* Antiphona propria una cum Oratione; reliqua haurientur e Communi plurimorum Martyrum. *Rubr. nostri Franc. Brev.*

27. — I. Si hodie recurrat Sabbatum, nona Lectio erit de homilia Vigiliæ quæ anticipatur Ss. Ap. Petri et Pauli, atque illius commemoratio fit (post alteram Octavæ S. Joannis) in Laudibus et Missa cum ejus Evangelio sub Missæ finem, etiamsi incidat infra Octavam Corporis Christi. In Ecclesiis porro Cathedralibus etc. binas opus est celebrari Missas Conventuales, ut infra die sequenti n. II.

II. Ubi in antedicto casu nec Festum occurrat novem Lectionum, nec duplex aliquod sit reponendum (et Octava Corporis Christi jam sit elapsa), Officium agitur de die infra Octavam S. Joannis, cum nona Lectione et commemoratione Vigiliæ; at Missæ omnes de Vigilia sunt legendæ. *Perlege annotata in diem* 23 *Febr. n. VII.* Sin adhuc fueris infra Octavam Corporis Christi, idipsum perfice quod die 23 hujus mensis n. I traditum est, addita commemoratione Octavæ S. Joannis, præterquam in Missa Conventuali de Vigilia.

28. — I. Si Festum S. Leonis Papæ et Confessoris sub ritu semiduplici occurrerit in Dominica vel infra Octavam Corporis Christi, transfertur post Octavam; ac si translationi locus desit, ejus commemoratio agitur in primis

ejusdem Vesperis, Laudibus et Missa, et adjicitur quoque nona ejus Lectio ex tribus conflata, nisi Officium persolvatur diei infra Octavam Corporis Christi vel Dominicæ infra eamdem, tum quippe nonam ipsius Lectionem supprimi oporteret.

II. Si hodie non sit Dominica, neque Festum agatur duplex primæ classis, nona Lectio est de homilia Vigiliæ Ss. Ap. Petri et Pauli, cujus commemoratio fit in Laudibus et Missa cum ejusdem Evangelio sub Missæ finem; sed enim in Ecclesiis Cathedralibus etc. celebrandæ sunt binæ Missæ Conventuales. Ita quoque se res habet, sicubi Officium recitetur de die infra Octavam Corporis Christi. *Pervide quæ nuper monuimus sub die 23 n. I et II.*

29. — I. Festum Ss. Apostolorum Petri et Pauli excludit quodcumque aliud occurrens, si modo Festum excipias SS. Cordis Jesu ubi peragitur sub ritu duplici primæ classis et cum prope privilegio singulari Festa omnia amovendi; quo casu alterum Ss. Apostolorum die proxime sequenti foret celebrandum, translata Commemoratione S. Pauli in primam diem infra Octavam, nec Dominica, nec Festo occurrente, aut translato (quod nempe emineat altiore ritu) impeditam. *S. R. C.* 11 *Maj.* 1743 *in Senen. ad* 5, 31 *Mart.* 1821 *in una Orbis ad* 4 *et* 11 *Sept.* 1847 *in Burgen. ad* 2. At vero si inciderit in diem Octavam Corporis Christi, Officium de Ss. Apostolis celebrabitur cum diei Octavæ commemoratione, etiam ubi hæc privilegio pollet instar Octavæ Epiphaniæ. *S. R. C.* 22 *Jul.* 1848 *in una Montis Regalis ad* 2. Præterea advertendum est, ubi solus S. Petrus est Patronus vel Titularis, ibi quoque in Officio et Missa nihil penitus immutandum fore.

II. Commemoratio omnium Ss. Apostolorum in Festo Ss. Petri et Pauli locum non habet, præterquam ubi concessa est seu injuncta; ibique fit in utrisque Vesperis, Laudibus et Missa etiam solemni, et quidem sub distincta conclusione, ac post commemorationem Octavæ Corporis Christi, si infra istam occurrat. *S. R. C.* 12 *Sept.* 1840 *in Quberen. ad* 1 *et* 23 *Maj.* 1846 *in Syracusana.* Agitur porro per Antiphonas et ℣℣. de Communi

Apostolorum, mutatis ℣℣. *(uti præmonuimus c.* 6 *n.* 10*)*, ne bis dicantur, et per Orationem, ut in Festo Ss. Simonis et Judæ 28 Octobris, omissis nominibus propriis. *S. R. C.* 18 *Octobris* 1818 *in Neapolitana ad* 11.

III. Infra Octavam Ss. Ap. Petri et Pauli, quoties de illa agitur, hauriuntur omnia e Communi Apostolorum, præter Lectiones, quæ in primo Nocturno sunt de Scriptura occurrente, in secundo ac tertio ut ibidem; Antiphona ad *Benedictus* et *Magnificat* una cum ℣. et ℟. ac Oratione ibi pariter suppetit. Missa legitur propria de die infra Octavam cum *Credo* et Præfatione Apostolorum. Hic demum juverit advertere, haudquaquam recitandam esse nonam Lectionem de die infra Octavam, cum hujus fit tantum commemoratio, tametsi Evangelium proprium adsit cum Homilia. *Rubr. tit.* 9 *n.* 10.

IV. In Ecclesiis S. Pauli, et ubi ipse est Patronus principalis, hodie (dummodo ceu Titularis vel Patronus minime colatur in Festo ejus Conversionis) integræ de eo dicuntur Vesperæ cum commemoratione (ante quascumque alias) S. Petri; et altera omittitur Octavæ S. Joannis, cras quoque in Laudibus et Missa. *Rubr. ibi.*

30. — I. Ubi S. Paulus Apostolus est principalis Patronus Loci vel Titularis Ecclesiæ, ejus Commemoratio 30 Junii celebratur sub ritu duplici primæ classis; ac proinde peragitur etiam in occursu cum die Octava Corporis Christi, quamvis hæc privilegio exornetur instar Octavæ Epiphaniæ; quo casu isthæc explenda erit per simplicem commemorationem (post alteram S. Petri) in utrisque Vesperis, Laudibus et Missa. *S. R. C.* 15 *Sept.* 1852 *in una Venetiar. ad* 9. Secundæ Vesperæ ibidem persolvuntur integræ de Commemoratione S. Pauli, cum commemoratione S. Petri, et diei Octavæ S. Joannis. At ubi Conversio S. Pauli colitur tamquam principalis Patronus vel Titularis sub ritu duplici primæ classis cum Octava, ibi Festum istud ejus Commemorationis gaudet dumtaxat ritu duplici majori, ceu Festum Patroni secundarium *(S. R. C.* 7 *Dec.* 1844 *in Mechlinien. ad* 8*)*; ac propterea ibidem secundæ Vesperæ pariter sunt integræ de S. Paulo, cum commemoratione S. Petri et S. Joannis, ut supra. Advertendum est nihilominus,

ad Festa secundaria aliorum Ss. Patronorum et Titularium per se haudquaquam pertinere ritum duplicis majoris, sed illum tantummodo, qui ipsis vel a Breviario vel ex peculiari Apostolico Indulto attribuitur.

II. Commemoratio S. Pauli in Ecclesia universali ritum obtinet dumtaxat duplicem minorem. *S. R. C.* 11 *Sept.* 1847 *in una plurium Diœc. ad* 7. Si inciderit in diem Octavam SS. Corporis Christi aut alteram, vel in Festum SS. Cordis Jesu licet sub ritu duplici majori aut aliud hujusce ritus, opus est ut transferatur in diem proximam infra Octavam Ss. Apostolorum non impeditam, et prælatione gaudet super aliis Officiis ritus duplicis minoris antea translatis (*S. R. C.* 11 *Sept.* 1847 *in Brugen. ad* 2); non item super translata altioris ritus, nec supra semiduplex occurrens in Dominica infra Octavam, quando sequens Feria secunda est libera (*relege c.* 4 *n.* 5), etiamsi ob id Commemoratio S. Pauli extra Octavam Ss. Apostolorum debeat transponi. Attamen sive transferatur intra sive extra Octavam, in Vesperis servanda est peculiaris Rubrica apposita in Breviario pro Ecclesia propria. *S. R., C.* 16 *Sept.* 1701 *in una Congreg. Cœlestinorum*, 11 *Sept.* 1847 *in una plurium Diœc. ad* 7, 8, 9, 10 *et in Brugen. ad* 2 *et* 3. Quamobrem totum sicuti in Ecclesia propria peragitur Officium, videlicet cum integris Vesperis, etiamsi reponatur in die quinta vel septima Julii; nisi concurrat cum Festo altioris ritus (*Rubr. pecul. n.* 126 *et Guyetus lib.* 4 *c.* 8 *q.* 9), quo casu si Octava Ss. Apostolorum necdum desierit, commemoratio S. Pauli agitur per Antiphonam ℣. et Orationem duobus Ss. Apostolis communem. *Ex Decr. S. R. C.* 26 *Mart.* 1859 *in una Scholar. piarum ad* 2. Jam vero translato hoc S. Pauli Officio, facienda est nihilominus diebus 30 et sequentibus commemoratio Octavæ (post alteram S. Joannis) S. Pauli simul cum S. Petro per Antiphonas, ℣. et Orationem, quæ infra eamdem Octavam præcipiuntur; quia Festum S. Pauli cœptum est celebrari cum S. Petro die 29 Junii. *Gav. sect.* 7 *c.* 8. Si aliquando autem contigerit ut instar Simplicis celebretur Festum Commemorationis S. Pauli, necesse erit ut Antiphonæ, ℣. et Oratio su-

ntur ex hoc ipso Festo, cum distincta commemora-
ne S. Petri per Antiphonam, ℣. et Orationem ibidem
sitas, et ambabus locus erit ante commemorationem
tavæ S. Joannis. In secundis Vesperis tamen com-
moratio utriusque Apostoli agenda erit ad modum
us, cum Antiphona, ℣. et Oratione utrique communi-
s, et post commemorationem diei Octavæ S. Joannis.
III. Quoties Commemoratio S. Pauli (ubi celebratur
ritu duplici minori vel majori) concurrerit in se-
ndis Vesperis cum die Octava Corporis Christi, Ve-
ræ integræ persolventur de hac Octava ex primis
speris Festi, cum commemoratione diei Octavæ S. Joan-
et Octavæ Ss. Apostolorum; sed ubi Festum S. Pauli
agitur sub ritu duplici majori, ejus commemoratio
uæ etiam in hoc casu videtur perficienda per Anti-
onam, ℣. et Orationem Ss. Petro et Paulo commu-
n) alteri præmittenda est de die Octava S. Joannis.
nique si Festum istud S. Pauli incidat in Sabbatum,
is est ut Ss. Apostolorum commemoratio præcedat
eram de Dominica; eo quod illa est de Festo du-
ci. *Gav. sect. 7 c. 8.*

ANNOTANDA

IN FESTA SS. TRINITATIS ET SS. CORPORIS CHRISTI AC IN EORUM OCTAVAS

In Dominica prima post Pentecosten Festum cele-
r SS. Trinitatis (*) sub ritu duplici secundæ classis,
hibetur color albus. Dominica hæc respectu habito
ysterium adeo præcelsum est primæ classis, ac pro-
quodcumque Festum amovet in ea occurrens, quamvis

Festum SS. Trinitatis ideo celebratur prima Dominica
Pentecosten, quia post Spiritus Sancti Adventum explicita
ræcelsi Mysterii fides orbi universo confestim per Apostolos
ilgata est. *Vide Tetamum.*

foret duplex primæ classis. *Rubr. tit.* 9 *n.* 3. Omnia sunt propria; nona Lectio est de homilia Dominicæ, cujus commemoratio fit in Laudibus et Missa ut ibi cum *Credo*, Præfatione Trinitatis (dicenda in qualibet Dominica, ubi per Rubricas alia propria non assignetur. *Clemens XIII die* 3 *Jan.* 1759), et Evangelio Dominicæ in fine. Si Festum inciderit simplex, de eo commemoratio agitur (post alteram Dominicæ) in Laudibus ac Missa, excepta Solemni, et, ubi hæc deest, Conventuali lecta, ut apud Regulares. Si occurrat porro Festum instar simplicis, ejus commemorationi datur locus in utrisque Vesperis, Laudibus et Missa etiam solemni, et quidem ante commemorationem Dominicæ, si ex se duplex existat. *Consule c.* 6 *n.* 9 *et* 12. Ad Primam recitantur tres Psalmi ut in Festis, sed additur Symbolum *Quicumque* etc. *Rubr. tit.* 33 *n.* 2. Ad Aspersionem Aquæ benedictæ dicitur Antiphona *Asperges me*, quam præcinit Celebrans flexis genibus. *Recole præscripta de tempore Paschali n.* 5 *sub finem.* Secundæ Vesperæ integræ persolvuntur de SS. Trinitate, nisi die postera Festum celebretur duplex primæ classis; tunc enim Vesperæ de isto erunt ex toto, cum commemoratione SS. Trinitatis tantum: in his vero nihil de Dominica foret agendum, tametsi proxime sequeretur Festum dumtaxat duplex secundæ classis, quippe cum Dominica prima post Pentecosten, ex se nullo privilegio potiatur, nec differat a ceteris Dominicis per annum. *S. R. C.* 27 *Martii* 1824 *in una Dubiorum ad* 1. Hæc ipsa Dominica Orationem Secretam habet, in qua idem prorsus petitur et iisdem fere verbis ac in Secreta Missæ *Statuit* de Communi unius Martyris Pontificis; quamobrem si forte in illa commemorationem fieri oporteat Festi simplicis ex eo Communi, hujus Secreta sumenda erit ex Missa *Sacerdotes Dei.* At ubi ritus hujusce Festi, ex se duplex sit et simplex per accidens evaserit, tum vero variabitur Secreta Dominicæ, ac mutuanda erit ex Dominica proxime sequenti. *Confer c.* 6 *n.* 10 *ad calcem et* 15.

2. Ubicumque Festum SS. Trinitatis est Titulare, celebratur quidem sub ritu duplici primæ classis cum Octava, sed ad Primam, sive dies infra Octavam agatur sive non, non adjungitur Symbolum *Quicumque*, præter-

quam die Festo, ac die Octava, dummodo de hac recitetur Officium. *S. R. C.* 5 *Maj.* 1736 *in Einsidlen.* *et* 19 *Sept.* 1801 *in Valentin. ad* 5. Diebus porro sexta et septima infra Octavam, si nullum occurrat Festum duplex, præscribitur Officium de secunda et tertia die infra Octavam SS. Corporis Christi, cum commemoratione SS. Trinitatis. *S. R. C.* 8 *Jun.* 1709 *in Bracharen. ad* 3 *et Rubr. pecul. n.* 52. Item duobus hisce diebus Præfatio erit de Octava Corporis Christi, nisi Festum aliquod celebretur quod Præfatione propria præditum sit; quia Octava isthæc Corporis Christi, utpote privilegio excellens, Octavæ SS. Trinitatis antefertur. Nihilominus quia dies Octava ratione ritus præferenda est Dominicæ infra Octavam Corporis Christi, idcirco in illa Præfatio erit de SS. Trinitate, quamvis de illa (ob occursum Festi duplicis primæ vel secundæ classis) fieret dumtaxat commemoratio. *Relege c.* 2 *n.* 35. At secus accidit, ubi Dominica infra Octavam Corporis Christi ex privilegio non admittit nisi Festa duplicia primæ classis; hoc quippe in casu ipsa prælationem sibi vindicat supra diem illam Octavam.

3. Feria quarta post Dominicam SS. Trinitatis, in Martyrologio primo loco legitur *Festum SS. Corporis Christi.* Vesperæ de sequenti Solemnitate sunt propriæ. In Hymnis Vesperarum et Laudum ad stropham *Tantum ergo* et *O salutaris Hostia* genuflectitur, si SS. Sacramentum in quopiam Altari expositum sit; secus, genuflectitur tantum, si in Altari ante Chorum adsit in Tabernaculo reconditum. Clausula in aliis Hymnis est *Jesu tibi sit gloria, qui natus* etc. per totam Octavam. *Attende quæ annotavimus in diem* 23 *Jan. n. IV.* Indulgentiæ a Summis Pontificibus Urbano IV, Martino V et Eugenio IV concessæ iis, qui Divino Officio et Missæ intersunt in Festo ac per Octavam SS. Corporis Christi, valent, ex Decreto Joannis XXII, etiamsi Officium de Sanctis occurrentibus persolvatur. Ejusmodi porro sunt, videlicet: Festivitatis die pro Vesperis, Matutino et Missa seorsim, totidem 400 dierum; 160 autem dierum pro qualibet ex ceteris Horis. Pro singulis vero Matutinis, Vesperis et Missis infra Octavam, 200; pro Horis reliquis 80 dierum. *Apud Caval. to.* 2 *c.* 16 *d.* 3 *n.* 5.

4. Solemnitas SS. Corporis Christi est duplex primæ

classis cum Octava privilegiata. Quodcumque Festum in eam incidens transfertur. *Rubr. post Tabell. occurrentiæ n.* 1. De Festo simplici ex se nihil fit; Festi autem simplicis per accidens, commemoratio agitur in utrisque Vesperis, Laudibus et Missa etiam solemni, at absque nona ejus Lectione ad Matutinum. *Perlege dicta c.* 6 *n.* 9. Omnia sunt propria (*). Missa dicitur cum Sequentia, Credo ac sola Præfatione de Nativitate Domini. *Credo* adjungitur per totam Octavam, itemque Præfatio illa recitatur, præterquam in Festo quod occurrat propriam obtinens. *Vide supra n.* 2. Et colore albo utendum est. Ad Primam in ℟. brevi additur ℣. *Qui natus* per totam Octavam, si occurrens Festum excipias quod proprium habeat. *Confer dicta sub die* 23 *Jan. n. V.* Quod ad Exequias attinet, Missam de Requie et Officium Defunctorum, præsente Cadavere, recole exposita sub die 6 Jan. n. V et c. 7 n. 11 et c. 8 n. 29. Quoad Missam vero de Festo transferendo, vel pro re gravi consule c. 8 n. 5. et 8.

5. In Festo SS. Corporis Christi Processio solemnis spectat ad Cathedralem; ubi vero hæc desit, ad Ecclesiam digniorem, a qua nempe debet omnino incipere, et ad eamdem reverti atque absolvi. *S. R. C.* 19 *Aug.* 1619 *in Tuscanella ad* 1 *et* 24 *Jul.* 1683 *in Sarnen.* Ejus est, qui solemnem Missam paullo ante celebrarit, SS. Sacramentum circumferre, nisi Episcopus Diœcesanus per seipsum id præstare velit. *S. R. C.* 4 *Maj.* 1709 *in Cremen. ad* 3 *et Cærem. Ep. lib.* 2 *c.* 33. Quare non est deferendum per plures Sacerdotes vicissim. *S. R. C.* 3 *Aug.* 1839 *in Triventina.* Necessum porro est ut Celebrans, seu Episcopus, illud manibus gestantes incedant pedites, et non aliter. *S. R. C.* 18 *Jan.* 1653 *in Meliten. et* 10 *Jan.* 1852 *in Cenomanen. ad* 4. In quavis Processione Sacerdos deferens SS. Sacramentum omnino uti debet Pluviali, præter illam quæ ex Rubricæ præscripto fit Feria sexta in Parasceve;

(*) Festum SS. Corporis Christi sæpius iterando *Alleluja* fere Paschatis solemnitatem imitatur; quia nimirum Cœnæ Paschalis primam institutionem hodie recolens triumphali pompa, ingenti gaudio gestit Ecclesia. *Ita ferme Tetamus.*

pro Viatico autem ministando, potest. *S. R. C.* 22 *Jan.* 1701 *in una Congeg. Montis Coronæ ad* 5 *et* 29 *Nov.* 1856 *in una Salutiarum ad* 3, *Rubr. Miss. tit.* 19 *n.* 3 *et Rit. Romanum.* Quoties continuo post Missam aut Vesperas agitur Processio, vel Benedictio impertitur cum SS. Sacramento, fas est retinere indumenta ejus coloris qui Missæ vel Officio respondet, excepto velo humerali, quod semper album esse debet. *S. R. C.* 9 *Jul.* 1678 *in Taggen. ad* 6 *et* 20 *Sept.* 1806 *in Matriten. ad* 1. Pueri vel Puellæ varia Sanctorum Martyria, vel Mysteria, aut Figuras veteris Testamenti repræsentantes, vel Instrumenta Passionis præ manibus ferentes, nullo pacto queunt admitti in Processione SS. Sacramenti; hæc enim omnia suapte natura animum ab adoratione Ven. Sacramenti non leviter abstrahunt. *S. R. C.* 5 *Nov.* 1667 *in Mediolan. ad* 7, 17 *Jun.* 1684 *in una Veneta ad* 1 *et* 7 *Dec.* 1844 *in Brixien.* — In hoc Festo et per Octavam Sacerdotes, Diaconi et Subdiaconi, qui Processioni intersunt, induere possunt insignia Ordinis sui, Albas nempe, Planetas, Dalmaticas et Tunicellas (*S. R. C.* 20 *Maj.* 1741 *in Nucerina Paganorum ad* 1); sed in particularibus Processionibus tantummodo id locum habet; in generali quippe quæ solemni die SS. Corporis Christi ab Ecclesia Cathedrali instituitur, hujus dumtaxat Canonici et Dignitates adsumere queunt imo vero debent sacras vestes, et quidem etiamsi Episcopus absit. *S. R. C.* 26 *Apr.* 1704 *in Urbevetana et* 12 *Sept.* 1716 *in Ferrarien.* In eadem Processione immemorabilis toleratur consuetudo pausandi et elargiendi benedictionem; non tamen ubicumque in via Altare aliquod extructum est, sed semel aut iterum. *S. R. C.* 23 *Sept.* 1820 *in Volaterrana.* Quotiescumque vel Ministrorum et ornamentorum defectus, vel pluvia aerisque intemperies obstiterit, quominus Processio SS. Sacramenti fiat, uti decet, ejus Festo die, Episcopus pro suo arbitrio et prudentia unicuique Ecclesiæ aliquam designabit ex sequentibus Dominicis, in qua nimirum celebrata Missa de die cum commemoratione SS. Sacramenti ex Rubricarum præscripto, solemnis illa Processio peragi possit. *S. R. C.* 8 *Mart.* 1749 *in Lisbonen. et Caval. to.* 4 *c.* 19 *n.* 16. — In Functione cujusvis expositionis et repositionis SS. Sacramenti Celebrans, si adstet

cum sacris Ministris, opus est ut antea induerit Al
Stolam et Pluviale; item sacri Ministri, si Dalmatic
Tunicella amicti sint, Albam quoque gestare debent.
C. 12 *Aug.* 1854 *in Lucionen. ad* 49. Si porro vice
maticæ et Tunicellæ adhibeant uti Celebrans Pluvialia,
ab alio Diacono vel Sacerdote cum Superpelliceo et
SS. Sacramentum exponendum est atque reponendun
R. C. 17 *Sept.* 1785 *in Portugallen. ad* 1 *)*; attam
actu dumtaxat expositionis et repositionis Stola utei
est. *S. R. C.* 12 *Aug.* 1854 *in Lucionen. ad* 48. Ru
Sacerdoti vel Diacono, qui in Throno collocat vel in
movet Ostensorium, superimponi haudquaquam debe
lum humerale nec Umbella, tametsi ad posticam A
partem accedendum sit. *S. R. C.* 16 *Dec.* 1828 *in* .
cana et 7 *Dec.* 1844 *in una S. Severi ad* 4. Ad e
tionem et repositionem SS. Sacramenti in Festo e
Octavam Corporis Christi ad ℣. *Panem de cœlo* etc.
tur *Alleluja*, non item post administratam SS. Eu
stiam. *Rubr. pecul. n.* 240. — Sacerdos, a quo bene
cum SS. Sacramento in Ostensorio incluso est imperti
jubetur Albam induere, Stolam et Pluviale. *Caval.*
c. 9 *et ex cit. Decretis.* Benedictio hæc minime est
buenda ad ℣. *Sit et benedictio*, sed expletis Hymno
ratione. *S. R. C.* 23 *Maj.* 1835 *in una Ord. Capuccin*
ad 2. Præterea Sacerdos ante Orationem *Deus qui*
proferre non debet ℣. *Dominus vobiscum*, nec prius
ad ipsam recitandam assurgat, genuflexionem iterar
R. C. 2 *Aug.* 1698 *in una Urbis et* 3 *Mart.* 1761 *in A*
ad 7. Conclusio vero brevis ejus Orationis (cum sol
citur) est *Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum.*
C. 29 *Mart.* 1851 *in Adrien. ad* 6. Ast ubi in more
ut adjungatur hæc altera *Qui vivis et regnas per o*
sæcula sæculorum, retineri potest, utpote quæ a Ri
Romano jam admissa est. In consuetis SS. Sacrar
benedictionibus, ex Ordinarii jussu licet addere post
tionem *Deus qui nobis* Collectas sub unica brevi co
sione in honorem Sanctorum, vel pro Principe etc.
absque ℣℣. et ℟℟., et extra Festum totamque Oct
SS. Corporis Christi. *S. R. C.* 23 *Sept.* 1837 *in Mu*
ad 6 *et* 7 *Dec.* 1850 *in Rupellen. ad* 19. Ad bened

nem populo impertiendam fas est Sacerdoti e manibus Diaconi Ostensorium accipere sumptum ex Altari, ac post benedictionem illud Diacono præbere super Altari denuo collocandum. *S. R. C.* 12 *Aug.* 1854 *in Lucionen. ad* 57. In actu porro benedicendi populo nihil omnino recitari vel cani permittitur sive a Celebrante, sive a Cantoribus, quavis non obstante consuetudine; nil tamen impedit, quominus, non quidem ante, sed statim post benedictionem, pius aliquis concinatur versiculus, patrio licet idiomate. *S. R. C.* 9 *Febr.* 1762 *in Caputaquen.*, 16 *Mart.* 1833 *in Bituntina, et* 3 *Aug.* 1839 *in Bobien. ad* 2. Rursum in actu benedictionis thurificatio SS. Sacramenti minime præscripta est; fieri tamen potest a Sacerdote assistente vel Thuriferario ubi adest consuetudo. *S. R. C.* 11 *Sept.* 1847 *in Veronen. ad* 9, 7 *Dec.* 1850 *in Rupellen. ad* 20 *et* 7 *Sept.* 1861 *in una S. Marci et Bisinianen. ad* 7. — Jam vero commonendi locus hic est, in expositione privata (quæ nempe fit aperto Tabernaculi ostiolo, patente velata Pyxide) plane esse vetitum e Tabernaculo sacram Pyxidem educere, atque cum illa populo benedicere. *S. R. C.* 31 *Mart.* 1642 *in Savonen.* Quocirca ejusmodi mos generatim improbatur; ac si in aliqua Ecclesia adeo invaluerit, ut nulla pateat via illum obliterandi sine populi offensione et pietatis detrimento, unius erit Episcopi rem totam agnoscere, et, si opportunum censuerit, potestatem facere ut ibi *semel* tantum in dies singulos benedictio ita impertiatur. *Gardellini ex Decretis cit. in Comment. ad Clement. Instructionem* § 36 n. 11. Nunquam tamen permittendum est, ut sacra Pyxis collocetur in Throno; quippe cum id unice proprium sit expositionis solemnis, quæ per Ostensorium peragitur. *S. R. C.* 23 *Maj.* 1835 *in una Ord. Capuccinorum ad* 4. Quoties demum sacra Pyxide populo benedicitur, illa hinc inde utraque veli humeralis extremitate est cooperienda. *S. R. C.* 23 *Febr.* 1839 *in Meliten. ad* 5. Quod spectat ad Missam solemnem vel Collectam SS. Sacramenti occasione XL horarum aut Processionis extra Festum SS. Corporis Christi, pervide c. 8 n. 9 et c. 9 n. 6.

6. Infra Octavam SS. Corporis Christi Festa duplicia occurrentia peraguntur, non autem translata, nisi duplicia

sint primæ aut secundæ classis. *Rubr. ibi et S. R. C.* 30 *Maj.* 1699 *in Ulixbonen. ad* 2. Semiduplicia transferuntur post Octavam. *Rubrica ibi.* Simplicium fit tantum commemoratio, sine nona eorum Lectione, nisi Officium celebretur Festi duplicis eam commemorationem admittentis (nempe quod non sit duplex primæ classis); tunc de Simplici locum haberet nona Lectio historica. *S. R. C.* 12 *Septembris* 1671 *in Nuscanâ ad* 1. De die infra Octavam SS. Corporis Christi, quocumque Festo occurrente, semper commemoratio agitur. *Rubr. tit.* 9 *n.* 6. Si qua Vigilia incidat infra hanc Octavam, oportet ut ibi quoque, ubi privilegiata est adinstar Octavæ Epiphaniæ, nona Lectio recitetur de homilia Vigiliæ, ejusque commemoratio adjungatur in Laudibus et Missa cum proprio ipsius Evangelio in Missæ fine; in Cathedralibus vero etc. binæ celebrentur Missæ Conventuales, altera de Octava post Tertiam, altera de Vigilia post Nonam. *Rubr. Miss. tit.* 3 *n.* 2 *et S. R. C.* 16 *Jan.* 1793 *in Santanderien. ad* 3 *et* 4. *Perlege etiam tradita c.* 8 *n.* 2 *et seqq.* Hoc ipsum servandum est, quoties aliqua Vigilia, vel Feria major, aut Dominica anticipata generatim incidit infra Octavam, quæ privilegio potiatur excludendi saltem semiduplex occurrens. *Caval. to.* 2 *c.* 15 *d.* 3 *n.* 8.

7. Peculiares Octavæ ibi solum cessant et abrumpuntur, adveniente Festo SS. Corporis Christi, ubi nimirum Festum hoc ex Apostolico Indulto Octava præditum est æque privilegiata ac altera Epiphaniæ. *S. R. C.* 11 *Sept.* 1847 *in Pampilonen.* Quare ibi si aliqua Octava inchoata jam sit, continuo est dimittenda ad Nonam Feriæ quartæ præcedentis. Quod si infra Octavam Corporis Christi occurrat Festum duplex primæ classis cum Octava, istud quidem celebrabitur cum commemoratione Octavæ Corporis Christi; at hujus Officium diebus insequentibus persolvendum erit, cum alterius Octavæ commemoratione. Si vero Festum inciderit duplex secundæ classis habens pariter Octavam, nihil tum de illo peragi potest, sed post Octavam Corporis Christi transferendum est, et quidem ipsius Octava pereunte, si post octo dies reponatur. *S. R. C.* 22 *Mart.* 1817 *in una Ord. Milit. Equitum Christi ad* 2 *et* 3. Octava SS. Corporis Christi ubi haud aliter privile-

giis insignitur quam Octava Epiphaniæ, admittit sane Festa duplicia primæ classis occurrentia, ut supra declaratum est; non item translata ejusdem ritus. *S. R. C.* 31 *Maj.* 1817 *in Conimbrien. ad* 1. Ubi privilegium viget peragendi Officium SS. Corporis Christi singulis Octavæ diebus, excepta tamen occurrentia Officii sub ritu duplici primæ aut secundæ classis, vox illa *occurrentia* late intelligenda est, atque duplicia quoque primæ vel secundæ classis translata comprehendit. *S. R. C.* 17 *Sept.* 1853 *in Veronen. ad* 1. Quinimo translata hæc licet reponere etiam in die ejus Octavæ non perpetuo libera, sed libera per accidens, quia nempe occurrens in ea Officium inferioris ritus amovetur inde ac post Octavam transfertur (vel si locus desit, ad ritum simplicem redigitur). *S. R. C.* 7 *Maj.* 1853 *in Grosselan. ad* 1. Hic advertendum est, de die Octava cujuslibet Festi oportere ut Officium persolvatur etiam infra Octavas peculiari ornatas privilegio (nisi istud exæquet privilegium Octavæ Epiphaniæ. *Recole quæ declaravimus sub die* 6 *Jan. n. VIII*), etsi in concessione Apostolica id non exprimatur. *S. R. C.* 12 *Mart.* 1836 *in una Dubiorum ad* 2. Quoties Officium agitur de die infra Octavam SS. Corporis Christi, ritus est semiduplex, atque adhibetur color albus. Omnia dicuntur ut ibi et in Festo. Missa legitur ut in die, 2 Oratio est *Concede,* 3 *Ecclesiæ* vel pro Papa, dummodo adjungenda non sit commemoratio cujuspiam Festi simplicis; tum quippe 2 erit de ipso, 3 *Concede*, omissa altera *Ecclesiæ* vel pro Papa.

8. Si in Sabbato Officium actum sit de die infra Octavam SS. Corporis Christi, et cras agatur de Dominica, in secundis Vesperis fit a Capitulo de Dominica, ut ibi; aliter servabuntur concurrentiæ leges. Dominica infra hanc Octavam est secunda post Pentecosten, cujus ritus est semiduplex, et in qua colore albo utendum est. Omnia perficiuntur ut in Festo Corporis Christi, præter Lectiones, octavum ℟., Capitula, ℣. et ℟. Vesperarum et Laudum, Antiphonas ad *Benedictus* et *Magnificat* atque Orationem, quæ propria habentur. *Rubr. in hac Dom.* Additur commemoratio Octavæ Corporis Christi. Missa est propria, sine tertia Oratione (*non exclusis Collectis imperatis*) cum *Credo* et

Præfatione Octavæ. Si in hanc Dominicam Festum simplex inciderit, ejus commemorationi datur locus (post alteram Octavæ), sine nona ejus Lectione ad Matutinum (*S. R. C.* 12 *Aug.* 1854 *in Veronen. ad* 1); ac proinde in Missa tertia Oratio adjungitur, nempe de ipso Simplici. Ad Primam tres tantum Psalmi recitantur, ut in Festis. *Rubr. tit.* 33 *n.* 2. Si Feria secunda insequenti Festum duplex primæ aut secundæ classis fuerit celebrandum, in hujus primis Vesperis nihil fit de Dominica, propterea quod ipsa in concurrentia non gaudeat privilegio Octavæ Corporis Christi. *Pittonus ad hanc Dominicam.* Si vero in hac Dominica occurrat Festum duplex, ejus Officium peragitur, de Dominica autem subjicienda est nona Lectio de homilia, nec non commemoratio (ante alteram Octavæ) in Laudibus et Missa cum Evangelio ejusdem Dominicæ in fine Missæ. At ubi Octava SS. Corporis Christi ex privilegio admittit dumtaxat Festa duplicia primæ classis, vel etiam secundæ classis, Dominica hæc eodem pariter privilegio gaudet.

9. Feria quarta post Festum SS. Corporis Christi in Martyrologio primo loco legitur *Octava*, si cras Officium de ea celebretur; secus legitur secundo loco. Dies Octava SS. Corporis Christi utrasque habet Vesperas integras, nisi concurrat cum Festo duplici primæ aut secundæ classis; quo in casu Vesperæ erunt de Festo cum sola diei Octavæ commemoratione; quæ quidem in primis Vesperis sumitur ex primis Vesperis Festi, in secundis autem ex secundis. *Rubr. tit.* 11 *n.* 7. Rursum hæc dies Octava est duplex minus, in eaque adhibetur color albus. Omnia persolvuntur ut ibi et in Festo. Si Festum incidat simplex, de eo commemoratio agitur absque nona ejus Lectione. In Martyrologio primo loco legitur *Festum SS. Cordis Jesu.* Secundæ Vesperæ integræ recitantur de ipsa die Octava, sine commemoratione sequentis Festi SS. Cordis Jesu, si modo hoc Festum minime celebretur sub ritu duplici primæ aut secundæ classis; Vesperæ enim tunc de isto forent, omissa commemoratione diei Octavæ. *Recole dicto c.* 6 *n.* 8. Dies Octava SS. Corporis Christi dumtaxat cedit Festis omnibus occurrentibus quæ duplicia sint primæ classis, etiam ubi privilegiis æque decoratur atque Octava

Epiphaniæ (*). *S. R. C.* 25 *Sept.* 1852 *in una Venetiarum ad* 9 *et Rubr. pecul. n.* 73. Quo in casu de die Octava sola agenda est commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus, et Missa etiam solemni, dummodo, quod ad secundas Vesperas attinet, sequens Festum SS. Cordis Jesu non extet duplex primæ aut secundæ classis; tum quippe hujus peragenda foret commemoratio, altera de die Octava prætereunda. *Rubr. tit.* 9 *n.* 4 *et S. R. C.* 27 *Mart.* 1824 *in una Dubiorum ad* 2. *Confer etiam quæ annotavimus in diem* 31 *Maj. n. III.*

(*) Auctor Dissertationis in Rubricas Breviarii hoc loco id ipsum refricat, quod jam alias in pari casu refutavimus, videlicet die Octava SS. Corporis Christi occurrentia excludi Festa duplicia primæ classis, si tantum excipias Officia Nativitatis S. Joannis Baptistæ, Ss. Ap. Petri et Pauli ac principalis Patroni Loci, Titularis et Dedicationis propriæ Ecclesiæ, eo quod Rubrica particularis (inquit ille) pro Solemnitate Corporis Christi non jam simpliciter sic statuit: *In die Octava Corporis Christi non fit nisi de Festo ex solemnioribus*, sed potius: *Non fit nisi de Nativitate S. Joannis et de Festo Ss. Ap. Petri et Pauli vel de alio ex solemnioribus.* — Verum reponimus ita distinguendo. Rubrica priori formula minime usa est, quia nempe phrasis *Festum ex solemnioribus* non semper indicat Festa duplicia primæ classis, concedo: minime usa est, ut nimirum Festa duplicia primæ classis, præter illa quinque, expungeret, nego. Enimvero phrasis *Festum ex solemnioribus* per se ad Festa quoque duplicia secundæ classis pertingit; at conjuncta cum aliquo duplici primæ classis speciatim expresso, coercetur ad Festa tantummodo hujusce classis designanda, quemadmodum in Octavam Epiphaniæ pag. 153 annotatum est; quare, ut ambiguitas omnis abesset, Rubrica, priori prætermissa, alteram usurpavit formulam. Rem porro ita se habere exploratum est ex nostris Rubricis a S. Sede adprobatis, quarum scilicet (n. 73) hæc sunt verba: *Dies Octava Corporis Christi solis et omnibus cedit occurrentibus Duplicibus primæ classis.* Denique res eadem confirmatur ex Decreto S. R. C. diei 25 Sept. 1852 in una Venetiarum ad 9, in quo affertur ratio cur die Octava Corporis Christi permittatur Festum Dedicationis; quæ nempe ratio non petitur quidem a qualitate Festi, prout contendit adversarius, sed ducitur a qualitate ritus, *Uti duplex primæ classis.* Opinio igitur adversarii videtur nimis infirmo fundamento niti.

KALENDARIUM

TRIUM ORDINUM S. P. FRANCISCI

L. D.	D. M.	FESTA JULII
		Dominica prima Julii fit de Festo Pretiosissim guinis D. N. J. C. d. 2 cl. c. rub. Omn. l. hom. et com. Dom. in L. et M. pr. cur Præf. de Cruce et Ev. Dom. in fin. Ad 1 *tuo*. Vesperæ juxta concurrentiæ leges. Die cedenti in Mart. 1 l. *Festum Pretiosissimi*
G	1	Octava S. Joannis Bapt. d. min. c. alb. ll de Scr. occ., 2 pr. diei oct., 3 ut in Li de 2 die infra Oct., com. Ss. Ap. (ant. G ℣. *In omnem terram* per tot. oct.) in L. *ut in die* cum *Cr.* et Præf. Ap. Vesp. sc com. præc. tant. *Indulgentiæ* ut in Festo SS. Corporis C ideo anticip. Mat. in sero.
A	2	Visitatio B. M. V. d. 2 cl. c. alb. Omn. ut l. et com. SS. Processi et Martiniani Mm in L. et M. (*excepta Solem. et in ejus Conv.*) pr. cum *Cr.* ac Præf. *Et te in Visi* Vesp. com. oct. Ss. Ap., si cras fiat de e
B	3	De 5 die infra oct. Ss. Apost. Petri et Paul c. rub. Omn. ut ibi et in Com. Ap. Mis. die infra oct., 2 or. *Concede*, 3 *Eccl.* v Pp., *Cr.* et Præf. Ap. In Mart. 1 l. *Fest.* seq., sine com.
C	4	Dedicatio omnium Ecclesiarum consecratarum Ord. S. P. N. Francisci d. 1 cl. cum oct. Omn. de Com. Dedic. Eccl. Mis. *Terribili* *Cr.* et Præf. Ap. (Ubi Eccl. non est cons omitt. *Parenth.* in or. secreta). In Mart. 1 *cami*. In Vesp. com. seq. tant. or. pr.
D	5	B. Archangeli a Calataphimo C. (1 O.) d. n alb. (M. S.) ll. 2 n. pr., 3 *Nolite*, com.

		Dedic. et Ss. Ap. in L. et M. *Justus* or. ppr., *Cr.* et Præf. Ap. Vesp. a cap. seq. ut in 1 Vesp. Com. Ap. ℣. *Constitues* ant. ad Mag. *Petrus Ap.* or. pr. diei oct., com. præc. et oct. Dedic.
E	6	Octava Ss. Petri et Pauli Ap. d. min. c. rub. ll. 1 n. de Scr. occ., rel. ut ibi et in Com. Ap., com. oct. Dedic. in L. et M. pr. cum *Cr.* et Præf. Ap. In Mart. 1 l. *Ulyssipone.* Vesp. a cap. seq. (M. S.) or. pr., com. præc. et oct. Dedic.
F	7	B. Laurentii a Brundusio C. (O. Cap.) d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Sint lumbi,* com. oct. in L. et M. *Os justi* or. pr. et *Cr.* In Mart. 1 l. *Conimbricæ.* Vesp. seq. pr., com. præc. et oct.
G	8	S. Elisabeth Reg. Vid. (3 O.) d. maj. c. alb. Omn. pr., com. oct. in L. et M. *Cognovi* or. pr. et *Cr.* In Mart. 1 l. *Brielæ*, ult. *Tiferni.* Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc et oct.
		Indulgentia plenaria
A	9	Bb. Nicolai et Soc. Mm. Gorcom. (1 O.) d. maj. c. rub. Omn. de Com. 1 loc. præt. ll. 2 n. pr., 8 ℟. *Hæc est*, com. oct. in L. et M. *Intret* or. pr., ult. ℣. Grad. *Hæc est* et *Cr.* In Vesp. com. seq. or. pr. et oct.
B	10	Ss. Septem Fr. Mm. sem. c. rub. ll. 2 et 3 n. pr., 8 ℟. *Hæc est*, com. oct. in L. et M. pr. 3 or. *Concede* et *Cr.* In Mart. 1 l. *Octav.* Vesp. seq. ut in 1 Vesp. festi, com. præc. ac S. Pii Pp. et M.
C	11	Oct. Dedic. Ecclesiarum etc. d. min. c. alb. ll. 1 n. de festo, 2 pr. diei oct., 3 de 2 die infra oct., 9 l. et com. S. Pii in L. et M. *ut in die* cum *Cr.* Vesp. a cap. seq. (in cuj. or. non dic. *Gualberti*), com. præc. ac Ss. Naboris et Felicis Mm.
D	12	S. Joannis Gualberti Ab. d. min. c. alb. ll. 2 et 3 n. pr., com. Ss. Mm. in L. et M. ut ibi. In Vesp. com. seq.
E	13	S. Anacleti Pp. et M. sem. c. rub. ll. 2 n. ut ibi, 3 *Si quis venit.* Mis. *Sacerd. Dei* 2 or. *A cunct.*, 3 ad lib., Ev. ex Mis. *Statuit* de eod. Com. In Mart. 1 l. *Lugduni.* Vesp. seq. pr., sine com.

Indulgentia plenaria

F 14 S. Bonaventuræ Ep. C. et Doct. Seraph. (1 O.) d. 2 cl. cum oct. c. alb. Omn. pr. Mis. ut ibi cum *Cr.* per tot. oct. In Mart. 1 l. *Fulginei.* In Vesp. com. seq. or. pr.

G 15 B. Angelinæ de Marsciano Vid. (3 O.) d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Thesauro,* com. oct. in L. et M. *Cognovi* or. ppr. et *Cr.* Vesp. seq. (ant. ad Mag. et 7 ℟. conclud. *Tuam solemn. Commem.*) or. pr., com. præc. et oct.

A 16 Fest. B. M. V. de Monte Carm. d. maj. c. alb. Omn. ut 5 Aug. præt. ll. 2 n. cum ant. ad Bened. pr., com. oct. in L. et M. pr. cum *Cr.* ac Præf. *Et te in Commem.* In Vesp. com. seq. et oct.

B 17 S. Alexii C. sem. c. alb. ll. 2 n. ut ibi, 3 *Ecce nos,* com. oct. in L. et M. ut ibi 3 or. *Concede* et *Cr.* In Mart. 1 l. *Cracoviæ,* 2 *S. Camilli.* Vesp. seq. or. pr., com. præc., oct. ac Ss. Symphorosæ et Filiorum Mm.

C 18 B. Simonis a Lypnica C. (1 O.) d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Nolite,* 9 l. Ss. Mm., com. oct. ac Ss. Mm. in L. et M. *Justus* or. pr. et *Cr.* In Mart. 1 l. *Leopoli.* Vesp. a cap. seq. (M. S.) or. pr., com. præc. et oct.

D 19 B. Joannis de Dukla C. (1 O.) d. min. c. alb. ll. 2 et 3 n. pr., com. oct. in L. et M. *Os justi* or. pr., Ev. ex Mis. *Justus* et *Cr.* In Mart. 1 l. *S. Hieronymi.* Vesp. a cap. seq. (M. S.) or. pr., com. præc., oct. ac S. Margaritæ V. et M.

E 20 S. Hieronymi Æmil. C. d. min. c. alb. ll. 2 et 3 n. pr., com. oct. ac S. Margar. in L. et M. pr. cum *Cr.* In Mart. 1 l. *Octav.* Vesp. a cap. seq. ut in 1 Vesp. festi, com. præc. ac S. Praxedis V.

F 21 Octava S. Bonaventuræ d. min. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., rel. ut ibi et in festo, 9 l. et com. S. Praxedis in L. et M. *ut in die* cum *Cr.* Vesp. a cap. seq. pr., com. præc.

G 22 S. Mariæ Magd. Pœnit. d. min. c. alb. Omn. ut ibi. Mis. pr. cum *Cr.* Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc. ac S. Liborii Ep. et C.

23 S. Apollinaris Ep. et M. d. min. c. rub. ll. 2 et 3 n. pr., com. S. Liborii in L. et M. pr. In Mart. 1 l. *Vig.*, 2 *Limæ*. Vesp. seq. (M. S.) ỳ. et or. pr., com. præc. tant.

Indulgentia plenaria

24 (Vig.) S. Francisci Solani C. (1 O.) d. 2 cl. c. alb. ll. 1 n. *Beat. vir*, rel. pr., 9 l. et com. Vig. ac S. Christinæ V. et M. in L. et M. pr. cum *Cr.* et Ev. Vig. in fin. In Solem. et in ejus defectu Conv. nihil de S. Christina; sicuti nec de Vig., ubi post 9 celebratur Missa de ead. Vig. Vesp. seq. or. pr., com. præc. tant.

25 S. Jacobi Ap. d. 2 cl. c. rub. Omn. ut ibi, com. S. Christophori M. in L. et M. (*excepta Solem. et in ejus defectu Conv.*) pr. cum *Cr.* et Præf. Ap. In Vesp. com. seq. or. pr.

26 S. Annæ Matris B. M. V. d. maj. c. alb. Omn. de Com. non virg. præt. ll. 2 n. pr. Mis. ut ibi. In Mart. 1 l. *In Monasterio*. In Vesp. com. seq. or. pr. ac S. Pantaleonis M.

27 B. Cunegundis V. (2 O.) d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Decem virg.*, 9 l. et com. S. Pantal. in L. et M. *Dilex.* or. pr. In Vesp. com. seq. or. pr.

28 Ss. Nazarii et Soc. Mm. sem. c. rub. ll. 2 n. pr., 3 *Cum audieritis*. Mis. ut ibi 2 or. *A cunct.*, 3 ad lib. Vesp. a cap. seq., com. præc. ac Ss. Felicis et Soc. Mm.

29 S. Marthæ V. sem. c. alb. ll. 2 et 3 n. pr., com. Ss. Mm. in L. et M. ut ibi 3 or. *A cunct.* In Mart. 1 l. *S. Camilli*. Vesp. seq. (M. S.) or. pr., com. præc. ac Ss. Abdon et Sennen Mm.

30 S. Camilli de Lellis C. d. min. c. alb. ll. 2 et 3 n. pr., 9 l. et com. Ss. Mm. in L. et M. pr. Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc.

31 S. Ignatii Lojolæ C. d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Designavit*. Mis. ut ibi. Vesp. seq. pr., com. S. Pauli, præc. ac Ss. Machabæorum Mm.

ADNOTATIONES

in Festa Julii

Dominica die, quæ prima occurrit Kalendis vel post Kalendas, ex præcepto celebrandum est in universa Ecclesia Festum Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C. sub ritu duplici secundæ classis. Quod si alicubi (sive perpetuo, sive per accidens) in Dominicam illam Officium inciderit æqualis vel altioris ritus, alterum Pretiosissimi Sanguinis tamquam in sede propria persolvetur die proxima, Festo duplici primæ vel secundæ classis non impedita; ac inde Officium amovebitur et juxta Rubricas transferetur, quod propria die nequit recitari. Porro quia illius Festi celebratio ad totam Ecclesiam extensa est, non ideo revocata censeantur, utpote quæ vim suam adhuc plane obtinent, peculiaria Indulta et Privilegia jam concessa, idem nempe agendi Festum vel in Quadragesima vel alio anni tempore. *Decretum Urbis et Orbis* 10 *Aug.* 1849. Si aliquando contigerit Officium hoc Pretiosissimi Sanguinis in diem transferri carentem nona Lectione de homilia vel Festi simplicis, tunc octava Lectio initium sumit a verbis *Hic secundus Adam* ac desinit ad voces *non potuerunt*, pro nona vero legitur *Venit Redemptor et dedit pretium* usque ad finem. *Ita nostrum Franc. Brev. Romæ edit. anno* 1858. In secundis Vesperis eædem iterandæ sunt Antiphonæ ut in primis Vesperis, non ut in Laudibus. *S. R. C.* 12 *Aug.* 1854 *in Lucionen. ad* 21.

II. Prima Dominica Julii legitur in publica Mensa apud Regulares Decretum Pii Papæ IX *Regulari disciplinæ;* et infra Mensem alia Decreta ut prima Februarii.

Dies Mensis 1. — I. Prima die non impedita dicitur Officium Defunctorum. *Confer c.* 7 *n.* 5 *et c.* 8 *n.* 25.

II. Die Octava S. Joannis Baptistæ quoad Lectiones tertii Nocturni servanda est antiqua ac peculiaris Rubrica Breviarii Romani. Quare si die 27 Junii fiat Officium de 4 die infra Octavam, Lectiones sumentur e 3 die Octavæ ut in veteribus Breviariis, ac Lectiones diei 4 in Octavam diem transferentur; cum vero nullæ fue-

rint recitatæ, die Octava legendæ erunt quæ 2 die exhibentur, quæque incipiunt *Joannes est, inquit, nomen ejus. S. R. C.* 27 *Aug.* 1836 *in Minoricen. ad* 5.

III. Quamvis Officium S. Joannis Baptistæ incidens in Festum SS. Corporis Christi transferri oporteat in diem sequentem, uti jam die 24 Junii monuimus; dies tamen Octava nunquam transfertur, sed eo in casu (vel simili) fit tantum illius commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus et Missa, propterea quod Officium de die Octava SS. Corporis Christi peragendum sit. *Rubr. tit.* 10 *n.* 1. Hujusce pariter diei Octavæ S. Joannis Baptistæ commemoratio dumtaxat locum habet in occursu Festi Pretiosissimi Sanguinis. *Confer c.* 2 *n.* 34.

2. — I. Officium Visitationis B. M. V. est persolvendum ab utroque Clero totius Ecclesiæ sub ritu duplici secundæ classis. *Decretum Urbis et Orbis* 31 *Maj.* 1850.

II. Ubi Festum Visitationis occurrat in altero Pretiosissimi Sanguinis, Officium de Visitatione utpote primarium alteri præfertur Pretiosissimi Sanguinis, quod nimirum proxima die reponitur non impedita Festo duplici primæ vel secundæ classis, ut supra innuimus. At sicubi duo hæc Festa simul concurrant, integræ erunt Vesperæ de Visitatione, cum Pretiosissimi Sanguinis commemoratione. *S. R. C.* 26 *Mart.* 1859 *in una Congreg. Scholarum piarum ad* 1. *Vide supra c.* 4 *n. II.° et c.* 5 *n.* 2 *II.°*

III. Ubi Festum Visitationis habet Octavam, si celebretur sub ritu duplici secundæ classis, illa minime antefertur Octavæ Ss. Apostolorum Petri et Pauli; secus vero accidit, si ritu gaudeat duplici primæ classis. *Relege c.* 2 *n.* 33. Itaque Præfatio Missæ in priori casu erit de Apostolis, in posteriori de B. M. V. Item in primo casu, quoties Officium agitur de die infra Octavam Ss. Apostolorum, in Missa 2 Oratio est de Octava Visitationis, 3 *Ecclesiæ* vel pro Papa, non vero de Spiritu sancto, quæ Missæ Ss. Apostolorum non est adjungenda, neque *Concede*, ne binæ simul de B. M. V. Orationes recitentur: in casu altero, quo nempe Officium persolvitur de die infra Octavam Visitationis, 2 Oratio erit de Octava Ss. Apostolorum, 3 de Spiritu sancto.

IV. Cum Visitationis Officium in die reponitur, qui careat nona Lectione de homilia vel Festi simplicis, itemque ubi celebratur sub ritu duplici primæ classis, octava Lectio absolvitur ad verba *Mysticum numerum custodisse*, nona vero inchoatur a vocibus *Non enim.*

V. Si quando contingat celebrari Missam Ss. Processi et Martiniani Martyrum, ipsa erit *Sapientiam*, Epistola *Rememoramini*, Evangelium *Si quis vult*, cum Orationibus ut in Missali hac die. *Ita Missale Rom. typicum Romæ edit. anno* 1861.

3. — Si hodie non occurrat Festum novem Lectionum, nec ullum adsit duplex reponendum, nec sit Dominica, Officium peragitur de die infra Octavam Ss. Apostolorum, vel de die infra Octavam Visitationis (ubi hæc concessa est), juxta casuum varietatem quam heri n. III distinximus.

4. — Dubia, quæ de Festo et Octava Dedicationis Ecclesiæ excitantur interdum vel excitari queunt, jam resoluta comperies cap. 2 n. 8 et sequentibus.

5. — Ex iis, quæ c. 2 n. 10 declaravimus, palam fit quare commemoratio Octavæ Dedicationis præcedat commemorationem Octavæ Ss. Apostolorum Petri et Pauli.

6. — Quoties in diem Octavam Ss. Apostolorum Petri et Pauli inciderit Festum Pretiosissimi Sanguinis vel aliud ejusdem vel altioris ritus, Officium erit de Festo; de die vero Octava locus tantum dabitur commemorationi in utrisque Vesperis, Laudibus et Missa etiam solemni, at absque nona Lectione homiliæ in ejus Evangelium, tametsi hoc sit proprium diversumque ab altero Festi, itemque licet hodie non sit Dominica. De Octava enim impedita nihil plane præter commemorationem agendum est. *S. R. C.* 3 *Jan.* 1657 *in Fesulana ad* 1.

8. — Ubi in Vesperis S. Elisabeth adjungenda sunt Suffragia Sanctorum, num pro S. Maria immutandus sit ℣. *Ora pro nobis*, collige ex iis quæ annotavimus in diem 14 Martii.

10. — I. In Missa Ss. Septem Fratrum Martyrum in Ecclesia universali dicitur 2 Oratio *A cunctis*, 3 ad libitum, sine *Credo*.

II. Ubi aliquis ex Septem Fratribus est principalis

Patronus vel Titularis, aut ubi alicujus ex ipsis insignis colitur Reliquia, ad rite Officium ordinandum perlege exposita c. 2 n. 26, 27 et 30.

III. Cum Festum Ss. Septem Fratrum in diem transfertur qua oporteat nonam Lectionem recitari de homilia vel Festi simplicis, tunc ex octava et nona Lectio unica conficitur. *Rubr. ibi.*

11. — I. Die Octava Dedicationis Ecclesiæ Lectiones primi Nocturni eædem sunt semper ac die Festi. *S. R. C.* 5 *Maj.* 1736 *in Einsidlen.* Quod ad Lectiones attinet tertii Nocturni, si nullæ infra Octavam fuerint recitatæ, die Octava petendæ sunt ex 2 die infra Octavam; ubi vero omnes fuerint lectæ, Octava die eædem erunt ut in Festo. *S. R. C.* 27 *Aug.* 1836 *in Minoricen. ad* 5.

II. Sicubi Officium S. Pii Papæ et Martyris ritu simplici peragatur, attende dicta sub die 14 Aprilis n. III. Missa erit *Statuit* de Communi unius Martyris Pontificis.

12. — I. In Oratione S. Joannis supprimenda est vox *Gualberti*, quia est cognomen. *S. R. C.* 7 *Dec.* 1844 *in Mechlinien. ad* 9. *Attende etiam quæ præmonuimus die* 2 *Aprilis.*

II. Missa Ss. Naboris et Felicis Martyrum, si quidem celebretur alicubi, est *Salus autem,* Orationes propriæ.

14. — Apud nos si aliquam ob causam Festum S. Bonaventuræ primis Vesperis careat, id pervide quoad Hymni transpositionem quod declaravimus sub die 2 Martii.

17. — In Missa S. Alexii in Ecclesia universali 2 Oratio est *A cunctis,* 3 ad libitum, sine *Credo.*

18. — Ubi de Ss. Symphorosa et Filiis persolvatur Officium sub ritu duplici vel semiduplici, Lectio quæ in Breviario hac die reperitur, sejungitur ad verba *A Fratre ejus Eugenio sepelitur*, ac binæ conficiuntur, quæ secundo Nocturno deserviunt pro prima et secunda Lectione, tertia vero sumenda est e Communi primo loco. Lectiones porro tertii Nocturni erunt recitandæ ut in Festo Ss. Joannis et Pauli 26 Junii, octavum ℟. *Hæc est.* Missa propria est ut in Missali hac die.

20. — I. Oratio S. Hieronymi Æmiliani non est concludenda *In unitate ejusdem*, sed simpliciter *In unitate Spiritus sancti* etc. *S. R. C.* 12 *Nov.* 1831 *in una Marsorum ad* 49.

II. Si quapiam de causa legatur Missa S. Margaritæ Virginis et Martyris, illa sumetur e Communi Virginis et Martyris secundo loco, quæ incipit *Me expectaverunt.*

21. — Quid præstandum, si Officium S. Praxedis Virginis agatur ritu simplici, collige ex dictis sub die 14 Aprilis n. III. Missa in promptu est ex Missali Romano hac ipsa die.

22. — I. Si alicubi integras recitari oporteat primas et secundas Vesperas de Festo S. Mariæ Magdalenæ, omnia sunt haurienda e Communi non Virginum, præter Hymnum, ℣., Antiphonam ad *Magnificat* et Orationem, quæ sunt propria. *Rubr. ibi.* Cum porro Hymno *Pater superni luminis* in neutris Vesperis locus adest, tunc congrue adjicitur ad Matutinum, omisso ibi Hymno *Maria castis osculis* etc. *Rubr. nostri Franc. Brev. ibi et Caval. to.* 2 *c.* 39 *d.* 4 *n.* 5.

II. In Oratione ex peculiari ratione non est expungenda nec reticenda vox *Magdalenæ*, sit licet nomen Patriæ. *Rubr. pecul. n.* 200 *et Caval. to.* 2 *c.* 38 *d.* 1 *n.* 5.

23. — I. Si hodie Sabbatum occurrat, nona Lectio est de homilia Vigiliæ S. Jacobi anticipatæ, de qua commemoratio fit (ante alteram S. Liborii) in Laudibus et Missa cum ejus Evangelio in Missæ fine. Tum vero pro S. Liborio adhibetur Oratio *Exaudi* de Communi secundo loco. *Rubr. ibi.* Ast ubi celebrantur binæ Missæ Conventuales, in Missa Festi commemoratio agitur S. Liborii per Orationem *Da quæsumus* de Communi primo loco. *Attende quæ tradidimus in Quadragesima n.* 14 *sub finem et c.* 8 *n.* 2 *et seqq.*

II. Ubi Officium S. Apollinaris persolvitur sub ritu duplici primæ classis, de Vigilia ac de S. Liborio nihil fit. *Consule c.* 6 *n.* 5 *et quæ annotavimus in diem* 23 *Febr. n. VIII et IX.*

III. Si alicubi opus sit ut dicatur Missa S. Liborii Episcopi et Confessoris, ea suppetit e Communi Confessoris Pontificis primo loco, nempe *Statuit.*

24. — I. Si hodie non sit Dominica, nona Lectio est de homilia Vigiliæ etc. ut in Kalendario, atque in Ecclesiis Cathedralibus etc. duæ celebrantur Missæ Conventuales, quæ ordinantur prout ostensum est c. 8. n. 2 et seqq.

Si vero sit Dominica, recitatur nona Lectio de ejus homilia, ejusque commemoratio fit (ante alteram S. Christinæ) in primis Vesperis, Laudibus et Missa cum illius Evangelio sub Missæ finem.

II. Ubi hodie neque occurrat, neque sit reponendum Festum aliquod duplex vel semiduplex, nec Dominica incidat, Officium peragitur de Vigilia S. Jacobi Apostoli cum commemoratione S. Christinæ in primis Vesperis, Laudibus et Missa. *Vide annotata in diem 24 Febr. n. II.* Si porro Dominica sit, de ea persolvitur Officium cum commemoratione S. Christinæ, ut supra.

III. Si quando locus adsit Missæ S. Christinæ Virginis et Martyris, ea sumenda est e Communi Virginis et Martyris secundo loco, nempe *Me expectaverunt.*

25. — I. In Missa S. Jacobi Apostoli dum legitur Oratio Canonis *Communicantes*, ad nomen *Jacobi*, priori loco ibi insertum, caput est inclinandum.

II. Ubi contingat ut Missa legenda sit S. Christophori Martyris, petitur ipsa e Communi secundo loco, videlicet *In virtute :* Oratio est propria.

26. — Conclusio Secretæ in Missa S. Annæ hæc est *Per eumdem Dominum*, non vero *Qui tecum. Ita Missale Rom. typicum Romæ edit. anno* 1861.

27. — Quid agendum ubi Officium S. Pantaleonis Martyris persolvitur sub ritu simplici, jam demonstratum est sub die 14 Aprilis n. III. Missa erit *Lætabitur* de Communi unius Martyris non Pontificis.

28. — I. In Ecclesia Ss. Nazarii et Celsi Martyrum transferri opus est Festum Ss. Victoris et Innocentii in diem proximam, quæ minime impediatur, sub ritu semiduplici cum Evangelio et Oratione propria, in qua Sociorum nomina reticentur. *S. R. C.* 12 *Febr.* 1633 *in Mediolanen. apud Caval.* In Ecclesia illa Ss. Nazarii et Celsi Officium celebrabitur ritu duplici primæ classis cum Octava, et omnia sumentur e Communi plurimorum Martyrum primo loco, præter primam Lectionem secundi Nocturni cum Oratione (omissis Victoris et Innocentii nominibus), quæ in Breviario hac die præsto sunt. Ad Missam, quæ propria adest in Missali, additur *Credo* per totam Octavam. Prima vero die non impedita

post ejusmodi Octavam Festum Ss. Victoris et Innocentii erit reponendum, in eoque haurientur omnia e Communi plurimorum Martyrum primo loco (tametsi unus sit Martyr et alter Confessor), præter primam et secundam Lectionem secundi Nocturni cum Oratione (ubi nomina reticentur Nazarii et Celsi), quæ propria adsunt in Breviario hac ipsa die: Missa quoque habetur propria. *Caval. to.* 1 *c.* 5 *d.* 1 *n.* 5 *et seqq. Relege etiam c.* 2 *n.* 30.

II. In Sabbato, quod vel hodie occurrat vel post hanc diem, Antiphona ad *Magnificat* pro Dominica sequenti, vel pro ejus commemoratione, est *Sapientia ædificavit sibi domum ;* et post hanc reliquæ Antiphonæ prætermittuntur de libris Regum. *Rubr. ante Dominicam VII post Pentecosten.*

29. — Si quapiam de causa celebrari necesse sit Missam Ss. Felicis et Sociorum Martyrum, ipsa erit *Sapientiam* de Communi, cum Orationibus propriis ut die hac in Missali.

30. — I. Oratio S. Camilli de Lellis non est concludenda *In unitate ejusdem*, sed simpliciter *In unitate Spiritus sancti* etc. *S. R. C.* 7 *Dec.* 1844 *in Mechlinien. ad* 9.

II. Quoties Festum S. Camilli in diem transfertur, qua desit nona Lectio de homilia vel cujuspiam Festi simplicis, tunc octava Lectio absolvitur ad verba *Nemo autem potest desperare qui diligit*, nona vero incipit a voce *Itaque.*

III. Ubi Festum Ss. Abdon et Sennen agitur ritu simplici, attende quæ præmonuimus die 14 Aprilis n. III ; ubi vero duplex est vel semiduplex, Officium petendum est e Communi plurimorum Martyrum primo loco, præter primam Lectionem secundi Nocturni cum Oratione, quæ propria suppetunt in Breviario, ac præter Lectiones tertii Nocturni, quæ omnes haurientur ex Festo omnium Sanctorum die prima Novembris. *S. R. C.* 2 *Maj.* 1801 *in Carthaginen. ad* 8. Missa propria hac ipsa die præsto est.

31. — Conclusio Orationis S. Ignatii de Loyola hæc esto: *Per Dominum nostrum* etc. *Ita Missale Rom. typicum Romæ edit. anno* 1861.

ANNOTANDA

IN DOMINICAS ET FERIAS AB OCTAVA PENTECOSTES USQUE AD ADVENTUM

1. Si in Dominicis ab Octava Pentecostes usque ad Adventum occurrat Festum aliquod duplex vel dies Octava, Officium de Festo agendum est vel de die Octava, cum commemoratione Dominicæ in utrisque Vesperis (dummodo quoad secundas Vesperas non sequatur duplex primæ aut secundæ classis), Laudibus et Missa; ad Matutinum vero adjungitur nona Lectio de homilia Dominicæ, et Evangelium in Missæ fine. *Rubr. Brev. tit.* 4 *n.* 1 *et tit.* 9 *n.* 3 *et* 9 *ac Rubr. Miss. tit.* 7 *n.* 1 *et tit.* 13 *n.* 2.

2. Ab Octava Pentecostes usque ad Adventum in Officio de Tempore Invitatorium et Hymni petuntur ex Psalterio; sed in Dominicis ab illa Octava usque ad Dominicam propiorem Kalendis Octobris ad Matutinum recitatur Hymnus *Nocte surgentes*, et ad Laudes *Ecce jam noctis* (excepta Dominica infra Octavam Corporis Christi); a Dominica autem propiore Kalendis Octobris usque ad Adventum, substituitur Hymnus *Primo die*, et ad Laudes *Æterne* etc. *Rubr. ibi.*

3. Antiphonæ ex libris Regum, ducto initio ab Antiphona *Cognoverunt*, locum habent in primis Vesperis Dominicæ ad *Magnificat*, vel pro illius commemoratione, a Dominica tertia post Pentecosten usque ad Dominicam primam Augusti; hac vero adveniente, si qua ex illis Antiphonis supersit, omittitur; et adhibentur Antiphonæ ex libris Sapientialibus etc. ut in Breviario, facto initio ab Antiphona *Sapientia ædificavit sibi domum.* Item de libris Regum Lectiones sumuntur a Feria secunda post Octavam Pentecostes usque ad Dominicam primam Augusti (*); qua

(*) In ejusmodi Lectionibus mirifice præsignantur cruentæ insectationes, quas jam inde ab exordio, idest mox post Spiritus Sancti illapsum perpessa est Christi Ecclesia, quæque tantam in Martyrum exercitu gloriam pepererunt. *Sic ferme Tetamus.*

superveniente, si quid de illis libris reliquum sit, pariter praetermittitur; ac Lectiones usurpantur cum ℟℟. ex libris Sapientialibus etc. ut in Breviario, initium ducendo a *Parabolis Salomonis*. Ea porro nuncupatur Dominica prima Mensis, quæ incidit in Kalendas, vel propior est Kalendis. Jam vero Kalendæ sunt prima die Mensis; quare si ipsæ occurrerint in secunda vel tertia aut quarta Feria, tunc Dominica prima Mensis (quod spectat ad ipsius Antiphonam ad *Magnificat* in primis Vesperis, nec non ad ejus Lectiones et ℟℟.) illa est, quæ præcedit Kalendas; si autem hæ inciderint in quintam vel sextam Feriam aut in Sabbatum, tunc Dominica prima Mensis est ea, quæ Kalendas ipsas subsequitur. *Rubr. tit.* 4 *n.* 7 *et tit.* 21 *n.* 3. Quoad Initia librorum sacræ Scripturæ, Absolutiones ac Benedictiones ante Lectiones, attende explicata post Epiphaniam n. 10, 11, 12 et 13. Lectiones porro tertii Nocturni in Dominicis post Pentecosten una cum Oratione, Antiphonis ad *Benedictus* et *Magnificat* in secundis Vesperis, recitandæ a Dominica tertia usque ad vigesimam quartam, in Breviario reperiuntur post Hebdomadam quintam Novembris.

4. Dominicæ post Pentecosten esse nequeunt pauciores quam 23, neque plures quam 28. Si fuerint 23, tunc in ipsa Dominica 23 ponitur Officium ac Missa Dominicæ 24; Officium vero cum Missa Dominicæ 23 persolvitur Sabbato præcedenti, non impedito a Festo novem Lectionum de præcepto (quoad Festa ad libitum recole præscripta c. 4 n. 15) duplici vel semiduplici etiam translato, aut aliqua Octava; alioquin ponitur in Feria sexta vel alia quæ similiter non impediatur, in eaque Officium agitur de Feria, sed tres Lectiones sumuntur de homilia Dominicæ 23 cum tribus ℟℟. de Feria currenti, vel de primo Nocturno Dominicæ primæ Novembris, si nondum fuerint recitata. *Rubr. tit.* 27 *n.* 7. Ad Laudes et per Horas peraguntur omnia ut in Officio feriali, sed Antiphona ad *Benedictus* et Oratio sunt de Dominica vigesima tertia. *Rubr. tit.* 4 *n.* 4. Tum adduntur Suffragia, quibus præmittitur commemoratio Crucis, et ad Primam preces Dominicales stando persolvuntur. Missa pariter legitur de Dominica 23 post Pentecosten (in qua color viridis adhibetur) sine *Gloria* et absque *Credo*, cum secunda Ora-

tione *A cunctis*, 3 ad libitum (at si hodie extiterit prima dies Mensis libera, tunc secunda Oratio erit *Fidelium* pro Defunctis, 3 *A cunctis)*, nec non cum Præfatione communi, atque in fine pro *Ite Missa est* dicitur *Benedicamus Domino.* Quod spectat ad Officium parvum B. M. Virginis, ad alterum Defunctorum prima die Mensis, et ad commemorationem Simplicis, jam declaratum est post Epiphaniam n. 3. Si pridie ejus diei, qua recitatur Officium Dominicæ anticipatæ, actum sit de Feria, aut de Festo simplici etc. videatur pariter annotatio post Epiphaniam n. 6 sub finem. Ubi porro Feriæ omnes Hebdomadæ vigesimæ secundæ post Pentecosten impediantur Festis novem Lectionum, ut supra, tunc Sabbato ante Dominicam 23, locum habet nona Lectio de homilia hujus Dominicæ, itemque ejus agitur commemoratio (per Antiphonam et Orationem propriam et ℣. *Repleti)* in Laudibus et Missa etiam solemni cum illius Evangelio in fine. *Relege post Epiphaniam n.* 5. At si illo Sabbato occurrat dies infra Octavam, vel Vigilia, rursum confer quod tradidimus post Epiphaniam n. 7 et 8. Verum quoties Dominicæ post Pentecosten plures fuerint quam 24, tunc post vigesimam tertiam resumuntur Dominicæ, quæ eo anno superfuerunt post Epiphaniam (sed tantum quoad Orationem, Homiliam et Antiphonas ad *Benedictus* et *Magnificat,* et in Missa quoad Orationes, Epistolam et Evangelium; Introitus enim, Orationes de Tempore etc. sunt ut in Dominica 23 post Pentecosten), hoc ordine; si Dominicæ post Pentecosten fuerint 25, tunc vigesima quarta eadem est ac 6 post Epiphaniam. Si fuerint 26, vigesima quarta est eadem ac 5 post Epiphaniam, et vigesima quinta ut 6 post Epiphaniam. Si fuerint 27, vigesima quarta erit eadem ac 4 post Epiphaniam, vigesima quinta ut 5, et vigesima sexta ut 6 post Epiphaniam. Si tandem fuerint 28, vigesima quarta eadem est ac 3 post Epiphaniam, vigesima quinta ut 4, vigesima sexta ut 5, vigesima septima ut 6 post Epiphaniam; ultimo loco semper ponitur Dominica, quæ in Breviario et Missali est ordine 24 post Pentecosten. *Rubr. ibi.*

5. Extra tempus Paschale in feriali Officio omittitur *Te Deum*, et dicuntur tria ℟℟.; quæ undenam sumenda

sint, quove ordine reponenda, docet Rubrica generalis tit. 27 n. 5, 6 et 7. In feriali Officio jugiter adhibetur Oratio Dominicæ præcedentis, cum propria non assignatur. *Rubr. tit.* 30 *n.* 2.

6. Commemorationes seu Suffragia Sanctorum persolvuntur ab Octava Pentecostes usque ad Adventum in semiduplicibus extra Octavas *(vide annotata sub die* 19 *Jan. n. II. et seqq.)*; quibus in feriali Officio præit commemoratio Crucis. Preces vero Dominicales ad Primam et Completorium in semiduplicibus extra Octavas semper adjunguntur, demptis Feriis Quatuor Temporum et Vigiliis, in quibus Preces feriales ad omnes Horas subrogantur flexis genibus. *Rubr. tit.* 34 *n.* 2, 4 *et* 5. *Pervide quoque exposita in diem* 19 *Jan. n. VI.*

7. Psalmus *Confitemini* dicitur ad Primam cum reliquis in Psalterio adsignatis, quoties Officium fit de Dominica ut in Psalterio, etiam infra Octavas Sanctorum, a tertia nimirum post Pentecosten usque ad quartam Adventus. *Rubr. tit.* 22 *n.* 3.

8. Capitula de Dominica, quæ in Psalterio præsto sunt pro utrisque Vesperis, Laudibus et Horis, recitantur a tertia post Pentecosten usque ad Adventum. Capitula itidem ferialia post Octavam Pentecostes usque ad Adventum dicuntur. *Rubr. tit.* 29 *n.* 2.

9. Si Officium occurrens tempore Paschali transferri post illud tempus contigerit, recitari debet ut in Communi infra annum, si et ipsum Officium sit commune. At vero si proprium fuerit, peragendum quidem est ut in proprio, sed omittenda sunt *Alleluja* et cetera, quæ ibi præscribuntur ratione temporis Paschalis, et supplenda, prout opus erit, de Communi extra illud tempus.

10. In Dominicis post Pentecosten usque ad Adventum, adduntur in Missa *Gloria* et *Credo;* in Missa autem feriali (quæ semper sumitur ex Dominica præcedenti, quando propria non suppetit) minime dicuntur. *Rubr. in Missa Dom.* 1 *Adv. et Dom.* 2 *post Epiphaniam.* Extra tempus Paschale in Missa tam de Tempore quam de Festis semper adjungitur Graduale. *Rubr. tit.* 10 *n.* 2. Cum in Missa adest Sequentia, tunc ultimum *Alleluja* alias dicendum ad secundum ℣. Gradualis, post ipsam Sequentiam adji-

citur. *Rubr. tit.* 10 *n.* 2. Ab Octava Pentecostes usque ad Adventum, nisi duplex incidat vel dies infra Octavam, post Orationem diei adjungitur 2 Oratio *A cunctis* (*), 3 ad libitum. *Consule quod præscribitur die* 18 *Febr. n. III et IV.* Si in Dominica vigesima secunda post Pentecosten addenda est Collecta *Deus refugium*, in ejus locum subrogatur hæc altera *Ne despicias* n. 13 consignata. Item si in Dominica vigesima tertia legitur Collecta *Ecclesiæ*, pro istius Postcommunione substituitur *Protector noster* ex numero 11.

(*) Hoc loco Decretum istud subjicitur, propterea quod ipsius notitia ad nos minime fuerit ante perlata. » Dub. I. In Oratione *A cunctis* ad litteram *N* licetne impune substituere nomen S. Januarii Episcopi et Martyris, ceu præcipui Patroni Civitatis et Regni Neapolitani, omittendo prorsus quemvis alium Patronum seu Titularem Ecclesiæ, in qua Missa celebratur, juxta Cleri sæcularis morem ?

Dub. II. In casu negativo: dato quod in nostra Collegiata Ecclesia (*S. Joannis Majoris in civitate Neapolitana*) nominandus sit S. Joannes Baptista, uti Titularis, estne adnectenda quoque S. Lucia Virgo et Martyr, ceu peræque Contitularis ?

Dub. III. Et si affirmative, quo loco sit locanda? Potestne S. Joanni immediate adjungi per modum unius ut Contitularis, ante ipsos Beatos Apostolos Petrum et Paulum, dicendo ex. gr. « Et Beato Joanne Baptista cum Beata Lucia etc. », an separanda ab illo, ac locanda post Beatos Apostolos Petrum et Paulum ?

Dub. IV. Demum, an devotionis ergo liceat S. Patrono seu Titulari Ecclesiæ, in qua Missa celebratur, addi S. Januarium, ceu præcipuum Civitatis et Regni Neapolitani Patronum ? et ubi locandus ?

S. R. C. .... respondendum censuit:

Ad I. *Negative juxta alia Decreta, ac præsertim* in Mutinen. *die* 23 *Sept.* 1837 *ad Dub.* 10.

Ad II. *Affirmative, et nominandus tum S. Joannes Baptista, tum S. Lucia Virgo et Martyr, debito ordine servato: nempe S. Joannes Baptista nominandus est post Beatam Virginem, et S. Lucia post Ss. Apostolos Petrum et Paulum.*

Ad III et IV. *Provisum in præcedentibus.*

Atque ita respondit et servari mandavit. Die 28 Septembris 1865 ». — *Consule quæ animadvertimus sub die* 18 *Februarii n. III.*

11. Ubi Festum aliquod habens Evangelium de Communi Martyrum tempore Paschali (utpote eo tempore occurrens) transferatur infra annum, opus est ut Evangelium illud cum altero commutetur, sicuti n. 9 animadversum est. Rursum si Festum S. Martyris incidens in tempus Paschale præditum sit Introitu proprio, cetera autem habeat de Communi, ac transferendum sit infra annum, Introitus quoque sumitur de Communi; secus vero accidit, quoties Epistolam quoque vel Evangelium in proprio obtineat. *Attende dicta in Tempus Paschale n.* 13.

12. Ab Octava Pentecostes usque ad Adventum, in Officio ac Missa de Tempore adhibetur color viridis, si modo excipias Dominicas infra Octavam occurrentes, quibus congruit color Octavæ conveniens, nec non Vigilias cum jejunio (quamvis istud ratione dispensationis vel legitimæ consuetudinis amplius non agatur), ac demum Ferias Quatuor Temporum, in quibus nempe colore violaceo utendum est. *Rubr. tit.* 18 *n.* 4 *et S. R. C.* 12 *Apr.* 1823 *in Panormitana ad* 15. *Videatur insuper annotatio sub pag.* 181.

KALENDARIUM

TRIUM ORDINUM S. P. FRANCISCI

D. M.

FESTA AUGUSTI

1 S. Petri ad Vincula d. maj. c. alb. Omn. ut ibi, 9 l. Ss. Mm., com. S. Pauli ac Ss. Mm. in L. et M. pr. cum *Cr.* et Præf. Ap. In Mart. 1 l. *Ap. Assisium*, 2 *Nuceriæ.* Vesp. seq., com. præc. ac S. Pauli tant.

In omnibus Ecclesiis Conventuum et Monasteriorum nostri Seraphici Ordinis (non tamen suppressorum) *Indulgentia plenaria* Portiunculæ applicabilis semel sibimet, et toties quoties pro Defunctis.

2 Dedicatio Basil. S. Mariæ Angelorum, *quam S. P. N. Franciscus Matrem et Caput omnium Ecclesiarum sui Ordinis instituit*, d. 2 classis c. alb. ll. omnes pr., rel. de Com. Dedic. Eccl., 9 l. et com. S. Stephani Pp. et M. in L. et M. (excepta Solemn. et in ejus defectu Conv.) *Terribilis* cum *Cr.* (extra præfatam Basil. secr. sine *Parenth.*) In Vesp. com. seq. pr.

E 3 Inventio S. Stephani Protomartyris semid. c. rub. Omn. ut ibi et in festo. Mis. pr. 2 or. *A cunctis*, 3 ad lib. In Mart. 1 l. *Bononiæ.* Vesp. seq. pr., sine com.

F 4 Solemnitas S. P. N. Dominici C. Ordinis Prædicatorum Fundatoris d. 1 cl. cum oct. c. alb. Omn. pr. Mis. item pr. cum Seq., et *Cr.* per tot. oct. In Vesp. com. seq. pr. In fine hym. Complet. etc. *Jesu.*

G 5 Dedicatio S. Mariæ ad Nives d. maj. c. alb. Omn. ut ibi, com. oct. (ant. *Benedictus* ℣. *Justus germinabit* per tot. oct.) in L. et M. *a Pent. ad Adv.* cum *Cr.* ac Præf. *Et te in Festiv.* Vesp. seq. pr., com. præc., oct. (ant. *Magne* ℣. *Ora*)

ac Ss. Xysti et Soc. Mm. In fine hym. Complet. etc. *Jesu.... qui te revelas* etc.

Indulgentiæ ut in Festo Corporis Christi, ideo anticipatur Mat. in sero.

A 6 Transfiguratio D. N. J. C. d. maj. c. alb. Omn. pr., 9 l. Ss. Mm., com. oct. ac Ss. Mm. in L. et M. pr. cum *Cr.* et Præf. tant. Nat. Ad 1 ℣. *Qui apparuisti hod.* In Vesp. com. seq. pr., oct. ac S. Donati Episcopi et Martyris.

B 7 S. Cajetani C. d. min. c. alb. ll. 2 et 3 n. cum ant. ad Bened. pr., 9 l. S. Donati, com. oct. ac S. Donati in L. et M. ut ibi cum *Cr.* In Vesp. com. seq. or. pr. et oct.

C 8 Ss. Cyriaci et Soc. Mm. sem. c. rub. ll. 2 et 3 n. pr., com. oct. in L. et M. pr. 3 or. *Concede* et *Cr.* In Mart. 1 l. *Vig.*, 2 *Eod. die.* Vesp. seq. (M. S.) or. pr., com. præc., oct. ac S. Romani M.

D 9 (Vig.) S. Vincentii a Paulo C. d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Designavit*, 9 l. Vig., com. oct., Vig. ac S. Romani in L. et M. ut ibi cum *Cr.* et Ev. Vig. in fin. (Post 9 leg. Mis. Vig.) Vesp. seq. pr., com. præc. tant.

E 10 S. Laurentii M. d. 2 cl. cum oct. c. rub. Omn. pr. Mis. ut ibi cum *Cr.* (ob oct. S. P. Dominici). In Mart. 1 l. *Octav.* In Vesp. com. seq. ut in 1 Vesp. festi ac Ss. Tiburtii et Susannæ Mm.

F 11 Octava S. P. N. Dominici C. d. min. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., rel. ut ibi et in festo, 9 l. Ss. Mm., com. oct. S. Laurentii ac Ss. Mm. in L. et M. *ut in die* cum *Cr.* In Mart. 1 l. *Assisii.* Vesp. seq. pr., sine com.

Indulgentia plenaria

G 12 Solemnitas S. Claræ V. II Ord. Primogenitæ d. 1 cl. cum oct. c. alb. Omn. pr. Mis. item pr. *Audi filia* cum *Cr.* In Mart. 1 l. *Camerini.* In Vesp. com. seq. tant. or. pr.

A 13 B. Petri a Molleano C. (1 O.) d. min. c. alb. (M. S.) ll. 2 n. pr., 3 *Sint lumbi,* 9 l. Ss. Hippolyti et Cassiani Mm., com. 2 oct. S. Clar. et S. Laur.

ac Ss. Mm. in L. et M. *Os justi* or. pr. et *Cr.* In Mart. 1 l. *Vig.*, 2 *In Diœcesi.* Vesp. a cap. seq. or. pr. *Salutis nostræ,* com. præc., 2 oct. ac S. Eusebii C. ant. *Euge* ℣. *Os justi.*

B 14 (Vig.) B. Sanctes C. (1 O.) d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Nolite,* 9 l. Vig., com. 2 oct., Vig. ac S. Eusebii *ex 1 Vesp.* in L. et M. *Justus* or. pr. *in M. rec.*, *Cr.* et Ev. Vig. in fin. (Post 9 leg. Mis. Vig.) Vesp. seq. pr., sine com.

C 15 Assumptio B. M. V. d. 1 cl. cum oct. c. alb. Omn. pr. Mis. ut ibi cum *Cr.* ac Præf. *Et te in Assumpt.* per tot. oct. In Mart. 1 l. *In Gallia.* In Vesp. com. seq. tant. or. pr.

— — *Dominica infra Octavam Assumptionis* fit de Festo S. Joachim C. Patris B. M. V. d. maj. c. alb. ll. 1 n. *Beat. vir,* rel. cum ant. ad Bened. pr., 9 l. hom. et com. Dom. ac 3 oct. in L. et M. pr. *Dispersit* cum *Cr.* etc. et Ev. Dom. in fin. Vesperæ juxta concurrentiæ leges. Sabbato præcedenti in Mart. 1 l. *S. Joachim* etc.

D 16 S. Rochi C. (3 O.) d. maj. c. alb. Omn. de Com. 1 loc. præt. ll. 2 n. pr., com. 3 oct. Assumpt., S. Clar. ac S. Laur. in L. et M. *Os justi* or. pr., *Cr.* etc. In Vesp. com. seq. ut in 1 Vesp. festi or. pr. diei oct. ac 2 oct. Assumpt. et S. Clar.

E 17 Oct. S. Laurentii M. d. min. c. rub. ll. 1 n. de Scr. occ., rel. ut ibi et in festo, com. 2 oct. Assumpt. et S. Clar. in L. et M. pr. cum *Cr.* etc. In Mart. 1 l. *Romæ.* Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc., 2 oct. ac S. Agapiti M.

F 18 S. Helenæ Imper. Vid. d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Thesauro,* 9 l. S. Agapiti, com. 2 oct. ac S. Agapiti in L. et M. ut ibi cum *Cr.* etc. In Mart. 1 l. *In Provincia,* 2 *Eod. die.* Vesp. seq. ℣. ant. ad Mag. et or. pr., com. diei oct. S. Claræ ant. *Duce cœlesti* ℣. *Specie* et præc. tant.

Indulgentia plenaria

G 19 S. Ludovici Ep. et C. (1 O.) d. 2 cl. c. alb. ll. 1 n. *Fidelis sermo*, rel. cum ant. ad Bened. pr.,

com. diei oct. S. Claræ ℣. *Diffusa* in L. et M. pr. cum *Cr.* et Præf. Assumpt. In Mart. 1 l. *In territorio*. In Vesp. ant. ad Mag. *Amavit*, com. seq. ant. *O Doctor* or. *Deus qui populo tuo* et diei oct. S. Claræ tant. ℣. *Diffusa*.

A | 20 | S. Bernardi Ab. et Doct. d. min. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., 2 pr. *in B. rec.*, 3 cum 8 ℟. de Com. Doct., com. oct. in L. et M. *In medio*, Epist. *Justus*, *Cr.* et Præf. Assumpt. In Mart. 1 l. *Annecii*. Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc. et oct.

B | 21 | S. Joannæ Franciscæ Vid. d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Thesauro*, com. oct. in L. et M. *Cognovi* or. ppr., *Cr.* et Præf. Assumpt. Vesp. seq. ut in 1 Vesp. festi, com. præc. ac Ss. Timothei et Soc. Mm.

C | 22 | Octava Assumptionis B. M. Virg. d. min. c. alb. Omn. ut ibi et in festo, 9 l. et com. Ss. Mm. in L. et M. *ut in die* cum *Cr.* etc. In Vesp. com. seq. or. pr.

— | — | *Dominica post Octavam Assumptionis* fit de Festo SS. Cordis B. M. V. d. maj. c. alb. Omn. pr., 9 l. hom. et com. Dom. in L. et M. pr. *Omnis* cum *Cr.*, Præf. *Et te in Festiv.* ac Ev. Dom. in fin. Vesperæ juxta concurrentiæ leges. Sabbato præcedenti in Mart. 1 l. *Festum* etc.

D | 23 | (Vig.) S. Philippi Benitii C. d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Nolite*, 9 l. et com. Vig. in L. et M. *Justus* or. pr. et Ev. Vig. in fin. (Post 9 leg. Mis. Vig.) Vesp. seq. or. pr., com. præc.

E | 24 | S. Bartholomæi Ap. d. 2 cl. c. rub. Omn. ut ibi. Mis. pr. cum *Cr.* et Præf. Ap. In Mart. 1 l. *Lutetiæ*. In Vesp. com. seq. pr.

Indulgentia plenaria

F | 25 | S. Ludovici Reg. et C. (3 O.) d. 2 cl. c. alb. Invitat. *Regem regum*, ll. 1 n. *Beat. vir*, rel. cum ant. ad Bened. pr. Mis. ut ibi cum *Cr.* In Mart. 1 l. *S. Hyacinthi*. In Vesp. com. seq. ac S. Zephyrini Pp. et M.

G | 26 | S. Hyacinthi C. d. min. c. alb. (M. S.) ll. 2 n. pr.,

3 *Sint lumbi*, 9 l. et com. S. Zephyr. in L. et M. *Os justi*. In Mart. 1 l. *Romæ*. Vesp. a cap. seq. (M. S.) or. pr., com. præc.

27 S. Josephi Calasantii C. d. min. c. alb. ll. 2 et 3 n. pr. Mis. item pr. Vesp. a cap. seq. ant. ad Mag. *O Doctor* or. pr., com. præc. ac S. Hermetis M.

28 S. Augustini Ep. C. et Doct. d. min. c. alb. Omn. de Com. Doct. Pont. præt. ll. 2 n. pr., com. S. Hermetis in L. et M. ut ibi cum *Cr*. Vesp. seq. pr., com. præc. ac S. Sabinæ M.

29 Decollatio S. Joannis Bapt. d. maj. c. rub. Omn. ut ibi, 9 l. et com. S. Sabinæ in L. et M. pr. In Vesp. com. seq. or. pr. ac Ss. Felicis et Adaucti Martyrum.

30 S. Rosæ Limanæ V. d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Decem virg.*, 9 l. et com. Ss. Mm. in L. et M. *Dilex*. or. pr. Vesp. a cap. seq. (M. S.) or. pr., com. præc.

31 S. Raymundi Nonnati C. d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Sint lumbi*. Mis. *Os justi* or. pr. In Mart. 1 l. *Ap. Longum*. Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc., S. Ægidii Ab. ac Ss. Duodecim Fr. Mm.

ADNOTATIONES

in Festa Augusti

Dies Mensis 1. — I. Prima die non impedita dicitur Officium Defunctorum. *Vide c.* 7 *n.* 5 *et c.* 8 *n.* 25.

II. Hoc Mense apud Regulares legitur in publica Mensa Decretum Urbani VIII *Sanctissimus Dominus noster sedulo incumbens* etc. cum reliquis ad S. Officium spectantibus.

III. Si recitari contigerit secundas Vesperas integras de S. Petro, omnia iterantur ut in primis, præter Psalmos sumendos e secundis Vesperis de Communi Apostolorum.

IV. Ubi Festum S. Petri ad Vincula celebratur sub ritu duplici primæ classis, vel transfertur in diem carentem nona Lectione de homilia vel Festi simplicis, octava Lectio desinit ad verba *Post triumphum*, nona vero inchoatur a vocibus *Felices illi nexus* etc. *Rubr. ibi.* Quid porro sit agendum si habeat Octavam, collige ex dictis c. 6 n. 11 et 13.

V. Si aliqua de causa legenda sit Missa Ss. Machabæorum, ipsa haurietur e Festo S. Symphorosæ 18 Julii, cum Orationibus propriis, necnon Offertorio et Communione ex Missa S. Dionysii 9 Octobris. *Ita Missale Romanum typicum.*

2. — I. In Ecclesiis nostri Seraphici Ordinis, quarum Titulus est S. Maria Angelorum, si hic Titulus ipse die 2 Augusti hactenus celebrari consuevit, consuetudo quidem isthæc servanda est, sed Officium cum Missa sumendum e Festo S. Mariæ ad Nives, præter Lectiones secundi Nocturni, quæ erunt uti die Nativitatis B. M. Virginis mutato verbo *Natali* in *Festivitate.* Eodem in casu minime est alia die agendum de Dedicatione sacr. Basilicæ Portiunculæ, pro qua jam Officium proprii Titularis die 2 Augusti subrogatum est. At vero ubi mos est ut Titulus ille celebretur in Festo Assumptionis Deiparæ, ejusmodi item mos oportet ut servetur, ac die 2 Augusti Officium agatur de Consecratione sacrosanctæ Basilicæ ut in ceteris Ecclesiis Ordinis. *Rubr. pecul. n.* 139.

II. Lectiones propriæ secundi Nocturni in Officio Dedicationis hujus S. Basilicæ dicuntur etiam in Ecclesiis nostri Ordinis, quarum Dedicatio ex peculiari privilegio hac die celebretur. *Rubr. nostri Franc. Brev. hic.*

III. In Missa Dedicationis Ecclesiæ S. Mariæ de Portiuncula haudquaquam locum habet Præfatio propria S. P. N. Francisci. *S. R. C.* 24 *Maj.* 1856 *in una Ord. Min. de Observ. ad* 4.

IV. Indulgentiæ, maxime de Portiuncula, Ecclesiis concessæ olim Fratrum Minorum (idem dic de ceteris Regularibus) haud amplius acquiruntur, tametsi cuipiam Sacerdoti ejus Ordinis sine Religionis habitu commissæ sint, ut ibidem Sacrum faciat etc. *S. Indulg. C.* 15 *Jan.* 1818 *et* 29 *Maj.* 1841. Insuper nec ibi ultra retinendum est Kalendarium Ordinis, sed substituendum Kalendarium Diœcesis. *S. R. C.* 20 *Dec.* 1864 *in Corduben. ad* 1.

V. Missa S. Stephani Papæ et Martyris, si alicubi legenda sit, præsto adest in Missali Rom. hac ipsa die. — Si alicubi integræ sint persolvendæ primæ aut secundæ Vesperæ de Inventione S. Stephani, Antiphonæ cum Capitulo petuntur e Laudibus; ℣., Antiphona ad *Magnificat* et Oratio sunt propria, Psalmi vero et Hymnus sunt de Communi unius Martyris. *Rubr. ibi.*

— I. Ecclesiæ SS. Salvatori dicatæ pro Titulo habent Festum hodiernum Transfigurationis, quod proinde ibi peragendum est ritu duplici primæ classis cum Octava. *Attende quæ docuimus c.* 2 *n.* 16. Quamvis in hoc Festo ad Tertiam, Sextam et Nonam in ℟℟. addantur *Alleluja*, idipsum tamen non efficitur ad Primam et Completorium. *Rubr. tit.* 28 *n.* 5. *Videsis etiam annotationem sub finem ad pag.* 152.

II. Hodie quum in Missa commemoratio fiat S. Xysti Papæ et Martyris, propterea in Oratione Canonis *Communicantes* ad nomen *Xysti* flectendum est caput. Aliquot nihilominus Auctores dubitant, num S. Xystus, cujus hac die agitur commemoratio, ille idem sit, cujus in ea Oratione mentio habetur. *Vide Caval. to.* 5 *c.* 16 *n.* 34. Si quapiam de causa legenda sit Missa Ss. Xysti et Sociorum Martyrum, ea suppetit ex Communi plurimorum Martyrum secundo loco, nempe *Sapientiam.*

7. — I. Cum Festum S. Cajetani transfertur in diem qui nona Lectione careat de homilia vel Festi simplicis, tres Lectiones tertii Nocturni sumuntur e Dominica XIV post Pentecosten.

II. Si alicubi Missam celebrari oporteat S. Donati Episcopi et Martyris, ipsa legitur ut in Festo S. Apollinaris Episcopi et Martyris 23 Julii, sed Orationes propriæ adsunt in Missali hac die. *Ita Missale Romanum typicum Romæ edit. anno* 1861. Ast ubi illius agitur Officium, Evangelium desumendum videtur ex Missa anniversaria Electionis seu Consecrationis Episcopi, uti habet Octavarium Romanum.

8. — I. Si hodie Sabbatum incidat, nona Lectio est de homilia Vigiliæ S. Laurentii anticipatæ, cujus commemoratio fit in Laudibus et Missa cum ejus Evangelio in Missæ fine, ac duæ dicuntur Missæ Conventuales. *Relege quæ tradidimus c. 8 n. 2 et seqq.*

II. In Missa Ss. Cyriaci et Sociorum Martyrum in Ecclesia universali 2 Oratio est *A cunctis*, 3 ad libitum, sine *Credo*.

9. — I. Si hodie non sit Dominica, nona Lectio additur de homilia Vigiliæ etc. ut in Kalendario, ac binæ celebrantur Missæ Conventuales, quæ ordinantur prout jam ostendimus c. 8 n. 2 et seqq. Si alicubi accidat ut Evangelium Officii idem sit ac alterum Vigiliæ, id præstandum quod monuimus sub die 23 Februarii n. XI.

II. Ubi hodie Festum agitur unius Martyris non Pontificis cum Oratione de Communi secundo loco, Commemoratio S. Romani sumitur ex primo loco, nempe *Præsta... ut qui* etc. Si vero Festum occurrens habeat Secretam et Postcommunionem ex Missa *In virtute*, Secreta pro S. Romano erit *Accepta sit*, et Postcommunio Vigiliæ *Refecti* ex Missa *Lætabitur*. At ubi Festum agatur S. Confessoris non Pontificis habens Postcommunionem ex Missa *Justus*, uti accidit apud nos, Postcommunio pro S. Romano erit *Refecti* ex Missa *Lætabitur*.

III. Quoties neque occurrit, nec reponendum est Festum duplex vel semiduplex, Officium fit de Vigilia S. Laurentii cum commemoratione S. Romani. *Recole quod declaratum est sub die 24 Febr. n. II.* Quod si hodie

fuerit Dominica, neque incidat Festum duplex, Officium de ea persolvendum est cum commemoratione S. Romani. At ubi Festum duplex occurrat, quemadmodum apud nos, Officium de isto agetur cum nona Lectione de homilia Dominicæ, cujus commemorationi locus erit (ante alteram S. Romani) in Laudibus et Missa, necnon illius Evangelio in Missæ fine.

IV. Missa de S. Romano, si quando opus sit, petitur e Communi secundo loco, nempe *Lætabitur*, cum Orationibus ut hac ipsa die in Missali.

10. — I. Festum S. Laurentii Martyris, peculiari solemnitate in Ecclesia universali excultum, utpote Vigiliam obtinens, Octavam etc., si forte concurrat cum Festo altero ejusdem quidem ritus, sed nullius solemnitatis, vel dignitatis insignis cujus ratio sit habenda, integras adsciscit Vesperas, cum alterius commemoratione. *S. R. C.* 26 *Jan.* 1795 *in una Santanderien. ad* 17. Isthæc nihilominus dispositio haberi nequit uti generalis; ad integras enim Vesperas, ratione solemnitatis, non sufficit solemnitas quælibet, sed magna requiritur. *Confer c.* 5 *n.* 2 *VI.°*

II. Ubinam et quibusnam diebus addi possit *Credo* in Missa S. Laurentii, collige ex communi regula quam tradidimus sub die 24 Junii n. II. Hodie ac per totam Octavam, ubi in Missa saltem locus adsit commemorationi S. Laurentii, in Oratione Canonis *Communicantes* ad nomen *Laurentii* caput inclinandum est.

III. Quoties Officium agitur de die infra Octavam S. Laurentii, dicuntur omnia ut ibi et in Festo. Missa legitur ut in die, 2 Oratio est de Festo simplici occurrente, 3 *Concede.*

11. — Si quapiam de causa opus sit ut Missa celebretur Ss. Martyrum Tiburtii et Susannæ, ipsa petenda est e Communi plurimorum Martyrum ultimo loco, nempe *Salus autem,* Orationes hac ipsa die in promptu adsunt, Epistola vero et Evangelium hauriuntur ex Missa S. Symphorosæ 18 Julii. *Ita Missale Rom. typicum.*

12. — Ubi Festum S. Claræ peragitur ritu duplici secundæ classis cum Octava, utrum huic prælatio tribuenda sit super Octavam S. Laurentii, pervide ex dictis c. 2 n. 33 sub finem.

13. — I. Si hodie Sabbatum occurrat, nona Lectio est de homilia Vigiliæ B. M. V. anticipatæ, cujus etiam commemoratio fit in Laudibus et Missa cum ejus Evangelio in Missæ fine; item binæ dicuntur Missæ Conventuales, quæ nimirum ordinantur prout jam traditum est c. 8 n. 2 et seqq. At ubi neque occurrit Festum novem Lectionum, neque duplex aliquod reponendum sit, Officium persolvitur de die infra Octavam S. Laurentii vel S. Claræ, prout die præcedenti commonuimus, cum nona Lectione et commemoratione Vigiliæ; attamen Missæ omnes erunt de Vigilia. *Attende quæ explicuimus in diem* 23 *Febr. n. VII.*

II. Si alicubi Officium agatur S. Confessoris Pontificis cum Oratione de Communi primo loco, altera pro commemoratione Ss. Hippolyti et Cassiani sumatur necesse est e Communi plurimorum Martyrum non Pontificum primo loco, nempe *Deus qui nos concedis.* Si porro causa adsit, cur legatur Missa horum Ss. Martyrum, ipsam pete e Communi plurimorum Martyrum ultimo loco, nempe *Salus autem,* cum Orationibus quæ propriæ suppetunt hac ipsa die. *Ita Missale Romanum typicum Romæ edit. anno* 1861.

14. — I. Si hodie non sit Dominica, nona Lectio recitatur de homilia Vigiliæ etc. ut in Kalendario, ac duæ celebrantur Missæ Conventuales, ordinandæ uti jam demonstravimus c. 8 n. 2 et seqq. At ubi neque incidat Festum novem Lectionum, neque duplex aliquod oporteat reponi, idipsum perfice quod heri n. I ostensum est.

II. Si hodie fuerit Dominica, nona Lectio adjungitur de ipsius homilia, ac commemoratio fit de ea (ante alteram Octavæ et Simplicis) in Laudibus et Missa cum ejus Evangelio in Missæ fine. Ubi vero non occurrit Festum duplex, Officium agitur de Dominica cum commemoratione Octavæ et Simplicis, et colore indumentorum Octavæ conveniente. *Rubr. Miss. tit.* 18 *n.* 2 *et* 3.

III. Si alicubi Festum celebretur S. Confessoris non Pontificis Secretam habentis et Postcommunionem ex Missa *Os justi* de Communi primo loco, tunc Secreta et Postcommunio pro S. Eusebio sumuntur ex Missa *Justus.* Si porro aliqua de causa contigerit ut Missa S.

Eusebii legenda sit, ipsa eadem est ac in Festo S. Pauli I Eremitæ 15 Januarii, sed prima Oratio propria adest hac ipsa die.

IV. Si aliquando in hanc diem 14 transferri necesse sit Festum S. Mariæ ad Nives, tunc de Vigilia Assumptionis nihil est agendum nec in Officio nec in Missa; unum quippe idemque utrobique extat objectum, eadem scilicet B. M. Virgo.

V. Ubi in Sabbatis decantari assolet Missa votiva de B. M. V., multo laudabilius est, cum Vigilia Assumptionis incidit in Sabbatum, in locum votivæ Missam ipsius Vigiliæ subrogare, quippe cum hæc quoque de B. M. Virgine sit. *S. R. C.* 5 *Sept.* 1661 *in una Urbis et* 22 *Jul.* 1848 *in Ariminen.*

. — I. Festum Assumptionis B. M. V. quodcumque aliud in eo occurrens expungit. *Rubr. post Tabell. occurrentiæ n.* 1. Habendum illud est pro Titulari earum Ecclesiarum, quæ B. M. Virgini sunt dicatæ absque adjuncta alicujus Mysterii denominatione, cujus Festum peculiare celebretur. *S. R. C.* 10 *Mart.* 1787 *in una Ord. Min. Reformatorum.* Conclusio Orationis Assumptionis B. M. V. est *Qui tecum vivit et regnat* etc. *Ita Missale Rom. typicum Romæ edit. an.* 1861.

II. Die Assumptionis decantari nequit Missa de Festo transferendo, nec de Requie, præsente licet Cadavere, itemque vetantur Exequiæ solemnes. *Consule quæ præmonuimus c.* 8 *n.* 5 *et* 29 *et* 6 *Januarii n. V.*

III. Infra Octavam Assumptionis (si Officium agendum sit de ea), omnia persolvuntur ut ibi et in Festo. Missa est ut in die, 2 Oratio de Spiritu sancto, 3 *Ecclesiæ* vel pro Papa. At ubi Simplex occurrat, de ipso erit 2 Oratio, 3 de Spiritu sancto, omissa altera *Ecclesiæ* vel pro Papa. Lectiones primi Nocturni pro diebus infra Octavam hanc adsignatæ, usurpari nequeunt in Festis Sanctorum infra eamdem; sed ubi propriæ desint vel recitandæ de Communi non sint, illas oportet sumere de Scriptura occurrente. *Rubrica ante Dominicam* 3 *Augusti.*

IV. Ubi Octava Assumptionis B. M. V. ex Indulto Apostolico est privilegiata instar Octavæ Corporis Chri-

sti, non propterea fas est nonam Lectionem prætermittere Festi simplicis occurrentis, quippe cum omissio hæc in Octava Corporis Christi dumtaxat locum habeat ob qualitatem peculiarem Lectionum tertii Nocturni. *Caval. to.* 2 *c.* 16 *d.* 1 *n.* 4.

Dominica die infra Octavam Assumptionis B. M. V. Festum celebratur S. Joachim, ut in Kalendario. Si porro Dominica hæc inciderit in diem Octavam S. Laurentii aut Assumptionis, vel apud nos in Festum S. Ludovici Episcopi et Confessoris, Officium S. Joachim transfertur in diem proximam non impeditam; quæ si caruerit nona Lectione de homilia vel Festi simplicis, tunc octava Lectio S. Joachim desinit ad voces *Nathan oriundus*, nona vero incipit ab illis *Porro Heli* etc., neque in Missa Symbolum dicitur. *Rubr. ibi.* At enim sicubi Dominica isthæc perpetuo impediatur Festo altioris ritus vel majoris dignitatis cujus ratio habenda sit, tum vero opus est ut Officio S. Joachim adsignetur prima dies non impedita altero novem Lectionum, quæ quidem post, non vero ante ipsius Festum occurrat. *S. R. C.* 12 *Apr.* 1741 *in Vilnen. ad* 3. *Videatur quoque annotatio quæ subjicitur c.* 4 *n.* 6. Festum S. Joachim strictim pertinet ad classem Ss. Confessorum; propterea in concursu nulla ei supra reliqua Festa Sanctorum ejusdem ritus prælatio adjudicatur. *S. R. C.* 19 *Dec.* 1829 *in Florent. ad* 4.

16. — I. Utcumque Festum S. Rochi ex devotione agatur, nequit tamen absque speciali Indulto illius Officium et Missa celebrari, præterquam in Ecclesiis eidem principaliter dicatis; tum vero celebrandum est ritu duplici primæ classis (cum Octava). *S. R. C.* 10 *Jan.* 1693 *in una Galliar. ad* 10. Ubi S. Rochus est Titularis Ecclesiæ Cathedralis, ejus Officium cum Missa ad totam Diœcesim extenditur. *Caval. to.* 1 *c.* 2 *d.* 1 *n.* 39. *Relege etiam superius c.* 2. *n.* 20. Item continuari permittitur Officium S. Rochi sub ritu duplici majori ubi legitime colitur uti Patronus minus principalis. *S. R. C.* 23 *Mart.* 1771 *in Bossanen. ad* 8.

II. Quoties Festum S. Rochi occurrit cum altero S. Joachim ejusdem ritus, illud transferri necesse est,

quamvis apud nos sit proprium, utpote Festum Ordinis; alterum quippe S. Joachim adnexum habet præceptum quoad Forum, quæ prærogativa tanti est, ut Festi ritu paris proprietatem præcedat. *Relege quod expositum est c. 4 n. 2 IV.*

8. — I. Si alicubi hodie Festum agitur alicujus S. Virginis et Martyris cum Missa *Loquebar*, ibi commutanda est Secreta S. Agapiti, ac sumenda ex Missa *In virtute.* Si vero legitur Missa *Dilexisti*, *Vultum tuum* vel *Cognovi*, opus est ut Postcommunio varietur S. Agapiti, pariterque petatur ex Missa *In virtute.*

II. Sicubi celebrari contigerit Missam S. Agapiti Martyris, ipsa est *Lætabitur* de Communi, cum Orationibus propriis hac ipsa die, Evangelium vero idem est ac in Festo S. Laurentii Martyris. *Ita Missale Rom. typicum.*

9. — S. Bernardus Doctoris titulo decoratus est a Pio Papa VIII die 20 Augusti 1830; quare ipsius Officium cum Missa ab universo Clero totius Ecclesiæ hauriendum est e Communi Doctorum, præter Lectiones primi Nocturni, quæ sunt de Scriptura occurrente, itemque secundi quæ die hac in Breviario præsto sunt, ubi ad sextam Lectionem addi oportet *Pius vero VIII Pontifex Max.* etc. Missa est *In medio* cum Epistola *Justus cor suum* etc. *S. R. C.* 23 *Jul.* 1830 *Decr. Urbis et Orbis.* Et dicitur *Credo*, etiamsi transferatur Festum extra Octavam Assumptionis, quia nomen S. Bernardi in Missali Romano typico Romæ edito anno 1861 insertum reperitur Rubricis generalibus tit. XI de Symbolo.

1. — Postcommunio S. Joannæ Franciscæ non est concludenda *In unitate ejusdem*, sed simpliciter *In unitate Spiritus sancti* etc. *S. R. C.* 12 *Nov.* 1831 *in una Marsorum ad* 49.

2. — I. Ubi S. Bartholomæi agitur Festum die 24, si hodie fuerit Sabbatum recitatur nona Lectio de homilia ipsius Vigiliæ, itemque hujus fit commemoratio (ante alteram Ss. Martyrum) in Laudibus et Missa cum ejus Evangelio in Missæ fine; binæ vero celebrantur Missæ Conventuales, in quarum altera, nempe de Vigilia, Præfatio communis adhibetur. *Attende dicta c. 8 n. 2 et seqq.*

II. Rursum ubi Festum S. Bartholomæi celebratur

die 24, ibi hoc mane in Martyrologio legitur primo loco *Vigilia S. Bartholomæi Ap.* Deinde *Tuderti* etc.

III. Si alicubi legenda sit Missa Ss. Martyrum Timothei et Sociorum, ipsa petitur e Communi plurimorum Martyrum ultimo loco, nempe *Salus autem*, cum Orationibus quæ in Missali præsto sunt.

Dominica die post Octavam Assumptionis apud nos Officium peragitur Purissimi Cordis B. M. Virginis. Si die hac occurrat Festum æqualis vel altioris ritus, alterum Purissimi Cordis, ex Decreto concessionis diei 1 Octobris 1855, reponendum est die proxima non impedita; quæ si careat nona Lectione de homilia vel Festi simplicis, octava Lectio Purissimi Cordis desinit ad verba *Accendere curemus*, nona vero incipit ab illis *Si enim*. Attamen quoties occurrit cum Festo Decollationis S. Joannis Baptistæ, eo quod ambo secundaria sunt et ejusdem ritus, idcirco tum Officium est persolvendum Purissimi Cordis utpote dignius, et alterum Decollationis transferendum. *Relege quæ tradidimus c. 4 n. 3.* Secreta in Missa Purissimi Cordis est concludenda *Per eumdem Dominum* etc. *Ita Missale Romanum typicum.*

23. — I. Ubi Festum S. Bartholomæi celebratur die 24 (ac etiam ubi celebratur die 25, si hodie fuerit Sabbatum), nona Lectio adjungitur de homilia Vigiliæ etc. ut in Kalendario. At ubi agitur die 25, nona Lectio et commemoratio Vigiliæ (extra Sabbatum) hodie omittenda est.

II. Rursum ubi Festum S. Bartholomæi celebratur die 24, ibi hoc mane in Martyrologio legitur primo loco *S. Bartholomæi Apostoli* etc.; ubi vero die 25 peragitur, hæc alia verba *Vigilia S. Bartholomæi Apostoli* subroganda sunt.

24. — Extra Romam et alia quædam Loca quæ Romanæ Urbis consuetudini adhærent, Festum S. Bartholomæi Apostoli hodie agitur, ac in Martyrologio primo loco legitur *Lutetiæ*. Romæ vero et Locis antedictis (apud nos fit de S. Hyacintho Confessore) Officio additur nona Lectio de homilia Vigiliæ S. Bartholomæi, cujus item commemoratio locum habet in Laudibus et Missa cum ejus Evangelio in Missæ fine, ac demum binæ dicuntur

Missæ Conventuales. Ubi autem non occurrit, aut reponi necesse sit Festum aliquod duplex vel semiduplex, nec sit Dominica, Officium persolvitur de Vigilia; quod nimirum ordinandum est, prout declaravimus sub die 24 Februarii n. II; et hoc mane in Martyrologio primo loco dicitur *Sancti Bartholomæi Apostoli* etc.: deinde *Lutetiæ* etc.

25. — I. Ubi Festum S. Bartholomæi celebratum est heri, hodie Officium peragitur S. Ludovici Regis et Confessoris, ut in Kalendario. At ubi Festum S. Bartholomæi hodie recurrit, alterum S. Ludovici in diem proxime sequentem transponitur.

II. Apud Tertiarios Franciscales extra Claustra degentes, Festum S. Ludovici, utpote eorum principalis Patroni, est duplex primæ classis cum Octava; ideoque apud ipsos celebrandum ubique est hac die vigesima quinta; nec non omnia perficienda ut in fine nostri Breviarii et Missalis. *Rubr. nostri Franc. Brev. hic.*

III. Oratio S. Ludovici non est concludenda *Per eumdem*, sed *Qui tecum vivit et regnat* etc. *S. R. C.* 16 *Sept.* 1673 *in Corduben. ad* 5.

IV. *Indulgentia plenaria* Ecclesiis Franciscalium concessa in Festo S. Ludovici Regis et Confessoris, in Ecclesiis quidem Fratrum acquiritur ab omnibus Christifidelibus; in Ecclesiis vero Monialium ab istis dumtaxat, earumque contubernalibus. *Benedictus XIV Decr.* Injunctæ nobis *diei* 17 *Mart.* 1755.

26. — I. Ubi S. Bartholomæi Festum incidit in diem 24, hodie apud nos alterum agitur S. Hyacinthi, ut in Kalendario. Ubi vero de S. Bartholomæo actum fuit heri, hodie recitatur Officium S. Ludovici, ut die 25 n. I animadvertimus.

II. Si persolvi oporteat Officium S. Zephirini Papæ et Martyris ritu simplici, perfice quæ docuimus sub die 14 Aprilis n. III. Missa erit *Sacerdotes Dei* de Communi, prima Oratio propria ut in Missali hac die.

28. — Si contingat ut Missa legenda sit S. Hermetis Martyris, ipsam sumito e Communi secundo loco, nempe *Lætabitur*, cum Orationibus quæ in Missali hac die præsto sunt.

29. — I. Ubi Festum Decollationis S. Joannis Baptistæ est duplex primæ classis, vel transfertur in diem carentem nona Lectione de homilia aut Festi simplicis, octava Lectio absolvitur ad verba *Uxorem fratris sui*, nona vero ita inchoatur *Vincebat enim* etc.

II. In Missa Decollationis S. Joannis omittitur *Credo*, nisi ubi sub illa denominatione colitur principalis Patronus vel Titularis, aut insignis Reliquia ipsius possidetur. *Videsis quod annotavimus in diem 24 Junii n. II.*

III. Si alicubi Missa S. Sabinæ Martyris legenda sit, illam accipito e Communi Martyris non Virginis, idest *Me expectaverunt*, cum Orationibus quæ in Missali hac die in promptu sunt.

30. — Si aliquam ob causam dicenda sit Missa Ss. Martyrum Felicis et Adaucti, ipsa adest propria in Missali hac ipsa die.

31. — In Festo S. Raymundi Nonnati Lectiones primi Nocturni sunt de Scriptura occurrente. *S. R. C.* 12 *Mart.* 1851 *in Mediolanen. ad* 1 *et* 25 *Sept.* 1852 *in una Venetiarum ad* 10. *Attende etiam præscripta sub die* 15 *Januarii n. II.*

ANNOTANDA

IN DOMINICAS ET FERIAS AUGUSTI

1. In Dominica prima Augusti (juxta computum Ecclesiasticum quod Mense superiore declaravimus n. 3 de tempore) in primis Vesperis Antiphona ad *Magnificat* (vel Dominicæ commemoratio) est *Sapientia ædificavit sibi domum;* atque incipiunt *Parabolæ Salomonis*, e quibus petuntur Lectiones per totam Hebdomadam; omissis prorsus Antiphonis, Lectionibus et Commentariis (in secundo Nocturno Dominicæ) de libris Regum, si qua forte supersint.

2. Dominicis Augusti insequentibus dicuntur in primis Vesperis Antiphonæ ad *Magnificat* (vel pro commemoratione Dominicæ) quæ cujusque præcedenti Sabbato præscriptæ

sunt; atque ponuntur Initia aliorum librorum Sapientialium, quorum Lectio, uti ibidem constat, per singulas Hebdomadas est producenda (*). At si Augustus quatuor tantum Dominicas comprehendat, tunc in Vesperis Sabbati Hebdomadæ quartæ legitur Antiphona *Cum audisset Job* pro Dominica prima Septembris, cujus recitantur quoque Lectiones et ℟℟.; Dominica vero quinta Augusti cum sua Hebdomada prætermittitur. *Rubr. ante hanc Dom.*

3. Quod spectat ad Lectiones tertii Nocturni in Dominicis post Pentecosten, ad Officium feriale, ad Hymnos etc., id perlege quod de tempore explicatum est post Mensem proxime superiorem.

(*) Sapientiales libri hoc mense Augusti leguntur, quia post Regum Historias æquum est ut Salomon audiatur regum omnium sapientissimus, ejusque documenta divino instinctu tradita audientibus nobis cœlestis sapientiæ amore cor magis magisque incalescat. In libris Sapientialibus præsignari ævum quo Ss. Doctores Ecclesiæ floruerunt, docet Rupertus. *Ita ferme Tetamus.*

KALENDARIUM

TRIUM ORDINUM S. P. FRANCISCI

L. D.	D. M.	FESTA SEPTEMBRIS
F	1	B. Isabellæ V. (2 O.) d. min. c. alb. ll. 2 el de Com. 1 loco, 9 l. et com. S. Ægidii ac Ss in L. et M. *Dilex.* or. pr. In Vesp. com. seq. (
G	2	S. Stephani Reg. et C. sem. c. alb. (M. S.) et 3 n. pr. Mis. ut ibi 2 or. *A cunctis*, lib. In Mart. 1 l. *Valentiæ.* Vesp. seq. or com. præc.
A	3	Bb. Joannis et Petri Mm. (1 O.) d. min. c. ll. 2 n. pr., 3 *Cum audieritis*, 8 ℟. *Hæc est Intret* or. pr., ult. ℣. Grad. *Hæc est.* In M l. *Viterbii.* Vesp. seq. ℣. ant. ad Mag. et o com. præc.
		Indulgentia plenaria
B	4	S. Rosæ Viterb. V. (3 O.) d. 2 cl. c. alb. de Com. 1 loc. præt. ll. 2 n. cum ant. ad I pr. Mis. item pr. *Loquebar* cum *Cr.* In M l. *Turringiæ.* In Vesp. com. seq. or. pr.
C	5	B. Gentilis M. (1 O.) d. min. c. rub. ll. 2 r 3 *Si quis venit.* Mis. *In virtute* or. pr., I Mis. *Statuit* de eod. Com. In Mart. 1 l. A Vesp. a cap. seq. (M. S.) or. pr., com. p
D	6	B. Vincentii ab Aquila C. (1 O.) d. min. c. a 2 n. pr., 3 *Nolite.* Mis. *Justus* or. ppr. In 1 l. *S. Laurentii.* In Vesp. com. seq.
E	7	S. Laurentii Justin. Ep. et C. sem. c. alb. (l ll. 2 n. pr., 3. *Homo pereg.* Mis. *Statuit* 2 *cunct.*, 3 ad lib. Vesp. seq. pr., sine com.
F	8	Nativitas B. M. V. d. 2 cl. cum oct. c. alb. ut ibi, 9 l. et com. S. Adriani M. in L. et M *cepta Solem. et in ejus defectu Conv.)* pr. *Cr.* et Præf. *Et te in Nativit.* per tot. oct.

alit. not. In Mart. 1 l. *Pisauri.* In Vesp. com. seq. or. pr. ac S. Gorgonii M.

— — *Dominica infra Octavam Nativitatis B. M. V.* fit de Festo SS. Nominis ejusdem B. M. V. d. maj. c. alb. Omn. ut ibi et 5 Aug., 7 ℟. conclud. *Tuam S. Commem.*, 9 l. hom. et com. Dom. in L. et M. pr. cum *Cr.*, Præf. *Et te in Festiv.* ac Ev. Dom. in fin. Vesperæ juxta concurrentiæ leges. Sabbato præcedenti in Mart. 1 l. *Festum* etc.

G 9 B. Seraphinæ Sfortiæ Vid. (2 O.) d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Thesauro,* 9 l. S. Gorgonii, com. oct. ac S. Gorgonii in L. et M. *Cognovi* or. pr., *Cr.* et Præf. octav. Vesp. a cap. seq., com. præc. et oct.

A 10 S. Nicolai de Tolent. C. d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Nolite,* com. oct. in L. et M. *Justus* cum *Cr.* et Præf. oct. In Vesp. com. oct. ac Ss. Proti et Hyacinthi Mm.

B 11 De 4 die infra oct. Nativ. B. M. V. sem. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., rel. ut ibi et in festo, 9 l. et com. Ss. Mm. in L. et M. *ut in die* 3 or. de Sp. S., *Cr.* et Præf. Nativ. In Mart. 1 l. *S. Alphonsi.* Vesp. seq. (M. S.) or. pr., com. oct.

C 12 S. Alphonsi Mariæ de Ligorio Ep. et C. d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Designavit,* com. oct. in L. et M. pr. cum *Cr.* et Præf. oct. In Mart. 1 l. *S. Veronicæ.* Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc. et oct.

D 13 S. Veronicæ de Julianis V. (2 O.) d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Decem virg.*, com. oct. in L. et M. *Dilex.* or. ppr., *Cr.* et Præf. oct. Vesp. seq. pr. (in hym. ad stroph. *O crux* genufl.), com. præc. et oct.

E 14 Exaltatio S. Crucis d. maj. c. rub. Omn. pr., com. oct. in L. et M. pr. cum *Cr.* et Præf. de Cruce. In Vesp. com. seq. ut in 1 Vesp. festi ac S. Nicomedis M.

F 15 Octava Nativit. B. M. V. d. min. c. alb. Omn. ut ibi et in festo, 9 l. et comm. S. Nicomedis in L. et M. *ut in die* cum *Cr.* et Præf. Nativ. In

Vesp. com. seq. ac Ss. Euphemiæ et Soc. Mm. *ex* 2 *Vesp.*

— — *Dominica* 3 *Septembris* fit de Festo Septem Dolorum B. M. V. d. maj. c. alb. Omn. pr., 9 l. hom. et com. Dom. in L. et M. ut ibi vel sub fine Martii, or. pr. huj. Festiv., post Grad., omisso Tractu, dic. duo *Allel.* et ℣. *Stabat S. Maria,* dein. Seq. cum *Allel.* in fine, *Cr.*, Præf. *Et te in Transfix.* ac Ev. Dom. in fin. Ad 1 ℣. *Qui passus*, et in fine Hymnor. *Jesu tibi sit gloria qui passus.* Vesperæ juxta concurrentiæ leges. Sabbato præcedenti in Mart. 1 l. *Festum* etc.

G 16 Ss. Cornelii et Cypriani Pont. et Mm. sem. c. rub. ll. 2 n. pr., 3 *Cum audieritis*, 9 l. et com. Ss. Mm. *ex* 1 *Vesp.* in L. et M. *Intret* 3 or. *A cunct.* In Mart. 1 l. *Solemnis.* Vesp. seq. pr., sine com.

Indulgentia plenaria

A 17 Impressio sacrorum Stigmatum in Corpore S. P. N. Francisci d. 2 cl. c. alb. Omn. ut ibi et 4 Octob. Mis. ut ibi cum Seq., *Cr.* et Præf. pr. In Mart. 1 l. *Auximi*, 2 *Eod. die.* In Vesp. com. seq. pr.

B 18 S. Josephi a Cupert. C. (O. Conv.) d. min. c. alb. ll. omnes cum ant. ad Bened. pr. Mis. ut ibi. Vesp. a cap. seq., com. præc.

C 19 S. Januarii et Soc. Mm. d. min. c. rub. ll. 2 et 3 n. pr. Mis. *Salus autem.* Vesp. a cap. seq., com. præc.

D 20 (Vig.) Ss. Eustachii et Soc. Mm. d. min. c. rub. ll. 2 n. pr., 3 *Descendens*, 9 l. et com. Vig. in L. et M. *Sapientiam* cum Ev. Vig. in fin. (Post 9 leg. Mis. Vig.) Vesp. seq. or. pr., com. præc.

E 21 S. Matthæi Ap. et Ev. d. 2 cl. c. rub. Omn. ut ibi. Mis. pr. cum *Cr.* et Præf. Ap. In Mart. 1 l. *Valentiæ.* In Vesp. com. seq. pr. ac Ss. Mauritii et Soc. Mm.

F 22 S. Thomæ a Villan. Ep. et C. d. min. c. alb. (M. S.) ll. 2 n. cum ant. ad Bened. pr., 3 *Homo pereg.*, 9 l. et com. Ss. Mm. in L. et M. *Statuit* or. pr. In Mart. 1 l. *Assisii.* Vesp. a cap. seq. pr., com. præc. ac S. Theclæ V. et M.

23 Inventio S. Claræ V. d. min. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., rel. pr., 9 l. et com. S. Theclæ in L. et M. pr. *Conversus*. In Mart. 1 l. *Septempedæ*. Vesp. seq. ℣. et or. pr., com. præc. ℣. *Diffusa*

Indulgentia plenaria

24 S. Pacifici a S. Severino C. (1 O.) d. 2 cl. c. alb. ll. 1 n. *Beat. vir*, 2 pr. *in B. rec.*, 3 *Sint lumbi*. Mis. *Os justi* or. ppr. et *Cr.* In Mart. 1 l. *Fest.* In Vesp. com. seq. pr. In fine hym. Complet. etc. *Jesu* etc.

25 Fest. B. M. V. de Mercede d. maj. c. alb. Omn. ut 5 Aug. præt. ll. 2 n. pr. Mis. *a Pent. ad Adv.* or. pr., *Cr.* ac Præf. *Et te in Festiv.* In Mart. 1 l. *Salerni*. In Vesp. com. seq. or. pr. ac Ss. Cypriani et Justinæ Mm.

26 B. Luciæ V. (3 O.) d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Decem virg.*, 9 l. et com. Ss. Mm. in L. et M. *Dilex.* or. pr. In Mart. 1 l. *Parisiis*. Vesp. seq. or. pr., com. præc.

27 S. Elzearii C. (3 O.) d. maj. c. alb. ll. 1 n. *Beat. vir*, rel. pr. Mis. *Os justi* or. pr., Ev. ut 6 Febr. In Mart. 1 l. *Papiæ*. In Vesp. com. seq. or. pr.

28 B. Bernardini de Feltria C. (1 O.) d. min. c. alb. ll. 2 et 3 n. pr. Mis. item pr. *Liberavit*. Vesp. seq. pr., com. præc.

29 Dedicatio S. Michaelis Arch. d. 2 cl. c. alb. Omn. pr., 8 bened. *Quorum fest.* Mis. pr. cum *Cr.* In Vesp. com. seq. ant. *O Doctor* or. pr.

30 S. Hyeronymi C. et Doct. d. min. c. alb. ll. 1 n. *Sapient.*, rel. pr., 8 ℟. *In medio*. Mis. de Com. Doct. or. ppr. et *Cr.* In Mart. 1 l. *Orbæ*. Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc. ac S. Remigii Ep. et C.

ADNOTATIONES

in Festa Septembris

Dies Mensis 1. — I. Prima die non impedita dicitur O
cium Defunctorum. *Vide c.* 7 *n.* 5 *et c.* 8 *n.* 25.

II. Apud Tertiarios extra Claustra degentes, ho agitur dies Octava S. Ludovici Regis et Confessoris qua omnia perficiuntur ut in fine nostri Breviarii Missalis. Officium B. Isabellæ, ex concessione S. R 12 Mart. 1863, fixum reponitur die 11 hujus tamq in sede propria.

III. Si celebrandum sit Officium S. Ægidii Abl ritu simplici, id præstandum quod ediximus sub di Aprilis n. III. Missa erit de Communi Abbatum. Si dicenda sit Missa Ss. Duodecim Fratrum Martyrun sumitur e Festo S. Symphorosæ 18 Julii, cum Or nibus quæ in Missali hac ipsa die exhibentur.

2. — Secreta S. Stephani Regis et Confessoris co denda est *Per eumdem Dominum* etc. *Ita Missale* *typicum Romæ edit. an.* 1861.

8. — I. Ubi Festum Nativitatis B. M. V. celebratur duplici primæ classis, de S. Adriano nihil fit. Quo ibi octava Lectio desinit ad voces *Sedem tuam*, vero incipit *Judas autem;* et in secundis Vesperi mittitur commemoratio S. Gorgonii.

II. Quoties agendum sit de die infra Octavam vitatis B. M. V., omnia persolvuntur ut ibi et in F Missa est ut in die, 2 Oratio de Spiritu sancto, 3 *clesiæ* vel pro Papa. Verum si quando Simplex occ de isto erit 2 Oratio, 3 de Spiritu sancto, et a *Ecclesiæ* vel pro Papa præteritur.

III. Missa S. Adriani Martyris, si forte alicubi l da sit, sumitur de Communi unius Martyris non I ficis primo loco, nempe *In virtute*.

Dominica die infra Octavam Nativitatis B. M. V. Fe peragitur ejus SS. Nominis ut ex Kalendario liqu ejusmodi Officio locus non adest commemorationi væ, itemque in secundis Vesperis Festi Nativitat Sabbatum incidentis commemoratio SS. Nominis

titur. *Confer c.* 6 *n.* 8. Si in Officio hoc commemoratio agenda sit cujuspiam Sanctæ Martyris, Virginis vel Viduæ (ut apud nos B. Seraphinæ Sfortiæ cum in Dominica recurrit), istius ℣. in Laudibus erit *Specie tua* etc. *Consulito c.* 6 *n.* 10.

II. Quoties Festum SS. Nominis B. M. V. occurrit die Octava ejus Nativitatis, Officium quidem recitatur SS. Nominis, at de die Octava nihil prorsus fit. *Recole exposita c.* 4 *n.* 2 *I.*° Ubi vero occurrat in alia die Octava præterquam B. M. V., vel in alio Festo digniori, ut Exaltationis S. Crucis, transfertur in diem proximam non impeditam. *S. R. C.* 20 *Jul.* 1686 *in una Dubiorum et Rubr. pecul. n.* 76. Porro si die hac desit nona Lectio de homilia vel Festi simplicis, tunc nona Lectio Festi SS. Nominis petenda est ex Officio S. Mariæ in Sabbato ejus Mensis, in quem Officium SS. Nominis transferatur. *S. R. C.* 29 *Mart.* 1851 *in Mediolanen. ad* 3.

III. Ubi Festum SS. Nominis B. M. V. est Titulare, ibi peragitur ritu duplici primæ classis cum Octava. Quare ibi cessat, eo adveniente, Octava Nativitatis; et hujus Octava die admittitur translatum, si adsit, aliter Officium de Octava SS. Nominis persolvitur. *S. R. C.* 14 *Jun.* 1845 *in Florent. ad* 3. Si die Octava SS. Nominis occurrat Festum VII Dolorum vel aliud B. M. V., Officium de ejusmodi Festo agendum est, de die autem Octava nihil prorsus fit. *Relege quæ præmonuimus c.* 4 *n.* 2 *I.*°

9. — Sicubi causa adsit, cur Missa celebretur S. Gorgonii, ea petenda est e Communi secundo loco, nempe *Lætabitur*, cum Orationibus quæ hac ipsa die in Missali suppetunt.

11. — I. Apud Tertiarios extra Claustra commorantes hodie fit de B. Isabella V. d. min. c. alb. (D. A. ex 1 hujus) ll. 2 et 3 n. de Communi 1 loco, 9 l. Ss. Mm., com. oct. ac Ss. Mm. in L. et M. *Dilex.* or. pr., *Cr.* et Præf. oct. In Mart. 1 l. *S. Alphonsi.* Vesp. a cap. seq. (M. S.) or. pr., com. præc. et octavæ.

II. Ubi Festum Ss. Proti et Hyacinthi Martyrum agitur ritu duplici vel semiduplici, pro octavo ℟. dicitur *Hæc est vera Fraternitas.* Missa vero est *Salus autem*

de Communi plurimorum Martyrum, cum Orationibus quæ in Missali hac die præsto sunt.

12. — Officium S. Alphonsi Mariæ de Ligorio ex præcepto est persolvendum ab utroque Clero universalis Ecclesiæ. *S. R. C.* 10 *Sept.* 1839 *Decr. Urbis et Orbis.* Apud nos hac die peragitur, quia dies secunda Augusti quæ nimirum pro tota Ecclesia est adsignata, Festo majoris ritus impeditur.

14. — I. Oratio Exaltationis S. Crucis concludenda est *Per eumdem Dominum* etc. *S. R. C.* 11 *Mart.* 1820 *in Mazarien. ad* 5. Quoad Reliquiam S. Crucis, attende quæ tradidimus sub die 3 Maj. n. III.

II. Post Festum Exaltationis S. Crucis celebrantur Quatuor Tempora autumnalia. *Brev. de anno ejusque partibus. Vide quæ infra declaranda sunt de Tempore n.* 2 *et* 3.

III. Dominica Quatuor Temporum illa est, quæ Sabbato eorumdem Quatuor Temporum continuo succedit. *S. R. C.* 31 *Aug.* 1743 *in Aquilejen.*

15. — I. Si hodie Feria IV occurrit Quatuor Temporum, additur nona ejus Lectio, ejusque commemoratio fit in Laudibus et Missa cum ejusdem Evangelio in Missæ fine; item duæ dicuntur Missæ Conventuales, in quarum altera, scilicet Quatuor Temporum, Præfatio, communis est adhibenda. *Consulito c.* 8 *n.* 2 *et seqq.*

II. Quævis dies Octava Festorum B. M. V. in concursu Officii duplicis minoris, ex privilegio obtinet integras utrasque Vesperas. *S. R. C.* 11 *Aug.* 1691 *in Romana ad* 1. Quamobrem si dies Octava Nativitatis B. M. Virginis concurrat cum die Octava Dedicationis Ecclesiæ, Vesperæ de Octava priore erunt integræ, utcumque Festum Dedicationis peractum sit ritu duplici primæ classis, quippe cum hujus Octava dies in concursu nullo gaudeat privilegio. *Confer dicta c.* 5 *n.* 2 *III.* Si cras tertia Dominica Septembris inciderit, Vesperæ sunt agendæ de Festo VII Dolorum, absque commemoratione diei Octavæ Nativitatis B. M. V. *Recole c.* 6 *n.* 8.

III. Si forte opus sit ut Missa celebretur S. Nicomedis Martyris, ea præsto est in Communi primo loco, nempe *In virtute*, cum Orationibus quæ die hac in Missali extant.

minica tertia Septembris juxta civile computum, Festum secundarium colitur VII Dolorum B. M. V., ut in Kalendario præscriptum est. At ubi in Dominica hac occurrat (etiam perpetuo) Festum aliud B. M. V. eodem ritu, vel Officium quodpiam sub ritu duplici primæ aut secundæ classis, vel dies Octava Dedicationis, Titularis, Patroni etc., quæ non sit de B. M. V. (excepta die Octava Nativitatis ob Festum SS. Nominis B. M. V. eodem ritu in eam incidens), tum vero Festum VII Dolorum in proximam transfertur ex sequentibus Dominicis, quæ Festo æqualis vel altioris ritus, aut die Octava (quæ non sit de B. M. V.) minime impediatur. Nihilominus ubi Festum Dolorum peragitur ritu duplici primæ aut secundæ classis, ipsum tam in Dominica tertia quam in sequentibus cedit quidem in paritate ritus Festis omnibus primariis (et etiam secundariis Domini et Deiparæ) occurrentibus (dummodo B. M. V. sub appellatione Dolorum non sit principalis Patrona vel Titularis), sed Festorum quorumvis diei Octavæ antefertur. Quod si Dominicæ omnes usque ad Adventum eo modo æque impediantur, tum vero Festum VII Dolorum juxta Rubricas necesse est prima die reponi non impedita Festo novem Lectionum post Dominicam tertiam Septembris. *S. R. C.* 18 *Sept.* 1814 *Decr. gener.*, 19 *Aug.* 1817 *in una Urbis et Orbis*, 22 *Jul.* 1848 *in Senen. ad* 3, *et* 29 *Mart.* 1851 *in Volaterrana. Relege etiam annotationem ad c.* 4 *n.* 2 Concludit demum ille Auctor *etc.*, *Rubr. tit.* 10 *n.* 2 *et supra c.* 2 *n.* 34.

II. Quando Festum VII Dolorum B. M. V., ob occursum alterius Festi ut supra, transfertur in aliam Dominicam, transfertur simul ipsius Octava, ubi est concessa. *S. R. C.* 29 *Mart.* 1851 *in Volaterrana, et* 17 *Sept.* 1853 *in Aretin. ad* 3. Ac quoties in hanc diem Octavam Festum aliud inciderit B. M. V., v. gr. de Mercede, SS. Rosario etc., tum de ejusmodi Festo Officium est peragendum, de die vero Octava nihil prorsus fit. *Consule c.* 4 *n.* 2 *I.* Quoad Missam confer quæ diximus de alio Festo Dolorum in fine Martii n. IV.

— I. Cum Festum Ss. Cornelii et Cypriani occurrit in Quatuor Tempora, Lectiones primi Nocturni sunt

Fratres debitores de Communi, nisi reponendum si nitium libri Tobiæ, nona Lectio est de homilia Fe cujus commemoratio agitur (ante alteram Ss. Eu miæ et Sociorum Martyrum) in Laudibus et Missa ipsius Evangelio in Missæ fine; duæ porro dicu Missæ Conventuales, quæ rite ordinantur prout s declaratum est c. 8 n. 2 et seqq. In Missa Ss. Co et Cypriani, in Oratione Canonis *Communicantes* a mina *Cornelii* et *Cypriani* inclinatur caput.

II. Quoties transfertur Officium Ss. Cornelii et priani, Antiphonæ et ℣℣. pro commemoratione Ss phemiæ et Sociorum sumuntur suo loco e Comm nempe in primis Vesperis dicitur *Istorum est enim* in Laudibus autem *Vestri capilli* etc. *Videsis c.* 6 *n.*

III. Ubi celebratur Missa Ss. Euphemiæ et Soci Martyrum, ea petenda est e Communi primo loco, pe *Intret*, Evangelium vero est *Descendens*, atque tiones sunt propriæ.

17. — I. Si Festum sacrorum Stigmatum S. P. N. cisci inciderit in Quatuor Tempora, ex octava et Lectione (apud nos) unica componitur, et nona l est de homilia Feriæ, cujus nimirum fit quoque memoratio in Laudibus et Missa cum ejus Evange Missæ fine; ac binæ celebrantur Missæ Conventuales quomodo ordinandæ sint, constat ex c. 8 n. 2 et

II. In Festo sacrorum Stigmatum pro universa Ec Hymnus *Iste Confessor* vice ℣. *Hac die lætus meruit scandere sedes* habet *Hac die lætus meruit beata v Christi:* ac in Hymno Laudum pro *Migravit inter* substituitur *Christi recepit stigmata*. Hæc porro i tatio servatur, etiamsi transferatur Festum. *S. R. Sept.* 1741 *in Aquen. ad* 8 *ac Tetamus ad hanc*

18. — I. Si Officium S. Josephi a Cupertino in Q Tempora occurrerit, nona Lectio recitatur de h Feriæ, de qua nempe commemoratio agitur in La et Missa cum ipsius Evangelio in Missæ fine; dua Missæ Conventuales dicuntur, quæ qua ratione nentur perspicuum fit ex c. 8 n. 2 et seqq.

II. Ubi translatio Festi Sancti Josephi jugiter est diei 25 vel 26 Septembris, si quando in eam

inciderit Dominica XIX post Pentecosten, istius quidem locum habet commemoratio, sed non ejus nona Lectio ad Matutinum; consuetum autem legitur Evangelium S. Joannis sub Missæ finem. *Hujusce rei causam pervide sub die 23 Febr. n. XI, et 15 Dec. n. I.*

19. — I. Quoties Officium Ss. Januarii et Sociorum Martyrum occurrit in Quatuor Tempora, quoad Lectiones primi Nocturni, commemorationem et nonam Lectionem Feriæ etc., perfice quidquid sub die 16 hujus n. I præscriptum est.

II. S. Januarius Episcopus et Martyr est principalis Patronus Regni Neapolitani; quare de ipso tantum ibidem a Clero sæculari Officium hodie celebratur ritu duplici primæ classis, et cum Octava. Lectiones primi Nocturni sunt *A Mileto*, secundi propriæ ut in Breviario hac ipsa die, tertii ut in Festo S. Barnabæ 11 Junii cum ℟℟. de Communi unius Martyris. Missæ, quæ propria suppetit in fine Missalis, adjungitur *Credo*. Sociorum vero Martyrum Officium transfertur in diem proximam non impeditam, ac peragitur ritu semiduplici de Communi plurimorum Martyrum secundo loco, sed Lectiones tertii Nocturni petuntur e Breviario hac ipsa die. Missa est *Salus autem* pariter de Communi. *S. R. C. 22 Nov. 1664 in Barensi. Consulito etiam c. 2 n. 30.*

III. Si hodie fuerit Sabbatum extra Quatuor Tempora, locum habet (ubi minime occurrat Festum duplex primæ classis) nona Lectio de homilia Vigiliæ S. Matthæi anticipatæ, ejusque commemoratio agitur in Laudibus et Missa cum ipsius Evangelio in Missæ fine, ac binæ dicuntur Missæ Conventuales. *Attende annotata in diem 23 Febr. n. IX et c. 8 n. 2 et seqq.* Si vero sit Sabbatum Quatuor Temporum, tunc id præstandum quod die sequenti n. I indicabitur.

20. — I. Si hodie neque Dominica est, neque Feria aut Sabbatum quatuor Temporum, in Officio Ss. Eustachii et Sociorum Martyrum nona Lectio additur de homilia Vigiliæ, cujus nempe commemoratio fit in Laudibus et Missa cum ejus Evangelio in Missæ fine, et duæ celebrantur Missæ Conventuales, rite ordinandæ prout c. 8

n. 2 et seqq. ostensum est. At si hodie Feria incidat vel Sabbatum Quatuor Temporum, Lectiones primi Nocturni sunt *Fratres debitores*, nisi oporteat reponi Initium libri Tobiæ, ac nona Lectio recitatur de homilia Feriæ Quatuor Temporum, atque hujus commemoratio adjungitur in Laudibus et Missa cum ejus Evangelio in Missæ fine; de Vigilia autem dumtaxat commemoratio in Missa agitur post Feriæ commemorationem; demum binæ celebrantur Missæ Conventuales, atque in altera tantum de Feria fit commemoratio Vigiliæ. *Pervide iterum c.* 8 *n.* 2 *et seqq.* Si alicubi hodie Festum colitur duplex primæ classis, de Vigilia nihil prorsus fit. *Relege quod præmonuimus sub die* 23 *Febr. n. VIII.*

II. Ubi S. Eustachius est principalis Patronus vel Titularis, ibi a Sociis sejungitur, ejusque Officium seorsim persolvitur, ut in Communi unius Martyris primo loco, præter Lectiones primi Nocturni quæ sunt *Fratres debitores*, et secundi quæ petuntur e Breviario hac ipsa die. Missa est *In virtute*, Evangelium sumitur ex Missa *Statuit* de eodem Communi. Socii porro transferuntur in diem proximam quæ non impediatur, et coluntur ritu semiduplici per Officium plurimorum Martyrum primo loco, sed Lectiones tertii Nocturni hauriuntur e secundo loco. Missa est *Sapientiam* ex eodem Communi. *S. R. C.* 22 *Nov.* 1664 *in Barensi. Perlege quoque c.* 2 *n.* 26 *et* 30.

21. — Cum Festum S. Matthæi Apostoli incidit in Quatuor Tempora vel in Dominicam, ex octava et nona Lectione unica conflatur, ac nona Lectio est de homilia Feriæ vel Dominicæ, cujus nimirum commemorationi datur locus in Laudibus et Missa cum ipsius Evangelio in Missæ fine; sed enim in priori casu duæ Missæ Conventuales dicuntur, quæ quomodo ordinandæ sint, patet ex c. 8 n. 2 et seqq.

22. — I. Si quando Officium S. Thomæ a Villanova in Quatuor Tempora occurrerit, Lectiones primi Nocturni sunt *Fidelis sermo*, et nona Lectio recitanda est de homilia Feriæ, cum hujus commemoratione in Laudibus et Missa atque Evangelio in Missæ fine; binæ tandem Missæ Conventuales celebrantur, quas rite ordinabis uti

declaratum est c. 8 n. 2 et seqq. Si hodie fuerit Feria sexta Quatuor Temporum, ejus Postcommunio commutabitur ac sumetur ex Sabbato sequenti. *Attende quod in Quadragesima n. 14 sub finem animadversum est.*

II. Missa Ss. Martyrum Mauritii et Sociorum si legenda sit, in Missali hac ipsa die in promptu adest.

23. — I. Festum Inventionis S. Claræ si incidat in Quatuor Tempora, Lectiones primi Nocturni sunt *De virginibus;* ubi vero Officium agitur S. Lini Papæ et Martyris sunt *A Mileto;* utrobique nona Lectio recitatur de homilia Feriæ, cum ejus commemoratione (ante alteram S. Theclæ) in Laudibus et Missa, ejusque Evangelio in Missæ fine; denique binæ Missæ Conventuales dicendæ sunt, quæ ordinantur prout præscriptum est c. 8 n. 2 et seqq.

II. Apud nos, Graduali in Missa propria Inventionis S. Claræ adjecto substituendum est hoc alterum: *Isaiæ* 58. Orietur in tenebris lux tua, et tenebræ tuæ erunt sicut meridies. ℣. Et requiem tibi dabit Dominus Deus tuus semper, et implebit splendoribus animam tuam, et ossa tua liberabit. Alleluja, alleluja. ℣. *Eccl.* 51 *v.* 17. Propterea confitebor, et laudem dicam tibi; et benedicam nomini Domini. Alleluja. *Ita ex Decr. S. R. C. diei* 29 *Nov.* 1855.

III. Sicubi celebranda sit Missa S. Theclæ Virg. et M., illa petitur e Communi primo loco, nempe *Loquebar,* cum prima Oratione quæ propria in Missali præsto est.

24. — Quoties Festum B. M. V. de Mercede, vel S. Pacifici apud nos, incidit in Quatuor Tempora, nona Lectio est de homilia Feriæ, et hujus commemoratio fit in Laudibus et Missa, nec non legitur Evangelium in Missæ fine; duæ insuper celebrantur Missæ Conventuales, quas ordinari oportet prout demonstratum est c. 8 n. 2 et seqq.

26. — Quid perficiendum sit ubi Officium Ss. Cypriani et Justinæ Martyrum persolvitur ritu simplici, edocet annotatio in diem 14 Aprilis n. III. Missa erit *Salus autem* de Communi plurimorum Martyrum, cum Orationibus quæ in Missali hac die suppetunt.

29. — Quando Festum S. Michaelis Archangeli occurrit in Dominica, ex octava et nona unica Lectio conficitur. *Rubr. ibi.*

30. — Ubi S. Hieronymus colitur cum Octava, si de 2 die infra illam Officium agi contingat, Lectiones tertii Nocturni sumendæ sunt ex Communi Doctorum, quemadmodum in pari casu, quoad S. Joannem Chrysostomum, perspecte liquet ex Octavario Romano.

ANNOTANDA

IN DOMINICAS ET FERIAS SEPTEMBRIS

1. In Dominicis Septembris (juxta computum Ecclesiasticum, quod jam explicuimus in animadversionibus de tempore a Pentecoste ad Adventum n. 3) dicuntur Antiphonæ ad *Magnificat* (vel pro commemoratione Dominicæ) in primis Vesperis ut in quovis præcedenti Sabbato, itemque ponuntur Initia librorum sacræ Scripturæ qui ibidem inscribuntur, eorumque Lectio per singulas earum Hebdomadas continuatur (*). At si September ex quatuor tantum Dominicis constet, tunc Feria quinta Hebdomadæ quartæ liber Esther suscipitur legendus (cum suis ℟℟., si fiat de Feria), ac legitur quoque Feria sexta ac Sabbato insequenti. *Rubrica ante Fer. V Hebdom. IV Sept.* Etsi porro in Feria quinta Initium ponatur libri Esther veluti in Dominica quinta Septembris, Feria tamen sexta ac Sabbato non recitantur quidem Lectiones Feriæ secundæ et tertiæ, sed Lectiones Feriæ sextæ et Sabbati ejus Hebdomadæ quintæ. At ubi ejusmodi tres Feriæ adeo impediantur Festis habentibus Lectiones primi Nocturni proprias vel de Communi adsignatas, ut in nulla earum reponi

---

(*) Hoc mense Septembri acta leguntur Job, Tobiæ, Judith et Esther, ut inde preclarissima virtutum exempla nobis imitanda proponamus, et illarum maxime quæ cardinales sunt. A Judith enim in arduis fortitudinem ediscimus; ab Esther in rebus secundis temperantiam; a Job vero ac Tobia non modo patientiam, sed ab altero justitiam, ab altero prudentiam potissimum edocemur. Rursus in Job qui tot inter ærumnas firmissime Deo adhæret, Ecclesiæ præsignatur pax, maximis licet illa tribulationibus, utpote militans, conflictetur. *Ita ferme Tetamus.*

queat Initium libri Esther, tum vero anno illo prætereundum est; neque enim extra Hebdomadam quintam privilegium obtinet ut (sicuti Initia cetera) in Hebdomada sua, quo nempe etiam in Festo cum Lectionibus primi Nocturni propriis vel de Communi adsignatis reponendum sit. *Rubr. pecul. n.* 193 *et* 194. *Consule quoque dicta post Epiph. n.* 10 *et seqq.* Rursum quando September quatuor tantummodo Dominicas comprehendit, si Initium libri Judith legi nequeat (ob Festa quæ Lectiones primi Nocturni proprias habeant vel de Communi adsignatas) ante Feriam quintam Hebdomadæ quartæ, minime fas est illud reponere una cum Initio libri Esther in eadem Feria quinta; quia per anticipationem libri Esther in Feria illa jam continuo incipit Hebdomada quinta, in qua nimirum, prout animadvertimus post Epiphaniam n. 9 et 10, reponere non licet Initium Hebdomadæ præteritæ; quare Initium libri Judith in eo casu opus est ut die aliquo præcedenti infra Hebdomadam quartam reponatur in Festo (non classico) utcumque prædito Lectionibus primi Nocturni propriis vel de Communi assignatis, uti pariter eo loco post Epiphaniam declaratum est.

2. In Hebdomada tertia Septembris, Feria quarta, sexta ac Sabbato, Quatuor Tempora occurrunt (*). Cum de Fe-

---

(*) Multiplex subest ratio, quare jam inde a primæva Ecclesiæ ætate sunt instituta Quatuor anni Tempora. Et 1.° quidem in iis nostra Deo potissimum offerimus jejunia, ut nempe misertus nostri peccata dimittat, quibus humana gens toto vertente anno supremam ipsius Majestatem audacter lacessit. 2.° Ut necessarios terræ fructus precemur ab ipso, vel debitas ei pro perceptis gratias agamus. 3.° Ut Deus, quemadmodum solis regens cursum ac varias anni moderans tempestates, temporum dat tempora, ita quoque dignetur jugiter vitæ nostræ actiones dirigere, studia ac vota clementer explere, cursum denique ad beatum exitum ducere. 4.° Ut quatuor hæc tempora veluti anni primitiæ per jejunium Deo consecrentur. 5.° Ut hebraicæ genti nihil admodum de abstinentiæ virtute Christianus populus concedat. Rursum per quatuor anni Tempora duodecim quodammodo anni menses peculiari jejunio dedicamus. Tria siquidem jejunia singulis temporibus præcipiuntur, quia unumquodque tempus tres menses complectitur; itaque cuique mensi suum veluti jejunium attribuitur. *Ita ferme Tetamus.*

ria quarta ac sexta Officium agitur, quomodo Vesperæ præcedenti Feria tertia et quinta ordinandæ sint patet ex dictis in Quadragesima n. 1. Cum vero de ipsis non agitur, servandæ erunt concurrentiæ leges. Ad Laudes (et per Horas) in Officio Quatuor Temporum Preces feriales persolvuntur flexis genibus (modo explicato l. cit. n. 3) ac etiam ad Vesperas, si fuerint de Feria quarta vel sexta, tametsi tunc Oratio Dominicæ antecedentis sit recitanda. *Rubr. tit.* 34 *n.* 4 *et* 5. Adjunguntur quoque Suffragia Sanctorum, quibus præmittitur commemoratio Crucis. In Feriis Quatuor Temporum Missa propria adest. *Confer tamen quod adnotavimus in Quadrag. n.* 15. In Solemnem Ministri utuntur Planetis plicatis etc. *Vide ita exposita l. cit. n. 4 sub finem.* — Hic juverit animadvertere Sabbatis Quatuor Temporum, aliisve ad sacros Ordines conferendos a jure præstitutis (*), Missam Feriæ ab Episcopo ordinante celebrandam esse, non vero Festi quod forte occurrat, cujus ne agenda quidem commemoratio est. Orationi ejus Missæ additur Collecta pro Ordinandis sub unica conclusione, dehinc secunda et tertia Oratio de tempore: si qua Vigilia inciderit, de ista erit secunda Oratio, tertia quæ alias secundo loco dicenda foret. Porro extra Tempora Missa occurrentis Festi legenda est cum Collecta pro Ordinandis sub unica conclusione ut supra, tum reliquæ Orationes recitandæ, si quæ locum habeant. *S. R. C.* 26 *Jan.* 1658 *in Conchen.*, 28 *Sept.* 1675 in *Compostellana ad 7 et 21 Mart.* 1744 *in Bergomen. ad* 2. Quod ad preces attinet, quarum recitatio ab Episcopo injungitur promotis ad Diaconatum et Subdiaconatum, adverte, per verba Pontificalis Romani *Ad Subdiaconatum et Diaconatum* (promoti) *Nocturnum talis diei* (dicite), non intelligi sane totum Officium Nocturnum cum Laudibus, sed unicum dumtaxat Nocturnum feriale vel primum Do-

---

(*) Ordines sacri die Sabbati conferuntur, quia Sabbatum requiem significat, vacuam quidem a negotiis sæculi, sed divino cultui apprime devotam: quæ requies Clericis in sortem Domini vocatis maxime congruit. Collatio Ordinum quatuor Temporibus adnexa est, ut nimirum per solemnia hæc jejunia, quibus una consociantur Fidelium preces, uberiorem Ecclesiæ Ministri ad munia sua suscipienda impetrent gratiam. *Ita ferme Tetamus.*

minicæ ut in Psalterio, idest duodecim priores Psalmos cum suis Antiphonis de tempore. Episcopi autem est designare Nocturnum vel ipsius diei quo Ordinationem peragit, vel diei alterius pro suo arbitrio. Si ipse nil aliud exprimat, quam quod verba Pontificalis sonant, tunc ab Ordinatis persolvi necesse est Nocturnum feriale, ut supra, respondens diei, qua sacra Ordinatio confecta est. *S. R. C.* 11 *Aug.* 1860 *in Granaten. ad* 9.

3. Quoties in aliquam ex Feriis Quatuor Temporum incidat Festum novem Lectionum, etiam translatum, vel dies Octava, Officium de ipso vel ipsa est persolvendum, Feriæ autem (quamvis Festum fuerit duplex primæ classis) agenda commemoratio in Laudibus et Missa, cum ipsius nona Lectione de homilia ad Matutinum, et Evangelio in fine Missæ. Lectiones primi Nocturni in Festo sumentur de Communi, si alias de Scriptura occurrente dicendæ forent, die autem Octava ut in ipsius Festo recitantur, dummodo Initium Scripturæ e præcedenti Dominica non sit reponendum. *Relege quod præscriptum est sub die* 15 *Jan. n. II.* De Festo simplici fit dumtaxat commemoratio, absque ejus Lectione. De Vigilia vero quæ occurrat in Quatuor Tempora, nihil in Officio agitur (utcumque hoc non sit de Feria), sed sola commemoratio fit in Missa, sine ejus Evangelio in fine. *Attende quod annotavimus in diem* 23 *Febr. n. XII.* Cum Feriæ Quatuor Temporum infra Octavam incidunt, Officium recitandum est de die infra Octavam cum Lectionibus primi Nocturni de Communi, nec non cum nona Lectione et commemoratione Feriæ; sed Missæ legendæ sunt omnes de Feria. *Recole quæ docuimus sub die* 23 *Febr. n. VII.* Quoties Feriis antedictis celebratur Festum duplex vel semiduplex aut dies Octava, in Ecclesiis Cathedralibus etc. binæ dicuntur Missæ Conventuales. *Confer c.* 8 *n.* 2 *et seqq.* Cum in Feria sexta Quatuor Temporum Officium agitur S. Confessoris Pontificis Postcommunionem habentis ex Missa *Statuit*, Postcommunio Feriæ petenda est ex Sabbato sequenti. *Videatur annotatio in Quadragesimam n.* 14.

4. Quoad reliqua spectantia ad Officium sive Dominicale sive Feriale hujus Mensis, perlege quod explicatum est de Dominicis et Feriis ab Octava Pentecostes usque ad Adventum.

KALENDARIUM

TRIUM ORDINUM S. P. FRANCISCI

FESTA OCTOBRIS

L. D.	D. M.	
—	—	*Dominica prima Octobris* fit de Festo SS. Rosarii B. M. V. d. maj. c. alb. Omn. ut 5 Aug. præt. ll. 2 n. pr. (ant. ad Mag. et 7 ℟. conclud. *Tuam S. Solemnit.)*, 9 l. hom. et com. Dom. in L. et M. ut ibi cum *Cr.*, Præf. *Et te in Solemnit.* ac Ev. Dom. in fine. Vesperæ juxta concurrentiæ leges. Sabbato præcedenti in Mart. 1 l. *Festum* etc.
A	1	B. Ludovicæ de Sabaudia Vid. (2 O.) d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Thesauro*, 9 l. et com. S. Remigii in L. et M. *Cognovi* or. ppr. Vesp. seq. pr., com. præc.
B	2	Ss. Angelorum Custodum d. min. c. alb. Omn. pr. Mis. ut ibi cum *Cr.* In Mart. 1 l. *Vig.*, 2 *Eod. die*, 3 *Assisii.* In Vesp. com. seq. or. pr. ac Translationis S. Claræ V. ut ibi.
C	3	(*Ap. nos* Vig. *cum jej.)* Ss. Cosmæ et Damiani Mm. sem. c. rub. ll. 2 n. pr., 3 *Descendens*, 8 ℟. *Hæc est*, 9 l. et com. Vig. ac Translat. in L. (ad Suffr. SS. ℣. pro B. M. V. *Dignare me*, sine com. S. P. N. Francisci) et M. ut ibi cum Ev. Vig. in fin. In Mart. 1 l. *Assisii.* (Post 9 leg. Mis. Vig. *Educ*). Vesp. seq. pr., sine com.
		Indulgentia plenaria
D	4	Solemnitas S. P. N. Francisci C. Trium Ord. Fundat. Inclyti d. 1 cl. cum oct. c. alb. Omn. pr. Mis. item pr. *Gaudeamus* cum Seq., *Cr.* et Præf. *Qui venerandum* per tot. oct., *nisi alit. not.* In Mart. 1 l. *In Oppido.* In Vesp. com. seq. tant. or. pr. In sero canitur Transitus.
E	5	B. Joannis a Pinna C. (1 O.) d. min. c. alb. (M. S.) ll. 2 n. pr., 3 *Nolite*, 9 l. Ss. Placidi et Soc.

Mm., com. oct. (ant. *S. Francisce* per tot. oct.) ac Ss. Mm. in L. et M. *Justus* or. pr., *Cr.* et Præf. oct. Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc. et oct. ant. *Salve S. Pater.*

6 S. Brunonis C. d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Sint lumbi*, com. oct. in L. et M. *Os justi* orr. ut in prop. loco, *Cr.* et Præf. oct. In Mart. 1 l. *S. Henrici.* In Vesp. com. seq. or. pr. (*in Brev.* 15 *Jul.*), oct., S. Marci Pp. et C. ℣. *Elegit* ac Ss. Sergii et Soc. Mm.

7 S. Henrici C. sem. c. alb. (M. S.) ll. 2 n. pr., 3 *Sint lumbi*, 9 l. S. Marci, com. oct., S. Marci ℣. *Amavit* ac Ss. Mm. in L. et M. *Os justi* or. pr., *Cr.* et Præf. oct. Vesp. seq. or. pr., com. præc. et oct.

8 S. Birgittæ Vid. d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Thesauro*, com. oct. in L. et M. *Cognovi* or. pr., Epist. *Viduas honora*, *Cr.* et Præf. oct. In Vesp. com. seq. or. pr. et oct.

— *Dominica* 2 *Octobris* fit de Festo Maternitatis B. M. V. d. maj. c. alb. Omn. pr., 9 l. hom. et com. Dom. et oct. (si sit infra eam) in L. et M. pr. cum *Cr.*, Præf. *Et te in Festiv.* ac Ev. Dom. in fin. Vesperæ juxta concurrentiæ leges. Sabbato præcedenti in Mart. 1 l. *Festum* etc.

9 Ss. Dionysii et Soc. Mm. sem. c. rub. ll. 2 et 3 n. pr., com. oct. in L. et M. ut ibi 3 or. *Concede*, *Cr.* et Præf. oct. Vesp. a cap. seq. (M. S.) or. pr., com. præc. et oct.

10 S. Francisci Borgiæ C. sem. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Ecce nos*, com. oct. in L. et M. de Com. Ab. or. pr. (in Secr. et Postcom. omittit. verbum *Abbas*), 3 loc. *Concede, Cr.* et Præf. oct. In Mart. 1 l. *Octav.* Vesp. seq. ut in 1 Vesp. festi, com. præc.

11 Oct. S. P. N. Francisci d. min. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., rel. ut ibi et in festo. Mis. *ut in die* cum Seq., *Cr.* et Præf. pr. In Mart. 1 l. *Asculi.* Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc.

12 S. Seraphini C. (O. Cap.) d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Nolite.* Mis. *Justus* or. pr. In Mart. 1 l. *Ap. Septam.* Vesp. seq. or. pr., com. præc.

Indulgentia plenaria

F	13	Ss. Danielis et Soc. Mm. (1 O.) d. 2 cl. c. rub. ll. 1 n. *Fr. debit.*, 2 pr., 3 *Descendens*, 8 ℟. *Hæc est.* Mis. ut ibi cum *Cr.* In Vesp. com. seq. or. pr.
G	14	S. Callisti Pp. et M. d. min. c. rub. ll. 2 n. pr. *in B. rec.*, 3 ut 26 Jan. Mis. ut ibi. Vesp. a cap. seq. hym. et or. pr., com. præc.
A	15	S. Teresiæ V. d. min. c. alb. Ad Mat. et L. hym. et ll. 2 n. pr., 3 *Decem virg.* Mis. *Dilex.* or. pr. In Mart. 1 l. *S. Wenceslai.* In Vesp. com. seq. or. pr.
—	—	*Dominica* 3 *Octobris* fit de Festo Puritatis B. M. V. d. maj. c. alb. Omn. pr., 9 l. hom. et com. Dom. in L. et M. pr. cum *Cr.*, Præf. *Et te in Festiv.* ac Ev. Dom. in fin. Vesperæ juxta concurrentiæ leges. Sabbato præcedenti in Mart. 1 l. *Festum* etc.
B	16	S. Wenceslai M. sem. c. rub. ll. 2 n. pr., 3 *Si quis vult.* Mis. *In virtute* or. pr., 2 loc. *A cunct.*, 3 ad lib., Ev. ex Mis. *Sacerd. Dei.* Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc.
C	17	S. Hedwigis Vid. sem. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Thesauro.* Mis. *Cognovi* or. pr., 2 loc. *A cunct.*, 3 ad lib. Vesp. seq. or. pr., sine com.
D	18	S. Lucæ Ev. d. 2 cl. c. rub. Omn. ut ibi. Mis. pr. cum *Cr.* et Præf. Ap. In Mart. 1 l. *Arenis.* In Vesp. com. seq. pr.
		Indulgentia plenaria
E	19	S. Petri de Alcantara C. (1 O.) d. 2 cl. c. albus. Omn. pr. Mis. ut ibi cum *Cr.* In Mart. 1 l. *In Polonia.* In Vesp. com. seq. or. pr.
F	20	S. Joannis Cantii C. d. min. c. alb. Ad Mat. et L. hym. *(qui dic. uti jacent)* et ll. 2 n. pr., 3 *Sint lumbi.* Mis. pr. In Mart. 1 l. *Ap. Coloniam.* Vesp. a cap. seq. ut ibi, com. præc. ac S. Hilarionis Ab. *(Ap. Monial.* Vesp. seq. ut ibi, com. præc. ac S. Hilarionis).
G	21	Ss. Ursulæ et Soc. Vv. et Mm. d. min. c. rub. *(Ap. Monial.* dup. maj. ll. 1 n. *Confitebor)* ll. 2 n. pr., 3 *Decem virg.*, 9 l. et com. S. Hilarionis in L. et M. ut ibi. In Mart. 1 l. *Varsaviæ.* Vesp. a cap. seq. (M. S.) or. pr., com. præc. *(Ap. Monial.* In Vesp. com. seq. or. pr.).

22 B. Ladislai C. (1 O.) d. min. c. alb. ll. 2 et 3 n. pr. Mis. *Justus* or. pr. In Mart. 1 l. *Ap. Villakum.* Vesp. seq. ℣. ant. ad Mag. et or. pr., com. præc.

Indulgentia plenaria

23 S. Joannis a Capistrano C. (1 O.) d. 2 cl. c. alb. ll. 1 n. *Beat. vir*, rel. cum ant. ad Bened. pr. Mis. item pr. *Ego autem* cum *Cr.* In Mart. 1 l. *In Anglia.* In Vesp. com. seq. or. pr.

24 S. Eduardi C. sem. c. alb. (M. S.) ll. 2 n. pr., 3 *Sint lumbi.* Mis. *Os justi* or. pr., 2 loco *A cunct.*, 3 ad lib. In Mart. 1 l. *Colfani.* Vesp. seq. (M. S.) or. pr., com. præc. ac Ss. Chrysanthi et Dariæ Mm.

25 B. Francisci de Calderola C. (1 O.) d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Sint lumbi*, 9 l. et com. Ss. Mm. in L. et M. *Os justi* or. ppr. In Mart. 1 l. *S. Lini.* In Vesp. com. seq. ac S. Evaristi Pp. et M. *ex Laud.*

26 S. Lini Pp. et M. sem. c. rub. ll. 2 n. ut ibi vel 23 Sept., 3 *Si quis venit*, 9 l. et com. S. Evaristi *ex 1 Vesp.* in L. et M. *Statuit* orr. ex Mis. *Sacerd. Dei*, 3 loco *A cunct.* In Mart. 1 l. *Vig.*, 2 *Neapoli.* Vesp. seq. or. pr., com. præc.

27 (Vig.) B. Mariæ Franciscæ a Vulneribus D. N. J. C. V. (3 O.) d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Decem virg.*, 9 l. et com. Vig. in L. et M. *Dilex.* or. ppr. et Ev. Vig. in fin. (Post 9 leg. Mis. Vig.) Vesp. seq. or. pr., com. præc.

28 Ss. Simonis et Judæ Ap. d. 2 cl. c. rub. Omn. ut ibi. Mis. pr. cum *Cr.* et Præf. Ap. Vesperæ juxta concurrentiæ leges.

29

30 B. Bonaventuræ a Potentia C. (O. Conv.) sem. ad lib. Omn. ut in fine Breviarii. In Mart. 1 l. *Vig.*, 2 *Reate.* Vesp. seq. or. pr., com. præc.

31 (Vig.) B. Thomæ a Florentia C. (1 O.) d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Sint lumbi*, 9 l. et com. Vig. in L. et M. *Os justi* or. pr. et Ev. Vig. in fin. (Post 9 leg. Mis. Vig.) Vesp. seq. pr., sine com.

ADNOTATIONES

in Festa Octobris

Dominica Octobris prima juxta civile computum Festum celebratur SS. Rosarii B. M. V., ut in Kalendario designatum est. In Præfatione nequaquam dicitur *Et te in Solemnitate Rosarii*, sed tantum *Et te in Solemnitate B. M. V.* etc. *S. R. C.* 3 *Mart.* 1761 *in Aquen. ad* 9. Quando ejusmodi Festum occurrit die tertia hujus, apud nos Hymno Completorii minime adjicitur clausula *Jesu tibi sit gloria* etc., quia in secundis Vesperis non fit ipsius commemoratio. *Videatur annotatio in* 23 *Januarii n. IV* 3.° Si in Officio SS. Rosarii commemoratio agenda sit cujuspiam S. Martyris, Virginis vel Viduæ, uti B. Ludovicæ apud nos, istius ℣. in Laudibus erit *Specie tua*, ne bis dicatur *Diffusa*.

II. Si prima Dominica Octobris Festo impediatur æqualis vel altioris ritus aut die Octava (quæ non sit de B. M. V. *Confer c.* 4 *n.* 2 *I.*°), Festum SS. Rosarii nequit in Dominicam sequentem transferri, sed reponendum erit die proxima non impedita juxta Rubricas. *S. R. C.* 21 *Jul.* 1855 *in Olomucen. ad* 1 *et* 2. Ac si transferatur ad Adventum, immutabitur ultima Antiphona tertii Nocturni et ultimus ℣. Gradualis, quemadmodum de Festo Patrocinii ejusdem B. M. V. 8 Novembris observabimus. Ubi vero illud perpetuo transferri necesse sit, id præstandum, quod annotatio ad calcem pag. 61 declarat.

Dies Mensis 1. — I. Prima die non impedita dicitur Officium Defunctorum. *Relege c.* 7 *n.* 5 *et c.* 8 *n.* 25.

II. Festum S. Remigii est semiduplex ad libitum, et simplex ex præcepto. Quapropter cum omittitur prout semiduplex ad libitum, ejus commemoratio agenda est, quatenus simplicis juxta Rubricas. *S. R. C.* 12 *Mart.* 1678 *in Mexicana ad* 7.

III. Ubi S. Remigii Officium persolvitur ritu semiduplici, ibi dicuntur omnia de Communi Confessoris Pontificis primo loco præter Lectiones primi Nocturni, quæ sunt de Scriptura occurrente, ac primam Lectionem

secundi Nocturni, quæ hac die propria adest. In Missa *Statuit* de Communi adjungitur 2 Oratio *A cunctis*, 3 ad libitum. *Rubr. ibi.*

2. — I. In Festo Ss. Angelorum Custodum (ac per eorum Octavam, ubi concessa est) Hymni Horarum absolvi nequeunt per stropham *Deo Patri sit gloria*, *qui quos redemit Filius* etc. ut in Hymno Laudum; id quippe dumtaxat proprium est Festorum Domini et B. M. Virginis. *S. R. C.* 19 *Jun.* 1700 *in Curien. ad* 4. *Vide etiam annotata sub die* 23 *Jan. n. IV in fine.* Ubi addi opus est commemorationem diei infra Octavam S. Michaelis Archangeli, adhibetur ℣. *Stetit Angelus.*

II. Festum Ss. Angelorum, licet duplex minus, in concursu cum Festo alio quod ritu quidem par sit, sed inferius dignitate, prælationem obtinet. *S. R. C.* 22 *Aug.* 1711 *in una Prov. Galliæ Societatis Jesu.* At eorum diei Octavæ (ubi locum habet) prælatio nulla tribuitur. *S. R. C.* 12 *Apr.* 1823 *in Panormitana ad* 5.

III. Ubi Ss. Angelorum Festum ex Indulto Apostolico celebratur mense Septembri, illius nequit recitari Officium etiam hac die secunda Octobris. *S. R. C.* 30 *Sept.* 1679 *in una Ord. Capuccinorum ad* 4.

IV. Si hodie fuerit Sabbatum, apud nos nona Lectio est de homilia Vigiliæ S. P. N. Francisci anticipatæ, cujus quoque commemoratio agitur in Laudibus et Missa cum ipsius Evangelio in Missæ fine: binæ insuper Missæ Conventuales leguntur, quæ quomodo ordinentur jam explicuimus c. 8 n. 2 et seqq.

3. — I. Inter Liturgicos non convenit, utrum Ss. Cosma et Damianus, quorum hodie apud nos, die vero 27 Septembris in Ecclesia universali colitur memoria, iidem sint quorum in Oratione Canonis *Communicantes* mentio habetur.

II. Si forte alicubi (extra Ordinem nostrum) hodie Festum agatur secundarium sacrorum Stigmatum S. P. Francisci, quonam pacto ibi Vesperas ordinari necesse sit, patet ex c. 5 n. 3.

4. — I. Solemnitas S. P. N. Francisci tam in occursu quam in concursu (apud nos nostroque Breviario utentes) ex privilegio præfertur cuicumque Festo ejusdem ritus,

nisi istud primarium sit simulque insigni dignitate præditum. *Rubr. pecul. n.* 79 *et* 126. Quod vero ad rationem spectat, qua a Regularibus Festum proprii S. Fundatoris est colendum, an scilicet cum præcepto adstandi Sacro et abstinendi a servilibus necne, singulorum Ordinum Constitutiones observari par est. *S. R. C.* 11 *Jul.* 1807 *in Corduben. ad* 1.

II. Utentibus nostro Franciscano Breviario licet ex privilegio in *Confiteor* ad Primam, Completorium et Missam post nomina Ss. Apostolorum addere nomen *Beati Patris nostri Francisci.* Hanc itidem *Patris nostri* appellationem iisdem fas est usurpare in ℣. *Ora pro nobis* etc. et in Orationibus seu Breviarii seu Missalis, ubi Patriarcha Seraphicus nominatur. *Rubr. pecul. n.* 158 *et S. R. C.* 22 *Aug.* 1818 *in Hispalen. ad* 2.

5. — Ubi celebrandum sit Officium Ss. Placidi et Sociorum Martyrum ritu simplici, id perficiatur quod docuimus sub die 14 Aprilis n. III. Missa erit *Salus autem* de Communi plurimorum Martyrum, cum Orationibus quæ hac ipsa die propriæ extant.

7. — I. Quamvis Festum S. Henrici apud nos, non quidem die 15 Julii, sed hodie colitur, in ejus tamen Oratione non sunt reticenda verba illa *Hodierna die.* Hæc enim verba hunc vel similem sensum efferunt: *Deus qui B. Henricum Confessorem tuum e terreni culmine imperii ad regnum æternum transtulisti; quod beneficium illi a te concessum recolimus hodierna die.* Ac ita porro in similibus. *Tetamus ad diem* 15 *Julii. Recole etiam dicta c.* 4 *n.* 8.

II. Si alicubi oporteat Officium peragi S. Marci Papæ et Confessoris ritu simplici, illud ordinabis, prout præscriptum est sub die 14 Aprilis n. III. Missa erit *Sacerdotes tui* de Communi Confessoris Pontificis secundo loco, cum Orationibus quæ die hac in Missali præst sunt. Si vero legenda sit Missa Ss. Sergii et Sociorum Martyrum, eam sumes e Communi plurimorum Martyrum secundo loco, nempe *Sapientiam*, cum Orationibus quæ propriæ adsunt.

Dominica secunda Octobris, juxta civile computum, apud nos et alibi Festum agitur Maternitatis B. M. V., ut in Kale

dario innuitur. Capitulum Vesperarum adhibendum quoque est ad horam Tertiam, uti fit in Festis Assumptionis, nec non Almæ Domus Lauretanæ. *Rubr. tit.* 29 *n.* 3. In illo nequeunt interponi verba *Et in Israel hæreditare*, sed plane legendum uti jacet. *S. R. C.* 29 *Mart.* 1851 *in Mediolanen. ad* 6.

II. Quoties Festum Maternitatis occurrit in Festo primario alicujus Sancti eodem ritu, illud utpote secundarium loco cedit. *S. R. C.* 12 *Apr.* 1823 *in Panormitana ad* 12. *Relege etiam c.* 4 *n.* 2 *II.*° Item cedit diei Octavæ, quæ non sit de eadem B. M. Virgine. *Confer ibidem c.* 4 *n.* 2 *I.*° At eo in casu apud nos, ex Decreto concessionis 3 Septembris 1842, transfertur in primam diem non impeditam; quæ nempe si careat nona Lectione de homilia vel Festi simplicis, octava Lectio B. M. V. desinit ad voces *Præponis Auctori,* nona vero ibi incipit: *Felix Maria.* Quod si perpetuo sit transferendum, videatur annotatio ad calcem pag. 61. Ubi demum translationis Indultum desideratur, Festum illud omitti necesse est. *S. R. C.* 21 *Jul.* 1835 *in Olomucen. ad* 3. *Attende quod exposuimus c.* 4 *n.* 14.

9. — I. In Ecclesia universali Missa Ss. Dionysii et Sociorum Martyrum dicitur cum 2 Oratione *A cunctis*, 3 ad libitum, sine *Credo* et cum Præfatione communi.

II. In dubio quod alicubi suboriatur, num S. Dionysius sit solus Titularis Ecclesiæ, an vero una cum ejus Sociis, Officium peragendum est unius Martyris, nempe S. Dionysii tamquam Titularis. *S. R. C.* 12 *Aug.* 1854 *in Lucionen. ad* 16. Rursum S. Dionysius est sejungendus a Sociis, ubi colitur ceu Patronus principalis; ejusque Oratio in utroque casu hæc est: *Deus, qui hodierna die B. Dionysium Martyrem tuum atque Pontificem virtute constantiæ in passione roborasti; tribue nobis, quæsumus, ejusdem imitatione pro amore tuo prospera mundi despicere, et nulla ejus adversa formidare. Per Dominum* etc. Ipsius porro Socios transferri opus est in diem proximam non impeditam, cum Oratione *Deus, qui nos concedis* etc. de Communi. *S. R. C.* 4 *Sept.* 1745 *in Aquen. ad* 5. Reliqua pro Officio S. Dionysii haurienda sunt e Communi unius Martyris Pontificis, præter Le-

ctiones secundi et tertii Nocturni, quæ prostant in Breviario hac ipsa die. Missa erit *Sacerdotes Dei*, Oratio ut supra, Epistola et Evangelium in proprio. Officium autem Sociorum ejus sumitur de Communi plurimorum Martyrum secundo loco, præter Lectiones primi Nocturni, quæ recitantur de Scriptura occurrente. Missa *Sapientiam* item est de eodem Communi. *Vide supra c.* 2 *n.* 30.

10. — I. In Festo S. Francisci Borgiæ legenda est Missa de Communi Abbatum, præter priorem Orationem, quæ propria est, ubi cognomen *Borgiam*, si adsit, est expungendum: in Secreta autem et Postcommunione reticetur vox *Abbas. Ita Missale Rom. typicum. Attende insuper quod annotavimus in diem* 2 *Aprilis.*

II. In Ecclesia universali Missa S. Francisci Borgiæ 2 Orationem habet *A cunctis*, 3 ad libitum, sine *Credo* et cum Præfatione communi.

15. — Quoties Festum S. Teresiæ transfertur, aut in primis Vesperis tantummodo ipsius commemoratio agitur, Hymnus *Regis superni nuntia* adjungitur ad Matutinum, et ad secundas Vesperas, si integras habeat. Hymnus vero *Hæc est dies* (mutatis in translationis casu vocibus *Hæc est* in verbum *Felix*) dicitur ad Laudes, ejusque conclusio nunquam variatur, utpote propria. *Rubr. ibi.* Item si die præcedenti peractum alicubi sit Festum præditum secundis Vesperis integris, id ipsum præstandum est quod paullo ante diximus, sed in Hymno ad Laudes nulla verborum immutatio locum habet.

Dominica tertia Octobris juxta civile computum, apud nos et alibi Festum recolitur Puritatis B. M. V., uti ex Kalendario perspectum est. Capitulum Vesperarum iteratur quoque ad Tertiam, quemadmodum fit in Festo Assumptionis et Almæ Domus Lauretanæ. *Rubr. tit.* 29 *n.* 3.

II. Si Festum Puritatis inciderit in aliud æqualis vel altioris ritus aut in diem Octavam, id præstabitur, quod die 7 hujusce mensis de Festo Maternitatis præscriptum est. In casu autem ibi præviso octava Lectio B. M. V. absolvitur ad verba *Donum humilitatis*, nona vero inchoatur ab illis *O admirandam*. Porro in ejusmodi Of-

ficio ac Missa nihil plane est immutandum, etiamsi Festum in Adventu reponatur; quum enim illa sint propria, hujusce temporis nullam oportet rationem haberi. *Ex Gardellini in Decretum diei* 25 *Aug.* 1818 *in Hispalen. ad* 6. Quid autem facto sit opus, cum perpetuo transferendum est, docet annotatio ad calcem pag. 61.

6. — In Festo S. Wenceslai Martyris non est legenda homilia S. Hieronymi in Evangelium *Nolite arbitrari*, sed altera in Evangelium *Si quis vult*, ut in Breviario. *S. R. C.* 11 *Sept.* 1841 *in Namurcen. ad* 4.

9. — Si quando contigerit ut primæ Vesperæ S. Petri de Alcantara integræ recitentur, apud nos Antiphonæ, Capitulum etc. sunt propria. *Rubr. ibi.*

0. — Ubi de Festo S. Joannis Cantii in primis Vesperis fiat saltem a Capitulo, in iis Hymnus *Gentis Polonæ* producitur usque ad *Redemptionis pretium*, ac ita absolvitur: *Te prona mundi machina, clemens adoret Trinitas, et nos novi per gratiam, novum canamus canticum. Amen.* Quod si Festum hoc secundas Vesperas habeat integras, idem ille Hymnus repetitur etiam ad Laudes, atque in secundis Vesperis adhibetur Hymnus *Te deprecante.* Ad Matutinum porro in utroque casu dicitur tantum Hymnus *Corpus domas* usque ad finem. At vero si primis dumtaxat Vesperis careat, tunc earum Hymnus *Gentis Polonæ* adjungitur ad Matutinum, Hymnus Matutini *Corpus domas* ad Laudes, et Hymnus *Te deprecante* ad secundas Vesperas. Rursum si secundis tantum Vesperis caruerit, ad primas Vesperas additur Hymnus *Gentis Polonæ*, ad Matutinum *Corpus domas*, ad Laudes *Te deprecante.* Denique si utrisque Vesperis destituetur, Hymnus *Gentis Polonæ* connectitur cum altero Matutini *Corpus domas* sub unica conclusione *Sit laus Patri* etc., et ad Laudes recitatur Hymnus *Te deprecante* etc. *S. R. C.* 23 *Maj.* 1835 *in Namurcen. ad* 8, *Rubr. nostri Brev. ibi et Caval. prout annotatum est sub die* 2 *Martii.*

21. — I. Ubi insignis Reliquia asservatur vel unius tantum ex Ss. Virginibus et Martyribus Sociis S. Ursulæ, earum omnium conjunctim Officium persolvendum est ritu duplici minori. *S. R. C.* 11 *Jan.* 1749 *in una Ord. Excalc. S. Augustini ad* 5. *Consule etiam c.* 2 *n.* 27.

II. Si celebrandum sit Officium S. Hilarionis Abbatis ritu simplici, id præstetur quod monuimus sub die 14 Aprilis n. III. Missa erit de Communi Abbatum.

24. — Hodie alicubi, extra Ordinem nostrum juxta dicta sub die 16 Aprilis n. III, Officium peragitur S. Raphaelis Archangeli, in cujus octava benedictione pronunciandum non est *Quorum Festum*, sed *Cujus Festum* de more. *S. R. C.* 13 *Sept.* 1692 *in Hispalen. ad* 5. Ubi S. Raphael colitur tantummodo ritu duplici minori, num integras obtineat Vesperas necne in concursu cum alio Festo ejusdem ritus, exploratum esto ex c. 5 n. 2 III.

25. — Ubi Ss. Chrysanthi et Dariæ Martyrum Officium agitur ritu simplici, istud ordinabis prout demonstratum est sub die 14 Aprilis n. III. Missa illorum propria hac ipsa die in promptu est.

26. — I. Si hodie fuerit Sabbatum, recitatur nona Lectio de homilia Vigiliæ Ss. Simonis et Judæ anticipatæ; hujus fit commemoratio (ante alteram S. Evaristi) in Laudibus et Missa cum ipsius Evangelio in Missæ fine, ac binæ dicuntur Missæ Conventuales, quas rite ordinabis uti jam præmonuimus c. 8 n. 2 et seqq.

II. Ubi hodie neque occurrit, neque ullum reponendum sit Festum duplex aut semiduplex, Officium persolvitur de Vigilia anticipata, cum commemoratione S. Evaristi, cujus tamen Lectio ad Matutinum prætermittitur. *Confer quod advertimus sub die* 24 *Febr. n. II.*

III. Ubi celebratur Officium S. Evaristi Papæ et Martyris ritu simplici, quid agi opus sit, jam docuimus sub die 14 Aprilis n. III. Missa erit *Statuit* de Communi unius Martyris Pontificis.

27. — Si hodie non sit Dominica, nona Lectio est de homilia Vigiliæ etc. ut in Kalendario. Ubi vero neque illa occurrat, neque reponendum sit Festum aliquod duplex vel semiduplex, Officium peragitur de Vigilia, quod nimirum ordinabis prout jam tradidimus sub die 24 Februarii n. II.

28. — Si Ss. Apostolos Simonem et Judam, alterum ab altero, oporteat sejungi, quia nempe alteruter est principalis Patronus vel Titularis, hac die quidem colitur S. Patronus vel Titularis ritu duplici primæ classis cum

Octava, alter vero transfertur sub ritu duplici secundæ classis in primam diem non impeditam. *Confer dicta c.* 2 *n.* 26. Illorum porro Officium ordinatur hoc modo: pro S. Simone Lectiones primi Nocturni sumuntur de Communi Apostolorum, pro S. Juda legitur Initium Epistolæ ejusdem Apostoli. Prima Lectio secundi Nocturni propria adest, ut in Breviario, et cum ea dividi nequeat, in utroque Festo legenda est; secunda vero et tertia ejusdem secundi Nocturni, pro S. Simone sumitur ex Communi Apostolorum primo loco, pro altero ex eodem Communi secundo loco. Lectiones demum tertii Nocturni pro utroque Festo recitantur uti hodie in Breviario. Oratio in singulari numero usurpatur, expresso scilicet nomine vel Simonis vel Judæ; et si ratione concurrentiæ varianda sit, pro commemoratione adhiberi potest Oratio Vigiliæ in singulari, immutato verbo *Prævenimus* in *celebramus*, et *Præveniat* in *imploret.* Missa pro alterutro Apostolo dicitur ut in Missali hac ipsa die, cum Orationibus in singulari. *Gav. sect.* 7 *c.* 12 *n.* 28.

. — I. Hodie apud nos occurrit Officium ad libitum B. Bonaventuræ a Potentia: an die hac fas sit ponere perpetuo vel per accidens aliquod translatum, collige ex dictis c. 4 n. 15.

II. Si hodie fuerit Sabbatum, nona Lectio adjungitur de homilia Vigiliæ omnium Sanctorum anticipatæ; cujus præterea commemoratio locum habet in Laudibus et Missa cum ipsius Evangelio in Missæ fine; duæ insuper celebrantur Missæ Conventuales, quas rite ordinandi modus patet ex c. 8 n. 2 et seqq. At si neque occurrat, nec reponendum sit Festum aliquod duplex vel semiduplex, Officium agitur de Vigilia anticipata, quod ordinabis prout traditum est sub die 24 Febr. n. II.

. — I. Si hodie non incidit Dominica, nona Lectio est de homilia Vigiliæ etc. ut in Kalendario. Ac si alicubi Festum recurrat habens idem Evangelium ac Vigilia, id perfice quod monuimus sub die 23 Februarii n. XI.

II. Ubi in Vigilia omnium Sanctorum accidat ut Festum semiduplex celebretur, quin obstet commemoratio Vigiliæ, ad Laudes non sunt omittenda Suffragia Sanctorum, ac in Missa addenda est, non quidem Oratio de

Spiritu sancto, sed *A cunctis* etc. *S. R. C.* 21 *Jun.* 1710 *in una Ord. Capuccinorum ad* 1. In Ecclesia nihilominus Sanctis omnibus dicata peculiare eorum Suffragium praeteritur, ne bis de ipsis fiat in eadem Officii parte. *Rubr. pecul. n.* 213 *et Caval. to.* 2 *c.* 33 *d.* 7 *n.* 4. Quod quidem Suffragium, quando eidem locus adest, peragitur post Ss. Apostolos (*Gav. sect.* 5 *c.* 18 *n.* 9) sed apud nos post S. P. N. Franciscum. *Rubr. pecul. n.* 209. *Attende etiam quod declaratum est sub die* 1[illegible] *Jan. n. II et seqq.*

III. Cum Officium Vigiliae persolvi opus est, eo quod neque occurrat, neque reponendum sit Festum aliquod novem Lectionum, illud ordinabis uti heri monuimus n. II. Si porro hodie fuerit prima infra Mensem dies, qua agatur Officium feriale, in Ecclesiis Cathedralibus etc. binae celebrantur Missae Conventuales, altera scilicet de Requie post Primam vel Laudes Defunctorum, altera de Vigilia post Nonam. In occursu autem Vigiliae (Festi simplicis, vel Feriae quae Missa propria potiatur) minime habetur ratio Missae Dominicae praecedentis, quamvis necdum recitata sit, neque infra Hebdomadam locum obtineat. Rubrica enim (*tit.* 5 *n.* 1) illam dumtaxat praecipit resumendam tum cum diei Missa deficit, quemadmodum consideranti patet, atque praxis communis confirmat.

IV. Si hodie alicubi Festum celebratum sit duplex secundae classis, de ipso in primis Vesperis omnium Sanctorum non est omittenda commemoratio. *S. R. C.* 23 *Jun.* 1736 *in Einsidlen. ad* 15. *Confer quoque c.* 6 *n.* 8.

ANNOTANDA

IN DOMINICAS ET FERIAS OCTOBRIS

1. In Dominicis Octobris (juxta computum Ecclesiasticum, quod declaratum est in animadversionibus de tempore a Pentecoste ad Adventum n. 3) ad *Magnificat* (vel pro cujusque Dominicae commemoratione) dicuntur ii

primis Vesperis Antiphonæ quæ præcedenti Sabbato designantur; ac ponuntur Initia librorum Machabæorum, quorum Lectio per singulas Hebdomadas continuatur (*). At vero si October ex quatuor tantum Dominicis constiterit, tunc Feria quinta Hebdomadæ quartæ ac duobus insequentibus diebus sumentur Lectiones Dominicæ quintæ nec non Feriæ II ac III post hanc Dominicam, quamvis Initia non sint. *Rubr. ante Fer. V Hebd. IV Octobris.* Responsoria tamen (si Officium Feriæ agatur) erunt de Feria occurrente, vel de primo Nocturno Dominicæ primæ Octobris, si necdum fuerint recitata. *Rubr. tit.* 27 *n.* 7. Si porro Feria quinta, sexta ac Sabbatum Hebdomadæ quartæ impediantur, eo anno omittentur Lectiones illæ, quæ præfatis diebus legi nequeunt. *Rubr. ante Fer. V prædictam.* Attamen si Feria quinta dumtaxat impedita sit, tunc in Feria sexta ponentur Lectiones Dominicæ quintæ, et proximo Sabbato Lectiones Feriæ secundæ. At ubi una tantum dies fuerit libera, in ea poni debent Lectiones Dominicæ quintæ; servandus quippe semper est ordo historiæ. Verum si October contineat quidem Hebdomadas quinque, sed in Dominica quinta ac duobus proximis diebus recitari nequiverint Lectiones ibi consignatæ, ipsæ transferentur in Ferias sequentes ejusdem Hebdomadæ quintæ item juxta ordinem historiæ ac martyrii Machabæorum (*Rubr. l. cit.*); quæ Feriæ si fuerint impeditæ, necesse erit ut penitus Lectiones illæ prætermittantur; cum privilegio careant repositionis in Festis obtinentibus Lectiones primi Nocturni proprias vel de Communi adsignatas. *Rubr. pecul. n.* 193 *et* 194. *Perlege etiam exposita post Epiphaniam n.* 10, 11 *et* 12.

2. Quod attinet ad Hymnos in Matutino et Laudibus Dominicæ, nec non ad reliqua omnia spectantia ad Officium Dominicale et Feriale, pervidendum est quod docuimus in Dominicis et Feriis ab Octava Pentecostes usque ad Adventum.

(*) Mense Octobri leguntur libri Machabæorum, ut nempe mentem subeat, in virtutis studio proficientibus jugiter cum vitiis ac vitiosorum hominum insidiis esse pugnandum. *Sic ferme Tetamus.*

KALENDARIUM

TRIUM ORDINUM S. P. FRANCISCI

L. D.	D. M.	FESTA NOVEMBRIS
D	1	Solemnitas omnium Sanctorum d. 1 cl. cum oct. c. alb. Omn. pr. Mis. item pr. cum *Cr.* Vesp. de solemnitate. Post *Bened. Domino* dic. Vesp. Def. *ritu dup.* (de præcepto etiam extra Chorum) sine Ps. *Lauda*, cum or. *Fidelium* sub conclus. long. et dicto ℣. *Requiescant* et ℟. *Amen*, nihil aliud addendum est, sic et cras.
E	2	*Commemoratio omn. Fidelium Defunctorum* dup. c. nig. De 2 die infra oct. sem. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., rel. ut ibi et in festo. Mis. ut heri (unica Conventualis post 3) 2 or. de Sp. S., 3 *Eccl.* vel pro Pp. et *Cr.* Reliquæ dic. de Requie 1 in ord. uti jacet. Hodie dic. totum Off. Def. sine Ps. *De profundis*, nec potest anticip., nisi a privatim recitantibus. Laici Regulares dic. 100 *Pater*, *Ave* et *Requiem*. Post 9 canit. Mis. de Req. ut supra, et in Absolut. quæ postea fit ad Tumulum dic. ℟. *Libera me Dom.* cum or. *Fidelium* sub conclus. brevi. Vesperæ de oct., nisi faciendum sit de Festo aliquo, quia tunc servabuntur concurrentiæ leges.
F	3	De 3 die infra oct. sem. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., rel. ut ibi et in festo. Mis. *ut in die* 2 or. de Sp. S., 3 *Eccl.* vel pro Pp. et *Cr.* In Mart. 1 l. *Mediolani*, 2 *Patavii.* Vesp. seq. or. pr., com. oct., B. Helenæ Enselminæ V. 2 Ord. ac Ss. Vitalis et Agricolæ Mm.
G	4	S. Caroli Ep. et C. d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Homo pereg.*, 9 l. Ss. Mm., com. oct., B. Helenæ ac Ss. Mm. ℣. *Exultent* in L. et M. *Statuit* or. pr. et *Cr.* In Mart. 1 l. *Ap. Burgum.* Vesp. a cap. seq. (M. S.) or. *Adesto*, com. præc. et oct.
A	5	B. Raynerii C. (1 O.) d. min. c. alb. ll. 2 et 3 n.

de Com. 2 loc., com. oct. in L. et M. *Justus* cum *Cr.* In Vesp. com. oct.

6 De 6 die infra oct. sem. c. alb. Omn. ut die 3 hujus. In Mart. 1 l. *Aquilæ.* Vesp. seq. (M. S.) or. pr., com. oct.

7 B. Bernardini de Fossa C. (1 O.) d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Sint lumbi,* com. oct. in L. et M. *Os justi* or. ppr. et *Cr.* Vesp. a cap. seq. ut in 1 Vesp. festi, com. præc. ac Ss. Quatuor Coronatorum Mm. ℣. *Exultabunt.*

8 Oct. omn. Sanctorum d. min. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., rel. ut ibi et in festo, 9 l. et com. Ss. Mm. ℣. *Letamini* in L. et M. *ut in die* cum *Cr.* Vesp. a cap. seq., com. præc. ac S. Theodori M.

— *Dominica* 2 *Novembris* fit de Festo Patrocinii B. M. V. d. maj. c. alb. Omn. ut 5 Aug. præt. ll. 2 n. pr., (ant. ad Mag. et 7 ℟. conclud. *Tuum S. Patroc.*), 9 l. hom. et com. Dom. in L. et M. *a Pent. ad Adv.* cum *Cr.*, Præf. *Et te in Festiv.* ac Ev. Dom. in fin. Vesperæ juxta concurrentiæ leges. Sabbato præcedenti in Mart. 1 l. *Festum* etc.

9 Dedicatio Basil. SS. Salvatoris d. min. c. alb. Omn. ut ibi, 9 l. et com. S. Theod. in L. et M. *Terrib.* cum *Cr.* (secr. sine *Parenth.*) Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc. ac Ss. Triphonis et Soc. Mm.

10 S. Andreæ Avell. C. d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Sint lumbi,* 9 l. et com. Ss. Mm. in L. et M. *Os justi* or. pr. Vesp. a cap. seq. ant. ad Mag. et or. pr., com præc. ac S. Mennæ M.

11 S. Martini Ep. et C. d. min. c. alb. Omn. pr., 9 l. et com. S. Mennæ in L. et M. ut ibi. In Mart. 1 l. *Compluti.* Vesp. seq. pr., com. præc.

Indulgentia plenaria

12 S. Didaci C. (1 O.) d. 2 cl. c. alb. Omn. pr. Mis. item pr. cum *Cr.* In Mart. 1 l. *S. Martini.* In Vesp. com. seq.

B 13 S. Martini Pp. et M. sem. c. rub. ll. 2 n. pr., 3 *Si quis venit,* 8 ℟. *Dom. prævenisti.* Mis. ut ibi 2 or. *A cunct.,* 3 ad lib. In Mart. 1 l. *Anconæ.* Vesp. seq. (M. S.) or. pr., com. præc.

C	14	B. Gabrielis Ferreti C. (1 O.) d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Sint lumbi.* Mis. *Os justi* or. pr. Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc.
D	15	S. Gertrudis V. d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Decem virg.* Mis. *Dilex.* or. pr. In Mart. 1 l. *Assisii.* Vesp. seq. or. pr., com. præc. ant. *Simile est.*
E	16	S. Agnetis Assis. V. (2 O.) d. maj. c. alb. ll. 1 n. *De virg.*, rel. pr. Mis. *Vult. tuum* or. pr., Ev. ex Mis. *Dilex.* In Mart. 1 l. *Cracoviæ.* In Vesp. com. seq. ant. *Simile est* or. pr.
F	17	B. Salomeæ V. (2 O.) d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Decem virg.* Mis. *Dilex.* or. pr. In Mart. 1 l. *Romæ.* Vesp. a cap. seq., com. præc.
G	18	Dedicatio Basil. Ss. Petri et Pauli Ap. d. min. c. alb. Omn. ut ibi, sed ll. 2 n. ut in Lib. Mis. *Terrib.* cum *Cr.* (secr. sine *Parenth.*) In Mart. 1 l. *In Oppido.* Vesp. seq. ℣. et or. pr., com. præc. tant.
		Indulgentia plenaria
A	19	S. Elisabeth Hungar. Reg. Vid. (3 O.) d. 2 cl. c. alb. Omn. de Com. non virg. præt. ll. 2 n. pr., 9 l. et com. S. Pontiani Pp. et M. in L. et M. *(excepta Solem. et in ejus defectu Conv.)* pr. *Erat hæc* cum *Cr.* In Vesp. com. seq. or. pr.
B	20	S. Felicis de Valois C. d. min. c. alb. (M. S.) ll. 2 n. pr., 3 *Nolite.* Mis. *Justus* or. pr. Vesp. seq. pr., com. præc.
C	21	Præsentatio B. M. V. d. maj. c. alb. Omn. ut 5 Aug. præt. ll. 2 n. pr., 7 ℟. conclud. *Tuam S. Præsentat.* Mis. *a Pent. ad Adv.* or. pr., *Cr.* ac Præf. *Et te in Præsentat.* In Vesp. com. seq. pr.
D	22	S. Cæciliæ V. et M. d. min. c. rub. Omn. pr. Mis. ut ibi. Vesp. a cap. seq. ant. ad Mag. et or. pr., com. præc. ac S. Felicitatis M.
E	23	S. Clementis Pp. et M. d. min. c. rub. Omn. ut ibi, 9 l. et com. S. Felicitatis in L. et M. pr. Vesp. a cap. seq. (M. S.) or. pr., com. præc. ac S. Chrysogoni M.
F	24	S. Joannis a Cruce C. d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Sint lumbi,* 9 l. et com. S. Chrysog. in L. et M. *Os justi* or. pr. Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc.

G 25 S. Catharinæ V. et M. d. min. c. rub. ll. 2 n. pr., 3 *Decem virg.* Mis. *Loquebar* or. pr. In Mart. 1 l. *Romæ.* Vesp. seq. hym. ant. ad Mag. et or. pr., com. præc. ac S. Petri Alexandrini Ep. et M.

A 26 B. Leonardi a Portu Mauritio C. (1 O.) d. maj. c. alb. Ad Mat. et Laud. hym. pr., ll. 1 n. *Beat. vir*, 2 cum ant. ad Bened. pr., 3 *Designavit*, 9 l. et com. S. Petri in L. et M. pr. *Dom. implebit.* In Mart. 1 l. *Aptæ*, 2 *B. Raymundi Lulli M.* 3 *Ord. S. P. N. Francisci.* Vesp. a cap. seq. or. pr., com. præc. ac B. Raymundi M. or. pr.

B 27 B. Delphinæ V. (3 O.) d. maj. c. alb. ll. 1 n. *De virg.*, rel. pr., 9 l. et com. B. Raymundi in L. et M. *Dilex.* or. pr., Ev. ut 6 Febr. (Secr. et Postcom. de B. Raymundo ex Mis. *In virtute*). In Mart. 1 l. *Neapoli.* Vesp. seq. ℣. et or. pr., com. præc.

Indulgentia plenaria

C 28 S. Jacobi de Marchia C. (1 O.) d. 2 cl. c. alb. ll. 1 n. *Beat. vir*, rel. pr. In Adv. fit com. fer. in L. et Mis. pr. *Ego autem* cum *Cr.* In Mart. 1 l. *Vig.*, 2 *Eod. die.* Vesp. seq. pr., com. præc. ℣. *Justum*, et fer. in Adv. tant.

Indulgentia plenaria

D 29 (Vig.) Festum Omn. Sanctorum Trium Ord. S. P. N. Francisci d. 2 cl. c. alb. Omn. pr., 9 l. et com. Vig. (sed in Adv. com. fer., et nihil in Off. de Vig.) ac S. Saturnini M. in L. et M. pr. cum *Cr.*, Præf. *Qui venerandum* et Ev. Vig. in fin. (*In Solem. et in ejus defectu Conv. nihil de S. Saturnino*). Post 9 leg. Mis. Vig. Vesp. seq. pr., com. præc., et fer. in Adv.

E 30 S. Andreæ Ap. d. 2 cl. c. rub. Omn. ut ibi. In Adv. fit com. fer. in L. et M. pr. cum *Cr.* et Præf. Ap. In Mart. 1 l. *Commemoratio.* Vesperæ juxta concurrentiæ leges. Post *Bened. Dom.* dic. Vesp. Def. *ritu dup.* sine Ps. *Lauda*, cum or *Deus veniæ.... Per Dom.*, pro Officio nostro generalissimo

ADNOTATIONES

in Festa Novembris

Dies Mensis 1. — I. Prima die non impedita dicitur Officium Defunctorum. *Relege c.* 7 *n.* 5 *et* 8 *n.* 25.

II. Festum omnium Sanctorum expungit quodcumque aliud in eo recurrat. *Rubr. post Tabell. occurrentiæ n.* 1. Item excludit Missam Festi transferendi, necnon de Requie etiam præsente Cadavere, Exequias solemnes etc. *Confer quod animadversum est in diem* 6 *Jan. n. V. et c.* 7 *n.* 11 *ac c.* 8 *n.* 5 *et* 29.

III. Si cras fuerit Dominica, hodie post *Benedicamus Domino* Vesperarum non recitantur Vesperæ Defunctorum, quia eorum Commemoratio reponitur insequenti die. Id ipsum accidit, ubi cras occurrat Festum de præcepto in Foro, aut Festum duplex majus vel altioris ritus. In hisce enim casibus Vesperæ Defunctorum adjunguntur ad secundas Vesperas diei, quæ proxime eorum Cômmemorationis translationem antecedit.

IV. Ubi Festum Ss. Simonis et Judæ Apostolorum celebratur ritu duplici primæ classis cum Octava, isthæc Octavæ omnium Sanctorum præferenda est. *Caval. to.* 1 *c.* 1 *d.* 22 *n.* 14. *Consule quoque superius c.* 2 *n.* 33. Quare Lectiones tertii Nocturni pro die sexta et septima infra Octavam Ss. Apostolorum petentur ex tertia et quarta die in Octavario Romano ; in Missa vero 2 Oratio erit de Octava omnium Sanctorum, 3 *Concede nos.*

V. Infra Octavam omnium Sanctorum, cuncta persolvuntur ut ibi et in festo. Missa legitur ut in die, 2 Oratio est de Spiritu Sancto, 3 *Ecclesiæ* vel pro Papa. Si infra Octavam hanc legenda sit Missa *Sapientiam* de Communi plurimorum Martyrum, commutabitur Secreta Octavæ (utpote eadem ac altera) et in ejus locum substituetur prima ex diversis quæ suppetunt in fine Missalis nempe *Oblatis* etc.

2. — I. Si Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum incidat in Dominicam, transfertur in Feriam secundam insequentem. *Rubr. ibi et S. R. C.* 24 *Sept.* 1605 *in Augusten.* Item si alicubi incidat in Festum ex præcepto

quoad Forum, vel in Festum duplex majus aut altioris ritus, reponitur die proxime insequenti, quæ similiter minime impediatur. *Rubr. pecul. n.* 219 *et Caval. to.* 3 *c.* 1 *d.* 1 *n.* 2 *et c.* 7 *d.* 2 *n.* 4. Ubi porro expositum manet SS. Sacramentum pro alterna ac perpetua Oratione XL horarum, licet hac die Officium Defunctorum recitare ac Missas, non modo privatas, sed et Solemnem, de Requie celebrare (illæ enim hujusce diei sunt propriæ), non tamen ad Altare expositionis; atque in illis adhiberi queunt paramenta violacea. *S. R. C.* 16 *Sept.* 1801 *in una Romana.* Attamen Gardellini (*in Inst. Clem.* § 17) censet melius esse, ut Commemoratio Defunctorum transferatur ad primam diem non impeditam, quam ut festiva et funebria simul misceantur. — Hac Commemorationis die in Cathedralibus, Collegiatis, aliisque Ecclesiis Choro obstrictis binæ Missæ Conventuales sunt celebrandæ, altera de die infra Octavam post Tertiam (nisi Festum aliquod agatur, quemadmodum mox dicetur; tum quippe ejus Missa legenda est), altera de *Requiem* post Nonam. Duæ autem dicuntur Missæ, non unica tantum ut fieri assolet in Feriis et Vigiliis infra Octavam non privilegiatam incidentibus, quia nimirum in Missa de *Requiem* commemorationi de die infra Octavam locus adesse nequit.

II. Si die Commemorationis Defunctorum alicubi occurrat Festum duplex minus, quod ibi recolatur magna populi veneratione, solemnitate et concursu, oportet ipsum transferri, nisi fuerit de præcepto in Foro. *S. R. C.* 5 *Octob.* 1709 *in Viterbien. et* 11 *Jul.* 1716 *in Brixien.* Transferendum porro est perpetuo in diem proximam non impeditam post diem tertiam, si incidat in diem secundam Novembris; si vero incidat in diem tertiam, tum solum transfertur cum die hac peragenda est prædicta Commemoratio. Si Commemoratio isthæc quotannis inciderit in diem Octavam Dedicationis Ecclesiæ, de die hac Officium erit persolvendum cum commemoratione diei infra Octavam omnium Sanctorum; sed Missæ omnes, excepta Conventuali de die Octava cum omnium Sanctorum commemoratione, erunt de *Requiem.* At quoties dies illa Octava recurrat in Do-

minica, Officium ac Missæ omnes de ipsa erunt cum commemoratione Dominicæ et diei infra Octavam omnium Sanctorum, atque cum nona Lectione de homilia præfatæ Dominicæ ad Matutinum, et Evangelio in fine Missæ. Commemoratio enim Defunctorum tum reponitur sequenti die. *S. R. C.* 27 *Sept.* 1698 *in una S. Germani Montis Cassini.* Rursum Festum duplex minus occurrens die Commemorationis Defunctorum minime transfertur (nisi agi soleat insigni pompa et concursu, ut supra animadversum est), sed ipsius Officium persolvitur cum commemoratione Octavæ; Missæ tamen omnes (excepta Conventuali de ipso cum Octavæ commemoratione) celebrantur de *Requiem. S. R. C.* 22 *Mart.* 1817 *in una Ord. Militari Equitum Christi ad* 5. Peragi quoque potest die hac Festum translatum ritus duplicis minoris (cum Missis de *Requiem*, et Conventuali de Officio ut supra), dummodo prope anni finem nulla dies vacua supersit pro ejus aliorumque duplicium (non item Festorum inferioris ritus) repositione. *S. R. C.* 31 *Maj.* 1817 *in una Dubiorum ad* 10 *et* 10 *Febr.* 1856 *in Alben. ad* 1. At si præter Officia duplicia minora, transferenda quoque adsint Officia potioris ritus, nullum ex his reponi potest die Commemorationis Defunctorum. *S. R. C.* 27 *Mart.* 1779 *in una Ord. Min. Refor. ad* 7 *et* 12 *Mart.* 1836 *in una Civitatis Castellan.* Non Officium quidem duplex minus, quia ordo translationis a Rubricis præscriptus non sinit Officium inferioris ritus in repositione anteferri; at neque alia superioris ritus, quia minime decet ut cum Missis de Requie hujusmodi Officia peragantur. *Gardellini sub n.* 4386. Nullum tamen Officium fas est perpetuo adfigere diei secundæ Novembris. *S. R. C.* 24 *Sept.* 1842 *in una Tertii Ord. S. Francisci ad* 1. Idem dicito de tertia die ejusdem Mensis. *Rubr. pecul. n.* 110.

III. Si die Commemorationis Defunctorum occurrat quoque dies obitus cujuspiam seu depositionis, præter binas Missas Conventuales de die et pro Defunctis, ubi utraque celebratur (*recole c.* 8 *n.* 2), altera de die obitus dicenda est, præsente tamen Cadavere. *S. R. C.* 14 *Apr.* 1646 *in Ulysbonen. ad* 4. Missæ reliquæ in hoc

casu erunt de Commemoratione Defunctorum ut alibi. S. R. C. 20 *Sept.* 1687 *in Tridentina.* Quamvis porro Missæ de Commemoratione sint celebrandæ, applicari nihilominus possunt pro uno, pro pluribus vel pro omnibus Defunctis juxta intentionem et obligationem Celebrantis. *S. R. C.* 4 *Aug.* 1663 *in una Dalmatiarum ad* 9. Ubi deest Indultum Apostolicum, est prorsus illicitum ut in præfata Commemoratione ab uno Sacerdote per Sacrum fiat, quin valeat uspiam ad id quævis suffragari consuetudo. Quapropter juris remediis ac etiam interdicto coercendi sunt ab Episcopo, qui secus egerint. *S. R. C.* 26 *Nov.* 1678 *in Arberen.* Missa cujusque Sacerdotis, hac Commemorationis die, privilegio gaudet Altaris privilegiati, ex concessione Clementis XIII 19 Maj. 1761; a quo tamen decretum est, ut nonnisi consueta eleemosyna pro ea Missa, quamvis privilegiata, accipiatur. Tandem die hac legi nequit Missa pro vivis, v. gr. pro Infirmis, dumtaxat excepta quæ dicitur pro Sponsis in Nuptiarum benedictione. *S. R. C.* 7 *Sept.* 1850 *in Veronen. ad* 4.

IV. Privatam pro die hac Officii Defunctorum recitationem licet persolvere pridie post Vesperas, sole tamen occidente: in Choro autem illa juxta Rubricas mane diei propriæ adimplenda est, nisi, ut populus commodius et frequentius illi intersit, contraria jam vigeat consuetudo. *S. R. C.* 4 *Sept.* 1745 *in Ratisbonen.* Anticipari etiam potest in Cathedralibus, præsente Episcopo. *Cærem. Ep. lib.* 2 *c.* 10.

V. Haud permittitur Octavas pro Defunctis celebrari, præsertim infra Octavam omnium Sanctorum, sine speciali Apostolico Indulto. *S. R. C.* 13 *Aug.* 1667 *in una Romana.* Verum Cavalerius *(to.* 3 *c.* 12 *d.* 9 *n.* 4*)* censet, eas tantum prohiberi Octavas, per quas diebus singulis, etiam duplicibus vel festivis, decantetur Missa de Requie, vel in Cathedralibus, Collegiatis et Conventualibus Officium omittatur aut Missa diei currentis, ut nempe canatur Officium vel Missa Defunctorum; non illas item, per quas nulla intervenit Rubricarum violatio, et cuncta in Officio et Missa diei rite perficiuntur. — Ex Decreto diei 16 Aprilis 1853 in una Ord. Min.

Observ. ad 10 exploratum est, præscriptionem subrogandi in Laudibus, pro commemoratione Ss. Vitalis et Agricolæ, ℣. *Exultent* in locum versiculi *Lætamini* esse particularem; ac proinde in similibus servari oportere Rubricas communes tit. IX n. 8, nisi aliter agendi par adsit peculiaris concessio. Si alicubi celebranda sit Missa horum Ss. Vitalis et Agricolæ, ipsa erit *Sapientiam* de Communi plurimorum Martyrum, cum Orationibus ut in Missali hac die, nec non cum Epistola *Rememoramini*, et Evangelio *Si quis vult. Ita Missale Romanum typicum Romæ edit. anno* 1861.

8. — Ubi Festum Ss. Quatuor Coronatorum Martyrum alia die colitur ritu duplici vel semiduplici, hodie omittitur eorum commemoratio: quod semper præstandum est in similibus. Itaque ibi octava Lectio currentis Officii absolvitur ad verba *Propter justitiam*, nona vero incipit *Ubi autem*. Illorum Missa est *Intret* de Communi plurimorum Martyrum, cum Orationibus propriis uti hodie in Missali; sed Epistola *Sancti per fidem* sumitur e Festo Ss. Fabiani et Sebastiani 20 Januarii, et Evangelium *Videns Jesus turbas ascendit* ex Missa omnium Sanctorum 1 Novembris.

Dominica secunda Novembris juxta civile computum, apud nos et alibi, Festum Patrocinii B. M. V. recolitur prout in Kalendario designatum est. Cum Dominica isthæc impeditur die Octava vel Festo æqualis aut altioris ritus, apud nos et ubi peculiaris adest facultas, reponitur die proxima non impedita; alibi est omittendum. *Confer c. 4 n.* 14. Ac si transferatur ad Adventum, nihil in illo immutatur, præter ultimam Antiphonam tertii Nocturni quæ erit *Angelus Domini*, et postremus ℣. Gradualis in Missa qui erit *Ave Maria* ex Votiva tempore Adventus. *S. R. C.* 25 *Aug.* 1818 *in Hispalen. ad* 6. Ita porro agitur in similibus.

9. — Si alicubi celebrari contigerit Missam S. Theodori Martyris, ea sumitur e Communi secundo loco, nempe *Lætabitur*, cum Orationibus quæ in Missali præsto sunt.

10. — I. Officium S. Andreæ Avellini elevatum est ad ritum duplicem minorem pro universa Ecclesia. *S. R. C.* 21 *Jan.* 1864 *Decr. Urbis et Orbis.*

II. Si quapiam de causa legi oporteat Missam Ss. Tryphonis et Sociorum Martyrum, ipsa petatur hac die e Missali, ubi adest propria.

I. — I. Quando Festum S. Martini Episcopi et Confessoris incidit in Dominicam XXII post Pentecosten, istius Secreta varianda est ac sumenda ex Dominica XXIII sequenti. *Consule c.* 6 *n.* 15. Rursum si in Missa S. Martini locus sit Collectæ *Deus refugium*, istius Secreta erit *Suscipe Domine* n. 13 posita. *Vide c.* 9 *n.* 5.

II. Ubi Festum S. Martini colitur ritu duplici primæ classis, vel die reponitur carente nona Lectione de homilia vel Festi simplicis, tunc octava Lectio desinit ad voces *Umbra restinguat*, et nona inchoatur a verbo *Denique*.

III. Si accidat ut Missa alicubi celebretur S. Mennæ Martyris, petenda illa est e Communi unius Martyris non Pontificis secundo loco, nempe *Lætabitur*, cum Orationibus quæ die hac in Missali exhibentur.

}. — I. Hodie extra Italiam et Ordinem nostrum agitur S. Didaci Confessoris Officium, quod evectum esse pro Ecclesia universali a ritu semiduplici ad duplicem minorem a Pio Papa VI non constat. *S. R. C.* 20 *Sept.* 1806 *in Brixien.*

II. In Italia et Insulis adjacentibus (extra Ordinem nostrum), Festum hodie colitur S. Stanislai Kostkæ Confessoris ritu duplici minori, cujus Officio (ex peculiari dispositione) debet locum cedere quodcumque aliud etiam æqualis, non item altioris ritus, hac die occurrens. *S. R. C. Decr. Italiæ et Insularum adjacentium* 3 *Febr.* 1847. Attamen apud nos Festum istud minime agitur, quia cum Decretum ejusmodi non præceptum quidem, sed meram facultatem exprimat per hæc verba *Annuimus pro gratia*, idcirco a Præsulibus nostris præ copia aliorum Officiorum, quæ propria habemus, acceptatum non est; id porro ipsa S. R. C. ratum fecit anno 1858 adprobando nostrum Kalendarium, in quo Sancti illius Officium prætermittitur. *Relege c.* 4 *n.* 12.

. — Lectiones quinta et sexta in Officio Dedicationis Basilicarum Ss. Apost. Petri et Pauli una cum Elogio Martyrologii, prout reformatæ sunt, ita sunt recitandæ

ex Decreto S. R. C. in una Urbis et Orbis diei 29 Martii 1855. In quo tamen irrepsit mendum in designando ritu; neque enim ibi constat, utrum Officium istud elevatum sit pro universa Ecclesia necne ad ritum duplicem majorem.

19. — I. Apud Moniales Tertii Ordinis S. P. N. Francisci, Festum S. Elisabeth utpote earum Patronæ principalis est duplex primæ classis cum Octava. Omnia persolvuntur ut in Kalendario, sed nihil additur de S. Pontiano. *Rubr. nostri Brev. ibi.* Ac dicitur *Credo* per totam Octavam.

II. *Indulgentia plenaria* Ecclesiis Franciscalium concessa in Festo S. Elisabeth Reginæ et Viduæ, in nostris quidem acquiritur a cunctis Christifidelibus; in aliis vero Monialium ab his dumtaxat earumque contubernalibus. *Bened. XIV Decr.* Injunctæ nobis *diei* 17 *Mart.* 1751.

III. Ubi S. Pontianus colitur ritu duplici vel semiduplici, octavum ℟. est *Domine prævenisti* etc. *Rubr.* in *Comm. unius Martyris.* Legitur porro Missa *Statuit* de hoc Communi, cum Evangelio *Nihil est opertum. Ita Missale Rom. typicum. an.* 1861.

22. — Ubi contigerit primas Vesperas recitari integras de S. Cæcilia, Antiphonæ sumuntur ex Laudibus *Cantantibus organis*, Psalmi etc. dicuntur de Communi Virginum: Antiphona ad *Magnificat* et Oratio sunt propria. *Rubr. ibi.*

23. — I. Si aliquando Festum S. Clementis primas Vesperas habeat integras, adhibentur Antiphonæ de Laudibus *Orante S. Clemente*, Psalmi etc. sunt de Communi unius Martyris, Antiphona ad *Magnificat* et Oratio propria ést. *Rubr. ibi.*

II. Ubi celebranda sit Missa S. Felicitatis Martyris, ea sumitur e Communi Martyris non Virginis, videlicet *Me expectaverunt,* cum Orationibus propriis ut hac ipsa die in promptu sunt.

24. — Si alicubi legi oporteat Missam S. Chrysogoni Martyris, illa petenda est e Communi unius Martyris non Pontificis primo loco, idest *In virtute,* cum Orationibus propriis quæ hac die suppetunt.

26. — I. Apud Moniales Tertii Ordinis hodie agitur dies

Octava S. Elisabeth Viduæ. Omnia persolvuntur ut in fine Breviarii nostri, cum nona Lectione, et commemoratione S. Petri Alexandrini Episcopi et Martyris in Laudibus et Missa *ut in die* cum *Credo*. Officium B. Leonardi, ex Indulto S. R. C. diei 12 Mart. 1863, ibi perpetuo reponitur die 20 Decembris tamquam in sede propria.

II. Quid præstandum sit, ubi Officium S. Petri Alexandrini Episcopi et Martyris colitur ritu simplici, docet annotatio in diem 14 Aprilis n. III. Missa erit *Statuit* de Communi unius Martyris Pontificis.

— Quid peragi opus sit, ubi Festum Præsentationis B. M. V. celebratur cum Octava, si hodie Sabbatum incidat ante Dominicam primam Adventus, jam declaratum est sub die 14 Decembris.

— I. Si hodie fuerit Sabbatum, nona Lectio est de homilia Vigiliæ S. Andreæ Apostoli anticipatæ, cujus commemoratio habetur in Laudibus et Missa cum ipsius Evangelio in Missæ fine; dicuntur præterea duæ Missæ Conventuales, quas rite ordinabis prout tradidimus c. 8 n. 2. et seqq. Ac ubi neque occurrat, neque reponi opus sit Festum aliquod duplex vel semiduplex, Officium Vigiliæ anticipatæ est persolvendum, omissa in Laudibus et Missa commemoratione S. Saturnini, ut quæ anticipari nequeat; quod semper necesse est in similibus observari. Officium porro Vigiliæ rite ordinabitur juxta dicta sub die 24 Februarii n. II.

II. Cum Festum S. Jacobi de Marchia incidit in Dominicam primam Adventus, apud nos transfertur in diem primam Decembris tamquam propriam. *Rubrica pecul. n.* 101.

III. Hodie apud nos Vesperæ ex privilegio sunt integræ de sequenti Festo omnium Sanctorum trium Ordinum S. P. N. Francisci (*Rubr. pecul. n.* 126) cum commemoratione S. Jacobi nostri Ordinis, tametsi hic prædicto Festo contineatur; cum aliis quippe comprehenditur universim et confuse, non vero nominatim et expresse, quo uno casu ipsius commemoratio foret prætereunda. *Consule c.* 6 *n.* 8.

IV. Hodie, etiam ubi actum fuit Officium de Feria,

et cras agetur de Vigilia, Vesperæ non sunt de S. Saturnino, cujus dumtaxat locum habet commemoratio. *Rubr. tit.* 11 *n.* 10.

29. — I. Si hodie est Dominica prima Adventus, Vigiliam jam peragi oportuit Sabbato præcedenti, ut ibi indicatum est; at commemoratio S. Saturnini hodie agitur. *Rubr. tit.* 10 *n.* 9. Officium vero omnium Sanctorum trium Ordinum transfertur apud nos in diem primam Decembris ceu in sedem propriam. *Rubr. pecul. n.* 101. Quo casu Commemorationi S. Saturnini etiam in primis Vesperis locus adest.

II. Si dies hæc neque Dominica sit, nec intra Adventum, nona Lectio recitatur de homilia Vigiliæ etc. ut in Kalendario. Ubi porro neque incidat, neque reponendum opus sit Festum aliquod duplex vel semiduplex, Officium de Vigilia persolvitur cum commemoratione S. Saturnini in Laudibus et Missa; quod nempe ordinarie prout declaratum est sub die 24 Februarii n. II. Quoad Missam Conventualem de Requie, si hodie fuerit prima infra Mensem dies, qua agatur Officium feriale, perlege tradita sub die 31 Octobris n. III. Si porro Adventus jam cœperit, de Vigilia nihil fit in Officio, sed tantum in Missa. Quare apud nos et ubicumque Festum novem Lectionum celebratur, quod non sit duplex primæ classis, additur 2 Oratio de Adventu, 3 de Vigilia, 4 de S. Saturnino, cum Evangelio Vigiliæ in fine Missæ; duæ insuper dicuntur Missæ Conventuales, quæ quomodo ordinandæ sint, constat ex eo quod docuimus sub die 23 Februarii n. X. At si neque occurrat, neque sit reponendum Festum duplex vel semiduplex, Officium peragitur de Feria Adventus cum commemoratione tantum S. Saturnini in Laudibus. Missæ autem omnes (non tamen exclusis Votivis et Defunctorum) celebrantur de Vigilia cum 2 Oratione Adventus, 3 S. Saturnini. *Consulatur annotatio in diem* 23 *Febr. n.* X. In hoc ultimo casu, si hodie sit Feria secunda, adjungenda est in Missa penultimo loco (ante Collectas) Oratio *Fidelium* pro Defunctis. *Recole dicta c.* 8 *n.* 25. Sub finem Secretæ pro Vigilia legendum est *Imploramus*, non *Imploremus*. *Ita Missale Rom. typicum. an.* 1861.

III. Ubi contingat Missam celebrari S. Saturnini Martyris, ipsa est *Lætabitur* de Communi unius Martyris non Pontificis, cum Orationibus quæ in Missali hac die adsunt. Ex ejusmodi porro Missa sumitur Secreta pro commemoratione S. Saturnini, si forte accidat ut eadem die Sacrum fiat alterius S. Martyris habentis Secretam ex Missa *Sacerdotes Dei. Confer c.* 6 *n.* 15.

30. — I. Quoties Festum S. Andreæ Apostoli incidit in Dominicam primam Adventus, apud nos transfertur in diem primam Decembris veluti in propriam. *Rubr. pecul. n.* 101. Apud alios hujusmodi privilegium minime præditos, transferri illud oportet in diem proximam non impeditam juxta Rubricas. *S. R. C.* 20 *Sept.* 1806 *in Brixien. ad* 11. Quæ dies si usque ad anni finem deficiat, quid facto opus sit, demonstratur c. 4 n. 5 III. In quamcumque porro diem Festum S. Andreæ transferatur, ipsius Vigilia semper agitur uti supra ostensum est.

II. Quoad Martyrologium et Vesperas Defunctorum (apud nos), perlege quod exponemus sub die prima Decembris n. II.

ANNOTANDA

IN DOMINICAS ET FERIAS NOVEMBRIS

1. In Dominicis Novembris (juxta computum Ecclesiasticum, quod jam declaravimus n. 3 de tempore a Pentecoste ad Adventum) Antiphonæ quæ ad *Magnificat* (vel pro cujusque Dominicæ commemoratione) dicuntur in primis Vesperis, præcedenti Sabbato in promptu sunt; ac Initia ponuntur ibi designata librorum sacræ Scripturæ, quorum Lectio per singulas eorum Hebdomadas producenda est (*). At si November quatuor dumtaxat Dominicas

---

(*) Mense Novembris ideo leguntur Ezechielis, Danielis et duodecim Prophetarum libri, quia ibi quam sæpissime sermo est de Messiæ Adventu, qui proximo Decembri summa cum

comprehendat, tunc secunda Dominica cum sua Hebdomada prorsus omittitur, atque in ejus locum Dominica tertia Novembris cum sua Hebdomada substituitur, in qua nimirum legitur liber Danielis Prophetæ; præterea in Sabbato quod prædictam secundam Dominicam antecedit recitabitur ad *Magnificat* (vel pro commemoratione Dominicæ) Antiphona *Muro tuo*, altera omissa *Aspice Domine* de Dominica secunda. Duabus demum Dominicis se- Hebdomadibus insequentibus leguntur Prophetæ minores. *Rubr. ante Dom.* 2 *Nov.*

2. Initia Prophetarum minorum mense Novembri recitanda sunt etiam in Officio duplici minori vel majori habente Lectiones primi Nocturni proprias vel de Communi adsignatas, quoties dies liberi non remaneant, ubi reponi queant, etiamsi tria Initia uno die recitentur. *S. R. C.* 27 *Mart.* 1779 *in una Ord. Min. Refor. ad* 13. De ratione autem Initia illa reponendi, attende quod animadversum est post Epiphaniam n. 10, 11 et 12.

3. Quoad reliqua ad Officium spectantia sive Dominicale sive Feriale hujus Mensis, recolito quæ annotavimus in Dominicas et Ferias ab Octava Pentecostes ad Adventum.

ANNOTANDA

IN DOMINICAS ET FERIAS ADVENTUS

1. Adventus initium ducit a Dominica, quæ propinquior est Festo S. Andreæ Apostoli, vel quæ incidit in

---

lætitia nobis est celebrandus. Præterea Rupertus monet, per Prophetarum libros valde nos excitari ad spem et metum, usquedum Christus ad nos redeat, suæque nos gloriæ participes efficiat. Denique usque ad alterum hunc Domini Adventum perutile nobis est Prophetarum libros perlegere, ut nempe inter tenebras et conflictus hujus sæculi, inde nobis lux et consolatio uberrime obveniat. *Sic ferme Tetamus.*

hoc ipsum Festum occurrens die 30 Novembris (*). *Rubrica tit. 4 n. 7.*

2. Si in Sabbato ante Dominicam primam Adventus Officium actum fuerit de Feria, Vesperæ erunt de Sabbato ut in Psalterio, a Capitulo Dominicæ primæ Adventus ut ibi. Si autem votivum recitatum sit Immaculatæ Conceptionis B. M. V. ritu semiduplici, vel Officium aliud semiduplex, Vesperæ erunt a Capitulo Dominicæ, cum commemoratione de præcedente. *Relege c. 3 n. 5 sub finem.* Si porro Festum duplex celebratum sit, istud Vesperas integras sibi vindicat, cum commemoratione Dominicæ sequentis. Quid agendum, si cras alicubi occurrat dies Octava cujuspiam Festi, infra declarabitur die 14 Decembris n. II. A primis Vesperis hujus Dominicæ usque ad Octavam Epiphaniæ cessant Suffragia Sanctorum, et Commemoratio de Cruce (**). *Rubr. ante Dom. 1 Adv.* Rursum ab his Vesperis usque ad Purificationem Antiphona finalis est *Alma,* sed ℣. *Angelus Domini* et Oratio *Gratiam tuam* usque ad Nativitatem. *Rubr. post Completorium.*

3. Tempore Adventus Officium quatuor Dominicarum ritu semiduplici persolvitur. *Rubr. tit. 2 n. 1.* Singulæ nihilominus majores sunt et privilegiatæ, ac prima quidem est primæ classis, ideoque excludit quodcumque Festum in ea occurrens; tres vero reliquæ sunt secundæ classis, et cedunt dumtaxat occurrenti Festo duplici primæ clas-

---

(*) Hisce diebus Christi Adventum enixe imploramus per hæc verba: *Veni Domine et noli tardare, Emitte Agnum Domine, dominatorem terræ:* vota nostra quodammodo adjungendo ardentibus Justorum votis, qui venturum adspicere Servatorem adeo exoptarunt: precatio autem nostra eo tendit, ut amplissimus Mysterii olim peracti fructus in nos redundet. *Sic ferme Tetamus.*

(**) Omittuntur Suffragia Sanctorum, ne ante Christum natum implorare videamur eorum opem et patrocinium, quos ipse Christus suo Adventu gratia et sanctitate donavit; quique per Christum tutelam nostri susceperunt. Item non fit commemoratio Crucis, ne ipse videatur passus, antequam natus; neque de Pace, quæ ante ipsius Nativitatem minime extitit, sed eo nato, continuo ab Angelis in terra hominibus bonæ voluntatis nunciata est. *Gav. sect. 6 c. 1 n. 1.*

sis (*videsis Notam ad pag.* 183); quo casu earum semper agitur commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus et Missa, cum nona Lectione de homilia ad Matutinum et Evangelio in fine Missæ. *Rubr. Brev. tit.* 9 *n.* 4 *et* 9 *et tit.* 10 *n.* 1 *ac Miss. tit.* 7 *n.* 1 *et tit.* 13 *n.* 2 *ac S. R. C.* 26 *Nov.* 1735 *in Hispalen. ad* 6. Attamen Dominicæ privilegiatæ etiam primæ classis in concursu cedunt Vesperas cuicumque præcedenti vel sequenti Festo duplici. *Tabella concurrentiæ.* In aliis diebus Adventus quodvis celebratur Festum duplex vel semiduplex etiam translatum; at vero Feriæ commemorationi jugiter locus adest in utrisque Vesperis, Laudibus et Missa, etsi Festum duplex primæ classis existat. At Officia votiva nequeunt celebrari. *Relege dicta c.* 3 *n.* 4. De Festo simplici fit tantum commemoratio, sine ejus Lectione, nisi in Festum incidat novem Lectionum commemorationem hanc non excludens (extra Quatuor Tempora); tum quippe additur quoque nona illius Lectio, si propria extet. *S. R. C.* 16 *Febr.* 1737 *in Mechlin. ad* 6. De Vigilia porro quæ in Adventu occurrat, nihil agitur in Officio; Missa tamen (extra Quatuor Tempora) de Vigilia celebratur cum commemoratione Adventus. *Pervide exposita sub die* 23 *Febr. n. X.* Ac si Vigilia inciderit in Feriam secundam, in Missa adjungitur penultimo loco (ante Collectas) Oratio *Fidelium* pro Defunctis. — Si Festum aliquod B. M. V., ex Officio ad Nives depromptum, contingat in Adventum transferri, postrema Antiphona tertii Nocturni erit *Angelus Domini*, et ultimus ℣. Gradualis *Ave Maria*, ex Missa votiva tempore Adventus. Ac ubi ejusmodi Festum reponatur in Feria secunda post Dominicam tertiam Adventus, in illius secundis Vesperis Antiphona pro commemoratione Feriæ (si quidem locum non habeat una ex Majoribus) sumenda erit ex Laudibus.

4. In Dominicis Adventus, omnia persolvuntur ut ibi et in Psalterio de tempore Adventus (*). In ipsis omittitur

(*) In Adventu legitur Isaias, quia nemo ex Prophetis lucidius et apertius quam ille Christi adventum et Nativitatem vaticinatus est. Prius ℟. Dominicæ primæ est singulare, quia tres versus habet. Tres autem versus dicuntur nomine trium ordi-

Te Deum, æque ac in Feriis, ideoque ultimæ Lectioni additur Responsorium. *Rubr. tit.* 31 *n.* 2 *et* 4. Ad Primam in ℟. brevi semper dicitur ℣. *Qui venturus es in mundum*, etiam in Festis, illo excepto Immaculatæ Conceptionis B. M. V., exceptisque Festis et Dominica infra ejus Octavam occurrentibus. *Rubr. in Dom.* 1 *Adv. Consulito etiam quod advertimus in diem* 23 *Jan. n. V.* Hymni, ℣℣. et ℟℟. brevia Dominicæ primæ Adventus adhibentur quoque in ceteris Dominicis et Feriis ejusdem temporis. *Rubr. in Dom.* 1 *Adv.*

5. Missa in Dominicis Adventus adest propria absque *Gloria*, 2 Oratio est *Deus qui de B. M. V. utero*, 3 *Ecclesiæ* vel pro Papa. Si vero commemoratio facienda sit cujuspiam Simplicis, de ipso erit secunda Oratio, 3 de B. M. V. ut supra, quæ concludi debet *Per eumdem*, ac ita porro Secreta et Postcommunio. Veruntamen in Dominicis infra Octavas duæ tantum recitantur Orationes, Dominicæ scilicet et Octavæ, nisi commemoratio Simplicis, vel Collecta aliqua imperata, sit quoque adjungenda. Dicitur *Credo*, et Præfatio Trinitatis, nisi vel Festi cujus agatur Officium, vel Octavæ propria adsit Præfatio; et in fine pro *Ite Missa est* pronunciatur *Benedicamus Domino*. In Officio et Missa de tempore semper adhibetur color violaceus, non pulsantur Organa, nec Altaria ornantur floribus; Diaconus et Subdiaconus pro Missa solemni in Ecclesiis præcipuis (*relege quod annotatum est in Quadragesimam n.* 4.) utuntur Planetis plicatis, excepta Missa *Gaudete* tum in Dominica tertia (*), tum diebus, quibus repetitur infra eamdem

---

num Sanctorum, qui ante Legem, in Lege et post Legem Salvatorem exoptarunt; ibique additur *Gloria Patri* in laudem SS. Trinitatis, quæ tandem misit eum in terras. Repetitur demum a capite ℟., quia iterum Adventus Domini a Fidelibus expectatur. Repetitio fit a remotiori, deinde a minus remoto, ac demum a propinquiore, ut nempe varia Patrum ætas significetur, qui Domini conspectum in carne venturi flagrantissime concupierunt. *Apud Gav. sect.* 6 *c.* 1 *n.* 2.

(*) Dominica tertia Adventus vocatur *Gaudete*, quod ex hac voce incipit ejus Missæ Introitus, quia vero lætitiam præsefert, idcirco in ea Organi permittitur modulatio, et Dalmaticæ adhibentur. *Vide Tetamum.*

Hebdomadam, necnon Missa Vigiliæ Nativitatis; in his quippe usus Dalmaticæ ac Tunicellæ, Organi modulatio et floreus Altaris ornatus locum habet. *Attende quæ præmonuimus in Feriis et Dom. Quadragesimæ n. 4.*

6. In Officio feriali hoc tempore, Invitatorium et Hymnus sunt uti in Dominica præcedenti, Antiphonæ et Psalmi de Feria, ℣. de Adventu ut ibidem. Absolutio et Benedictiones adhibentur, prout indicavimus post Epiphaniam n. 13. Lectiones propriæ, ac ℟℟. in dies singulos adsignantur. Ad Laudes Antiphonæ et Psalmi e Feria sumuntur. Attamen in sex Feriis ante Vigiliam Nativitatis, Antiphonæ ad Laudes propriæ habentur. Hymnus et ℣. sunt de Dominica prima Adventus. Antiphona ad *Benedictus* propria est. Oratio Dominicæ præteritæ in Feriis quoque recitatur, nisi propria adsit, ut in Quatuor Temporibus. Ad Horas minores Antiphonæ petuntur ex Laudibus præcedentis Dominicæ, quando pro Laudibus Feriæ desunt propriæ; atque in illis videtur omittendum esse *Alleluja*, propterea quod illo careant etiam Antiphonæ feriales, ceteroqui solemniores, in sex Feriis ante Vigiliam Nativitatis. *Sic Tetamus.* Capitula, quæ præsto sunt in Feria secunda Dominicæ primæ Adventus, usurpantur in Officio feriali usque ad Vigiliam Nativitatis. Ad Laudes et per Horas (excepta Vigilia Nativitatis) Preces feriales recitantur flexis genibus; itemque ad Vesperas, si ipsæ de Feria sint, in quibus Antiphonæ et Psalmi recitantur e Psalterio, Capitulum legitur ut supra, Antiphona ad *Magnificat* est propria, Oratio autem de præcedenti Dominica. In Hebdomada tertia Adventus recurrunt Quatuor Tempora, pro quibus, præter antedicta, consule quod traditum est in Dominicis et Feriis Septembris n. 2 et 3. Tandem in singulis Feriis secundis Adventus, ubi agatur feriale Officium, dicitur Officium Defunctorum; non tamen in Vigilia Nativitatis, si incidat in Feriam secundam. *Relege c. 7 n. 5.*

7. Si infra Hebdomadas Adventus legenda sit Missa de Feria, resumitur Missa Dominicæ præcedentis, nisi propria suppetat, ut in Quatuor Temporibus; post Graduale prætermittitur *Alleluja*, ℣. sequens, atque Symbolum. *Rubr. in Dom. 1 Adv.* Præfatio est communis; reliqua ut supra

n. 5. At vero si de Feria Adventus facienda sit tantum commemoratio, quia nempe celebratur Officium novem Lectionum, tunc pro illa (quæ semper agitur ante commemorationem Vigiliæ vel Simplicis, si occurrat) dicitur Oratio Dominicæ præcedentis, extra Quatuor Tempora, in quibus nimirum habetur Oratio propria (*Rubr. l. cit.*); verum in fine Missæ locus non adest Evangelio Dominicæ, quod nempe jam in ipsa Dominica lectum est. Infra Hebdomadas Adventus, si quando dicatur Missa Festi semiduplicis, 2 Oratio est de Adventu, 3 *Deus qui de B. M. V. utero*, quæ porro omittitur si commemoratio aliqua sit peragenda. Sed enim infra Octavam Immaculatæ Conceptionis B. M. V., in ejusdem Missa 3 Oratio est de Spiritu sancto, quæ similiter omittitur, cum aliqua fit commemoratio. In Sabbatis Adventus, quibus scilicet persolvitur Officium de Feria (excepto Sabbato Quatuor Temporum, vel incidente in aliquam Vigiliam) celebratur Missa Conventualis *Rorate* votiva de B. M. V. cum *Gloria* ratione Sabbati, 2 Oratio est de Adventu, 3 de Spiritu sancto, nisi cuipiam commemorationi detur locus, sine *Credo*, Præfatio est *Et te in Veneratione*, in fine profertur *Ite Missa est*, ac legitur Evangelium S. Joannis *In principio* etc. *Rubr. tit.* 4 *n.* 2. Præterea in qualibet secunda Feria Adventus, cujus Officium agatur, ad Missam penultimo loco (ante Collectas) adjungitur Oratio *Fidelium* pro Defunctis: quinimo dici potest Missa Conventualis de Requie, nisi aliqua Vigilia occurrat. *Recole c.* 8 *n.* 25 *et adnot.* 31 *Octob. n. III.* In Adventu Missa de Feria celebrari debet post Nonam. *Rubr. tit.* 15 *n.* 2. Ubi in Feria sexta Quatuor Temporum celebretur Officium S. Martyris cum Missa *In virtute*, Secreta Feriæ haurienda est ex Sabbato sequenti. *Attende quod præmonuimus in Quadrages. n.* 14.

8. Reliqua ad Adventum spectantia mox perspicies in adnotationibus ad Festa Decembris.

9. Feria secunda post Dominicam primam Adventus vel infra decem dies leguntur in publica Mensa apud Regulares Decreta Urbani VIII et Innocentii XII de celebratione Missarum.

KALENDARIUM

TRIUM ORDINUM S. P. FRANCISCI

L. D.	D. M.	FESTA DECEMBRIS
F	1	*Commemoratio omnium Defunctorum Fratrum e rorum trium Ordinum S. P. N. Francisci, eo que ac nostrorum Parentum et Benefactoru eorum omnium qui in Cœmeteriis eorumd. (num sepulti sunt* dup. c. nig. Hodie dic. tot Def. sine Ps. *De profundis,* cum or. *Deus v* et canitur Missa 1 in ord. cum unica or. ut s et post Mis. fit Absol. cum ead. or. *Deus ve Per Christum*, pro Officio generalissimo. dic. 100 *Pater, Ave* et *Requiem.*
G	2	S. Bibianæ V. et M. sem. c. rub. ll. 2 n. pr., 3 *sauro.* In Adv. com. fer. in L. et M. *Me exp verunt* or. pr., in Adv. 3 loco *Deus qui de V. utero,* extra Adv. 2 loc. *A cunctis,* 3 a Vesp. seq. or. pr., com. præc., et fer. in
A	3	S. Francisci Xaverii C. d. min. c. alb. ll. 2 et pr., com. fer. in L. et M. pr. Vesp. a cap. (M.S.) ant. ad. Mag. *O Doctor* in qua et or *Chrysolog.*, com. præc., fer. ac S. Barbaræ V.
B	4	S. Petri Chrysologi Ep. C. et Doct. d. min. c ll. 1 n. *Fidelis sermo,* 2 pr., 3 cum 8 ℟. de Doct., com. fer. ac S. Barbaræ in L. et M. cum *Cr.* In Vesp. com. seq. or. pr., fer. Sabbæ Ab.
C	5	B. Elisabeth Bonæ V. (3 O.) sem. ad lib. Om in fine Brev., cum com. fer. ac S. Sabbæ et M. Vesp. seq. or. pr., com. præc. et fe
D	6	S. Nicolai Ep. et C. d. min. c. alb. ll. 2. n. *Homo pereg.*, com. fer. in L. et M. ut u Mart. 1 l. *Vig.* Vesp. a cap. seq. (M. S. ad Mag. *O Doctor,* com. præc. et fer.
E	7	*(Ap. nos* Vig., *de qua nihil in Off.)* S. Am

Ep. C. et Doct. d. min. c. alb. ll. 1 n. *Fidelis sermo*, 2 pr., 3 cum 8 ℟. de Com. Doct., com. fer. in L. et M. ut ibi 3 or. Vig., *Cr.* et Ev. Vig. in fin. In Mart. 1 l. *Conceptio Immac.* (Post 9 leg. Mis. Vig. pr. *Venite*). Vesp. seq. pr., com. fer. tant. In fine hymn. *Jesu* et ad 1 ℣. *Qui natus* per tot. oct.; infra quam anticip. Mat. in sero ad lucrandas *Indulg.* ut in Festo Corp. Chr.

Indulgentia plenaria

8 Solemnitas Immaculatæ Conceptionis B. M. V. nostri Seraph. Ord. Patronæ d. 1 cl. cum oct. c. alb. Omn. pr., com. fer. in L. et M. pr. *Gaudens gaudebo* cum *Cr.* ac Præf. *Et te in Concept. Immac.* per tot. oct., *nisi alit. not.* IN STATU ECCLESIASTICO. In Mart. 1 l. *S. Silvestri.* In Vesp. com. seq. et fer. EXTRA STATUM ECCLESIASTICUM. In Vesp. com. fer.

9 IN STATU ECCL. S. Silvestri Ab. d. min. c. alb. (M. S.) ll. 2 n. pr. *ut in fine Brev.*, 3 *Ecce nos*, com. oct. et fer. in L. et M. de Com. Ab. cum *Cr.* et Præf. oct. In Mart. 1 l. *Laureti.* Vesp. seq. pr., com. præc., fer. ac S. Melchiadis Pp. et M. tant.

— EXTRA STATUM ECCL. De 2 die infra oct. sem. c. alb. ll. 1 n. de Scr. occ., rel. ut ibi et in festo, com. fer. in L. et M. ut heri 3 or. de Sp. S., *Cr.* etc. In Mart. 1 l. *Laureti.* Vesp. seq. pr., com. fer. ac S. Melchiadis Pp. et M. tant.

10 Translatio almæ Domus Lauretanæ d. maj. c. alb. Omn. pr., ℣. 1 n. *Hic domus Dei est et porta cœli*, ℟. *Et vocabitur aula Dei*, com. fer. ac S. Melchiadis tant. in L. et M. ut ibi cum *Cr.* ac Præf. *Et te in Festiv.* In Vesp. com. seq. or. pr. et fer. tant.

11 S. Damasi Pp. et C. sem. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Vigilate*, com. oct. et fer. in L. et M. ut ibi cum *Cr.* et Præf. oct. In Mart. 1 l. *Assisii.* Vesp. seq. pr., com. præc. ant. *Dum esset*, oct. et fer.

12 Inventio Sancti P. N. Francisci d. maj. c. alb. Omn. ut ibi et 4 Octob., com. oct. et fer. in L.

		et M. pr. cum Seq., *Cr.* et Præf. *Qui venerandum.* In Mart. ultimo l. *Molini.* In Vesp. com. seq. pr., oct. et fer.
D	13	S. Luciæ V. et M. d. min. c. rub. Omn. ut ibi, com. oct. et fer. in L. et M. ut ibi cum *Cr.* et Præf. oct. In Mart. 1 l. *S. Gregorii.* In Vesp. com. seq., oct. et fer.
E	14	S. Gregorii Thaumaturgi Ep. et C. sem. c. alb. (M. S.) ll. 2 et 3 n. pr., com. oct. et fer. in L. et M. ut ibi cum *Cr.* et Præf. oct. In Mart. 1 l. *Octav.* Vesp. seq. ut in 1 Vesp. festi, com. præc. et fer.
F	15	Oct. Immac. Conceptionis B. M. V. d. min. c. alb. Omn. ut in festo præt. ll. 2 et 3 n. pr. diei oct., com. fer. in L. et M. *ut in die* cum *Cr.* etc. In Vesp. com. seq. et fer.
G	16	S. Eusebii Ep. et M. sem. c. rub. ll. 2 n. pr., 3 *Si quis vult,* 8 ℟. *Dom. prævenisti*, com. fer. in L. et M. *Sacerd. Dei* 3 or. *Deus qui de B. M. V. utero.* In Mart. 1 l. *Romæ.* Vesp. seq. or. pr., com. præc. et fer.
A	17	B. Margaritæ Columnæ V. (2 O.) d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Decem virg.*, com. fer. in L. et M. *Dilex.* or. ppr. In Mart. 1 l. *Fest.* Vesp. seq. pr., com. præc. et fer. ant. *O Sapientia.* In fine omnium hym. *Virtus, honor;* et ad 1 ℣. *Qui venturus.*
B	18	Fest. Expectationis Partus B. M. V. d. maj. c. alb. Omn. pr., com. fer. in L. et M. ut ibi cum *Cr.* ac Præf. *Et te in Expectat.* In Mart. 1 l. *In Insula.* In Vesp. ult. ant. *De fructu* ps. *Memento*, com. seq. or. pr. et fer. ant. *O Adonai.*
C	19	B. Conradi ab Ophyda C. (1 O.) d. min. c. alb. (M. S.) ll. 2 n. pr., 3 *Sint lumbi*, com. fer. in L. et M. *Os justi* or. pr. In Mart. 1 l. *Vig.* Vesperæ juxta concurrentiæ leges, ant. pro com. fer. *O Radix.*
D	20	(Vig., *de qua nihil in Off.*) De feria Adv. sim. c. viol. Omn. ut ibi et in Psalt. T. A. Missa de Vigilia cum commemoratione Feriæ. Vesp. seq. ant. ad Mag. et or. pr., com. fer. ant. *O Clavis.*
E	21	S. Thomæ Ap. d. 2 cl. c. rub. Omn. ut ibi, com.

fer. ant. *Nolite* in L. et M. pr. cum *Cr.* et Præf. Ap. Vesperæ juxta concurrentiæ leges, ant. pro com. fer. *O Oriens.*

22 De Feria Adv. In Mart. 1 l. *Valentiæ.* Vesp. seq. or. pr., com. fer. ant. *O Rex.*

23 B. Nicolai Factoris C. (1 O.) d. min. c. alb. ll. 2 n. pr., 3 *Sint lumbi*, com. fer. ant. *Ecce completa* in L. et M. *Os justi* or. ppr. In Vesp. com. fer. ant. *O Emmanuel.*

24 Vig. Nativ. D. N. J. C. De ea simpl. priv. c. viol. Omn. ut ibi et in Psalt. ex fer. curr. Absolutio item de fer. curr., Bened. de 3 n. Ad Laud. (et per Horas) Officium fit ritu dup. Ad 1 dic. tres Psal. consueti, et Martyr. canit. a Sacerdote Pluv. viol. induto (absq. *Stola*) cum Cerof. et Incenso ut ad Ev. Ad illa verba *In Bethlehem* usq. ad *secundum carnem* omnes genufl., exceptis Cant. et Cerof. Mis. pr. sine *Gl.* et absq. *Cr.*, cum unica or. *(exclusis Collect.)*, post Grad. non dic. *Allel.* nec ℣. sequens, Præf. communis et in fine *Bened. Dom.* (Conv. post 9, et si cantetur cum sacris Ministris adhibetur Dalm. et Tunicell., puls. Org. et floribus ornat. Altar.) Vesp. seq. pr. Ad ant. finalem *Alma* dic. ℣. *Post part.* or. *Deus qui salutis* usq. ad Purific. In fine hym. *Jesu* et ad 1 ℣. *Qui natus* usq. ad Epiph. Bened. mensæ pariter usq. ad Epiph. *Verbum caro*, in fine *Notum.*

25 Nativitas D. N. J. C. d. 1 cl. cum oct. priv. c. alb. Omn. pr. Hodie dici poss. tres Mis. cum *Cr.*, Præf. et *Communic.* pr. In 1 tant. Mis. ad *Communic.* dic. *Noctem sacratiss.* In 2 fit com. S. Anastasiæ, et in fine 3 leg. Ev. Epiph. In 1 et 2 Mis. Calix non purificatur, nec abstergit., neq. eid. superimponit. Purificatorium, dic. tamen duæ or. *Quod ore* et *Corpus tuum Dom.*, et digiti purificantur in vasculo ad hoc in Altari præparato. In 2 et 3 Mis. Calix non ponitur supra mapp., sed super corporale vel pallam, nec ante nec post vini infusionem abstergitur. Tandem SS. Sanguis sumitur semper ex ead. Calicis parte. Qui unam tant. Mis. cele-

		brat legat 3 cuj. oratio concordat cum Off. In Solemn. cum cantat. ℣. Symb. *Et incarnatus* Celebr. et Ministri genufl. Vesp. de solemnitate, com. seq.
C	26	S. Stephani Protom. d. 2 cl. cum oct. c. rub. Omn. ut ibi, com. oct. in L. et M. pr. cum *Cr.*, Præf. et *Communic.* de Nat. usq. ad Circumcisionem. Vesp. de Nat. a cap. S. Steph., com. seq. et oct. Nat.
D	27	S. Joannis Ap. et Ev. d. 2 cl. cum oct. c. alb. Omn. ut ibi, com. 2 oct. in L. et M. pr. cum *Cr.* etc. Vesp. de Nat. a cap. S. Joan., com. seq. et 2 oct.
E	28	Ss. Innocentium Mm. d. 2 cl. cum oct. c. viol. Omn. ut ibi, 2 ant. 3 n. *Isti sunt*, non dic. *Te Deum*, sed 9 ℟., com. 3 oct. in L. et M. pr. sine *Gl.*, post Grad., omiss. *Allel.* et ℣. seq., dic. Tractus, *Cr.* etc., et in fine *Bened. Dom.* Vesp. de Nat. a cap. Ss. Innoc., com. seq. et 3 oct.
F	29	S. Thomæ Ep. et M. sem., sed *in Statu Eccl.* d. min., c. rub. ll. 1 n. *A Mileto,* rel. pr., com. 4 oct. in L. et M. pr. cum *Cr.* etc. Vesp. de Nat. *ritu sem.* a cap. Dom. infra oct. ℣. *Verbum caro* ant. ad Mag. *Dum medium*, com. præc. et 4 oct. (sed *in Statu Eccl.* Vesp. de Nat. *ritu dup.* a cap. S. Thomæ, com. Dom. ant. *Dum medium* ℣. *Verbum caro* et 4 oct.).
G	30	De Dom. infra oct. Nat. sem. c. alb. Omn. ut ibi et in die Nat., com. 4 oct. in L. et M. *Dum medium* cum *Cr.* etc. Vesp. de Nat. *ritu dup.* a cap. seq., com. Dom. et 4 oct.
A	31	S. Silvestri Pp. et C. d. min. c. alb. ll. omnes ut ibi, com. 4 oct. in L. et M. ut ibi cum *Cr.* etc Vesp. de Circumcisione Dom., sine com.

ADNOTATIONES

in Festa Decembris

es Mensis 1. — I. Ante Adventum prima die non impedita dicitur Officium Defunctorum. *Revise c.* 7 *n.* 5 *et c.* 8 *n.* 25.

II. Si hodie occurrat vel reponi contigerit Festum aliquod duplex majus, vel altioris ritus, aut præceptum in Foro adsit audiendi Sacrum, aut in Ecclesia expositio SS. Sacramenti sive pro oratione XL horarum sive pro alia publicā causa, aut exterior specialis solemnitas celebretur, Commemoratio omnium Defunctorum Fratrum etc. ut in Kalendario, transfertur in diem proximam similiter non impeditam. *Relege c.* 7 *n.* 6. At ubi incidat vel reponendum sit Festum ritus duplicis minoris (in quo desit peculiaris solemnitas ut supra) Officium quidem, Missa solemnis et Absolutio Defunctorum persolvitur ut in Kalendario; sed aliæ Missæ dici nequeunt de Requie, nisi applicentur pro illis Defunctis, quorum Commemoratio peragitur. *S. R. C.* 23 *Maji* 1846 *in Tudentin. ad* 16.

III. Apud nos dies prima Decembris vacua relinquenda est a quavis Officii assignatione perpetua, ut in ea commode reponantur Festa S. Andreæ Apostoli, Omnium Sanctorum Ordinis nostri et S. Jacobi Piceni, si quando incidant in Dominicam primam Adventus, ut supra eorum die animadversum est. Quod si forte alicubi Festum aliud hac ipsa die occurrerit, ibi istud, vel illa, opus erit ut transferantur juxta communes occursus ac repositionis leges. *Rubr. pecul. n.* 101.

— I. In Antiphona ad *Magnificat* (et Oratione) S. Petri Chrysologi ad nomen *Petre* addenda est vox *Chrysologe,* eo quod non est Cognomen. *S. R. C.* 5 *Mart.* 1825 *Decr. gener. Recole etiam exposita in diem* 27 *Jan. n. I.* Insuper in ejus Missa *Communio* debet esse *Domine quinque talenta* etc. *S. R. C.* 12 *Sept.* 1840 *in Quebecen. ad* 1.

II. Ubi Festum S. Barbaræ Virginis et Martyris hodie colitur ritu duplici minori, Officium S. Petri Chrysologi perpetuo transfertur in diem proximam non impeditam.

S. R. C. 5 *Maj.* 1736 *in Einsidlen. Relege etiam c.* 4 *n.* 2 *VI.*° Missa S. Barbaræ est *Loquebar* de Communi Virginis et Martyris.

5. — I. Hodie apud nos occurrit Officium ad libitum B. Elisabeth Bonæ: an die hac fas sit reponere perpetuo vel per accidens aliquod translatum, patet ex dictis c. 4 n. 15.

II. Ubi legenda sit Missa S. Sabbæ Abbatis, ea sumitur de Communi Abbatum.

6. — Si hodie fuerit Sabbatum, apud nos in Missa commemoratio agitur (nisi occurrat Festum duplex primæ classis) Vigiliæ Immaculatæ Conceptionis B. M. V. anticipatæ, cum ipsius Evangelio in fine; ac duæ dicuntur Missæ Conventuales, quæ nempe ordinantur prout ostensum est sub die 23 Februarii n. X.

7. — Quoties concurrit secunda Dominica Adventus die septima Decembris cum Festo Immaculatæ Conceptionis B. M. V. et die Octava cujuspiam Sancti, commemoratio hujusce diei Octavæ, licet instar simplicis, Dominicæ commemorationem rite præcedit. *S. R. C.* 10 *Jan.* 1695 *in una Galliarum ad* 7. *Confer etiam c.* 6 *n.* 12.

8. — I. Novissimum Officium cum Missa Immaculatæ Conceptionis B. M. V. a SS. D. N. Pio Papa IX nuper approbatum, est ubique et ab omnibus, qui ad Horas Canonicas tenentur, omnino recitandum, omisso quocumque alio. *Ita ex Brevi diei* 25 *Sept.* 1863.

II. Ubi Festum Immaculatæ Conceptionis B. M. V. insignitur ritu duplici primæ classis, ut apud nos, celebratur etiam in occursu Dominicæ secundæ Adventus: quo casu de Dominica commemoratio peragitur in utrisque Vesperis, Laudibus et Missa, cum nona Lectione de homilia ad Matutinum atque Evangelio in fine Missæ. Ubi vero colitur ritu dumtaxat duplici secundæ classis (ut in Ecclesia universali), transfertur in Feriam secundam proxime insequentem, translato quocumque Festo etiam æqualis, non tamen altioris ritus in eam incidente. *S. R. C.* 24 *Maji* 1860 *Decr. Urbis et Orbis. Vide etiam annotata initio pag.* 233. Octava nihilominus minime transfertur. *Relege quæ explicuimus c.* 2 *n.* 53 *et c.* 4 *n.* 18.

III. Infra Octavam Immaculatæ Conceptionis B. M. V., omnia persolvuntur ut ibidem et in Festo. Missa dicitur ut in die, 2 Oratio est de Feria, 3 de Spiritu sancto. Si forte commemoratio incidat cujuspiam Simplicis, de hoc erit 3 Oratio, omissa altera de Spiritu sancto.

9. — Ubi Festum S. Francisci Xaverii colitur cum Octava, si cras fuerit Dominica secunda Adventus, et hodie Officium actum sit de die infra Octavam Immaculatæ, Vesperæ erunt de hac eadem, a Capitulo Dominicæ cum commemoratione prius Immaculatæ, postmodum diei Octavæ S. Francisci, demum S. Melchiadis. At si hodie Officium recitatum sit de die infra Octavam S. Francisci (ubi nempe ejus Festum celebratur ritu duplici primæ classis, Immaculatæ autem Conceptionis ritu duplici secundæ classis), tum vero de Sabbato erunt Vesperæ sicuti in Psalterio, a Capitulo Dominicæ, cum commemoratione sequentis diei Octavæ S. Francisci (ut in primis Vesperis Festi), deinde Octavæ Immaculatæ, tum S. Melchiadis, neque ad Completorium Preces adjungentur. *Consulito c.* 6 *n.* 12.

10. — I. In Officio sanctæ Domus Lauretanæ ℣. primi Nocturni est *Hic domus Dei est et porta cœli*, ℟. *Et vocabitur aula Dei* ex ℟. brevi horæ Tertiæ. *S. R. C.* 8 *Aug.* 1835 *in una Ord. Min. S. Francisci.* Octava benedictio est *Cujus Festum colimus ipsa Virgo Virginum* etc. Ad Primam in ℟. brevi pronunciatur ℣. *Qui natus*, ac Hymni ejusdem metri ita absolvuntur: *Jesus tibi sit gloria, qui natus* etc., etiamsi Festum transferatur. In eo commemoratio præteritur Immaculatæ Conceptionis, ne Officium simul et commemoratio in eodem objecto versentur, eadem scilicet B. M. Virgine. *Recole c.* 6 *n.* 8. Contra quum Officium Immaculatæ Conceptionis, sive ob occursum Dominicæ sive alia de causa, reponitur die nona Decembris, opus est ut in secundis Vesperis de Immaculata commemoratio Domus Lauretanæ prætermittatur. *Confer c.* 5 *n.* 2 *II.*°

II. Quum Festum sanctæ Domus reponitur in Feria quarta Quatuor Temporum, quoad nonam Lectionem et Evangelium, quod idem est ac Festi, id effice quod præ-

scribitur sub die 23 Februarii n. XI. At ubi transferatur in diem 20 Decembris, et die hac occurrat Feria quarta Quatuor Temporum, videtur ultimum in Missa Evangelium dicendum esse de Vigilia; tum quippe homilia Vigiliæ in Officio non omittitur per se, sed tantum per accidens, prout animadvertimus in diem 23 Februarii n. XII.

III. Ubi Ecclesiæ Patrona sit B. M. V. sub titulo Almæ Domus Lauretanæ, ibi Festo hoc adveniente (quemadmodum monuimus infra Octavam ipsius Nativitatis 8 Septembris n. III) cessat Octava Immaculatæ Conceptionis; quamobrem die istius Octava, si neque duplex aliquod translatum oporteat reponi, neque sit Dominica, Officium persolvitur de 6 die infra Octavam Almæ Domus. Verumtamen ubicumque Immaculata Conceptio est Patrona principalis, uti apud nos, ejusque Festum majori solemnitate quam alterum Almæ Domus celebratur; suspenditur e converso hujus Octava, quæ nihilominus post Octavam Conceptionis reviviscit. *Perlege c. 2 n. 33 et c. 4 n. 2 IV.*

IV. Ubi Festum S. Melchiadis Papæ et Martyris ritu duplici vel semiduplici colitur, octavum ℟. est *Domine prævenisti* etc., quippe cum violenta morte minime sit interemptus. Missa *Statuit* legitur de Communi unius Martyris.

13. — Si aliquando contigerit primas Vesperas recitari integras de Festo S. Luciæ Virginis et Martyris, Antiphonæ sumuntur ex Laudibus *Orante S. Lucia;* Psalmi, ℣., ℟. et Hymnus petuntur e Communi Virginum, Antiphona ad *Magnificat* et Oratio est propria. *Rubr. ibi.*

14. — I. Si Festum S. Gregorii Thaumaturgi inciderit in Feriam quartam Quatuor Temporum, Lectiones primi Nocturni sunt de Communi, nempe *Fidelis sermo*, nona Lectio est de homilia Feriæ, cujus nempe commemoratio fit in Laudibus et Missa cum ejusdem Evangelio in Missæ fine: binæ vero celebrantur Missæ Conventuales, quas rite ordinandi ratio jam tradita est c. 8. n. 2 et seqq. Ubicumque die hac neque Festum occurrit novem Lectionum, neque duplex aliquod reponendum adsit, Officium quidem persolvitur de die infra Octavam

cum Lectionibus primi Nocturni ex Festo S. M. ad Nives 5 Augusti, ac nona Lectione de homilia Feriæ, de qua commemoratio agitur in Laudibus; sed Missæ celebrandæ sunt omnes de Feria Quatuor Temporum. *Annotationem relegito in diem 23 Febr. n. VII.*

II. Si hodie Sabbatum incidat et Officium recitatum sit de septima die infra Octavam Conceptionis, Vesperæ dicuntur cum Antiphonis et Psalmis Sabbati ut in Psalterio, a Capitulo Dominicæ tertiæ Adventus, cum commemoratione diei Octavæ Immaculatæ Conceptionis B. M. V. ut in primis Vesperis Festi. *Rubr. Brev. ibi et pecul. n.* 135. Quid vero agendum, si Officium actum sit de Festo duplici vel semiduplici, jam docuimus c. 6 n. 12.

III. Officium S. Gregorii Thaumaturgi Episcopi et Confessoris pro Ecclesia universali ritu agitur dumtaxat semiduplici; Romæ vero ex privilegio est duplex minus. *S. R. C.* 11 *Mart.* 1837 *in Leodien. ad* 2.

15. — I. Cum Octava Immaculatæ Conceptionis in quartam incidit Feriam Quatuor Temporum, de Feria prætermittitur nona Lectio, atque ejus fit tantum commemoratio in Laudibus et Missa, sine ipsius Evangelio in Missæ fine, uti nuperrime S. R. C. decrevit die 16 Sept. 1865 in Æsina ad 1 et 2, ac nos jam generatim tradidimus sub die 23 Februarii n. XI. Duæ insuper dicuntur Missæ Conventuales, in quarum altera de Tempore Præfatio communis usurpatur. *Vide c.* 8 *n.* 2 *et seqq.*

II. Si hodie inciderit Dominica tertia Adventus, de ea Officium persolvitur, cum commemoratione diei Octavæ Immaculatæ Conceptionis in utrisque Vesperis, Laudibus et Missa; verum absque Precibus ad Primam et Completorium, ac sine tertia Oratione de Tempore in Missa.

16. — I. Quoties Festum S. Eusebii Episcopi et Martyris occurrit in Quatuor Temporibus, Lectiones primi Nocturni sunt *A Mileto*, nona Lectio est de homilia Feriæ, cujus nempe commemoratio agitur in Laudibus et Missa cum ipsius Evangelio in Missæ fine; duplex præterea dicitur Missa Conventualis juxta regulam quam explicuimus c. 8 n. 2 et seqq.

II. A sequenti die decima septima Decembris inclusive usque ad sextam Januarii pariter inclusive, Octavæ

excluduntur omnes quæ in Kalendario Romano minime recensentur, et si quæ fuerint inchoatæ, confestim die decima septima adveniente abrumpuntur et cessant. *Rubr. tit.* 7 *n.* 1. Quapropter si die hac decima sexta Decembris occurrerit aliqua dies infra Octavam extra septimam, Vesperæ, ubi non est agendum postridie Festum novem Lectionum (quo casu servabuntur concurrentiæ leges), integræ persolventur de S. Eusebio, cum commemoratione diei infra Octavam (de qua nihil amplius fit), itemque Feriæ; ad Completorium tamen ejusdem diei omittentur Preces. Si porro inciderit dies septima infra Octavam, Vesperæ pariter recitantur integræ de S. Eusebio, nisi sequatur Dominica (tum quippe a Capitulo fieret de Dominica), at de Octava nihil agitur, quia cum dies septima Vesperis destituta sit, Octava jam ad Nonam desiit; ideoque ad Completorium Precibus locus adest. *Rubr. pecul. n.* 204. *Attende etiam quæ ediximus in Quadrag. n.* 2. At vero ubi privilegium viget celebrandi Octavam hoc tempore vetito, ibi occurrentiæ et concurrentiæ leges sunt observandæ, ut in aliis temporibus, excepto quod commemorationem Octavæ omitti opus est a Missa Vigiliæ Nativitatis usque ad hujus secundas Vesperas inclusive, etiamsi dies Octava occurrat ipso Nativitatis die. Quod si dies Octava incidat in Festum S. Stephani, tum vero illius commemoratio peragitur in secundis Vesperis Nativitatis. De diebus tandem infra Octavam nihil prorsus fit a præfatis primis Vesperis ad diem usque vigesimam octavam Decembris inclusive. *Relege c.* 6 *n.* 12 *et quæ annotavimus in diem* 23 *Febr. n. VII.*

III. Ubi Antiphonæ privilegiatæ, ad Laudes et per Horas in sex Feriis ante Vigiliam Nativitatis dicendæ, ex Indulto Apostolico incipiunt die decima sexta Decembris, ab hac ipsa die pariter excluduntur Octavæ. Quare in secundis Vesperis diei decimæ quintæ quoad commemorationem vel omissionem Octavæ serventur quæ n. II præcedenti præscripta sunt. *S. R. C.* 16 *Jan.* 1677 *in Hispalen. ad* 3.

17. — I. Si quando Festum B. Margaritæ celebretur in Quatuor Temporibus, Lectiones primi Nocturni sunt

De virginibus ut in Communi, nona Lectio est de homilia Feriæ, cujus insuper commemoratio est agenda in Laudibus et Missa cum ipsius Evangelio in fine; denique binæ dicuntur Missæ Conventuales ea ratione quam tradidimus c. 8 n. 2 et seqq. Ubi vero neque Festum illud colitur, neque aliud reponendum est duplex vel semiduplex, Officium persolvitur de Feria Quatuor Temporum, quod ordinabis prout demonstratum est in Dominicis et Feriis Adventus n. 6.

II. Hodie incipiunt Antiphonæ propriæ ad Laudes et per Horas Officii ferialis in sex Feriis ante Vigiliam Nativitatis, quæ nimirum reperiuntur post Dominicam tertiam Adventus. Dicuntur hodie Antiphonæ, quæ conveniunt Feriæ occurrenti; idest si hodie sit Feria secunda, recitantur quæ ibi ponuntur pro Feria secunda: si sit Feria tertia, quæ ibi describuntur pro Feria tertia; reliquæ similiter in propriis Feriis locum obtinent. *Rubr. post Dom.* 3 *Adv.* At vero si hodie fuerit Dominica, ejusmodi Antiphonæ feriales inchoantur cras. *Rubr. l. cit.* Antiphonæ porro, quæ recitandæ forent die, qua occurrit (extra Sabbatum) Festum S. Thomæ, seu qua peragitur ejus Officium etiam translatum, dicuntur in Sabbato (si Officium persolvatur de Feria) cum Psalmis Sabbati, quarta prætermissa, in cujus locum subrogatur Antiphona *Expectetur*, nisi Vigilia Nativitatis inciderit in Dominicam; tum quippe Antiphonæ de Laudibus, quæ occurrunt die S. Thomæ, eo anno prætermittuntur *(Rubr. l. cit.)*: in Sabbato autem id præstabitur quod die 23 explicandum nobis est. Quoties præfatæ Antiphonæ incidunt in Festa duplicia vel semiduplicia, non transferuntur, sicuti illæ quæ occurrunt in Festo S. Thomæ, sed plane omittuntur.

III. Hodie in Vesperis ad *Magnificat* incipiunt Antiphonæ majores, quarum nullam unquam præteriri fas est, quæque duplicantur seu recitantur integræ ante et post *Magnificat* (*). In singulis autem Vesperis dicuntur

(*) Antiphonæ, quarum recitatio præcipitur aut modulatio ad *Magnificat* a die 17 Decembris usque ad Vigiliam Nativitatis,

ordinatim ut in Breviario usque ad diem 23 Decembris inclusive. In Festis usurpantur pro commemoratione Adventus (*Rubr. ibi*): ipsæ enim minime expungunt Festa duplicia aut semiduplicia etiam translata. *S. R. C.* 22 *Aug.* 1693 *in Florent.* Quando Vesperæ sunt feriales, quum Antiphona major adhibeatur ad *Magnificat*, ipsa, juxta Cæremoniale Episcoporum lib. 2 c. 3, præcinenda est ab Hebdomadario, non vero ab una ex Dignitatibus, haud obstante contraria consuetudine. *S. R. C.* 12 *Nov.* 1831 *in Pistorien. ad* 3.

18. — I. In Officio Expectationis Partus B. M. V. (ubi celebratur) omnes Hymni, etiam *Verbum supernum*, concludendi sunt per stropham *Virtus, honor, laus, gloria* ut in Dominica prima Adventus; et in ℟. brevi ad Primam profertur ℣. *Qui venturus* etc. *S. R. C.* 21 *Jan.* 1670 *in Oscen. et* 23 *Maj.* 1835 *in Namurcen. ad* 13. Benedictio octava in Matutino est *Cujus Festum colimus* de more; atque in Præfatione non pronunciatur *Et te in Expectatione Partus*, sed tantum *Et te in Expectatione B. M. V.* etc. *S. R. C.* 3 *Mart.* 1761 *in Aquen. ad* 8 *et* 9.

II. Si præfatum Festum Expectationis in Feriam quartam inciderit Quatuor Temporum, ex peculiari Rubricæ præscripto, pro homilia Festi, tres Lectiones recitantur de homilia Feriæ, cum ℟℟. de Festo; de ea porro commemoratio fit in Laudibus et Missa cum ultimo Evangelio S. Joannis *In principio*, et duæ celebrantur Missæ Conventuales, quas rite ordinari oportet quemadmodum ostensum est c. 8 n. 2 et seqq. Cum

---

vocantur *Majores*, non modo quia reliquas Feriarum Antiphonas, utcumque proprias, inde amovent et excludunt, sed maxime quia Christi mox venturi imaginem per insignes titulos et præclara Symbola graphice designant. Singulis hujusmodi Antiphonis præponitur interjectio *O*, quæ est invocantis, ut nimirum fidelis animæ, quæ captiva adhuc jacet in luctu et tenebris, exprimantur suspiria et vota erga Christum, qui ineffabili charitatis Mysterio mox illam est redempturus. Duplicantur vero, seu recitantur integræ ante et post *Magnificat*, solemnitatis ergo. *Consule Gaume.*

autem ejusmodi Festum reponitur die 20 ac pariter occurrit in prædicta Feria quarta, id peragitur quod paullo ante declaratum est, sed in Missa præter commemorationem Vigiliæ S. Thomæ in eam diem incidentis, videtur quoque locus adesse ultimo Evangelio ejusdem Vigiliæ, eo quod hoc in casu homilia Vigiliæ in Officio per accidens tantum omittitur, non per se. *Consule quod præstituimus sub die 23 Februarii n. XII.*

. — I. Quoties Festum B. Conradi ab Ophyda agatur in Quatuor Temporibus, Lectiones primi Nocturni hauriuntur e Communi secundo loco, nempe *Beatus vir*, ac nona Lectio est de homilia Feriæ, cujus commemoratio fit in Laudibus et Missa cum ipsius Evangelio in Missæ fine; binæ tandem dicuntur Missæ Conventuales prout jam docuimus c. 8 n. 2 et seqq. Ubi porro neque Festum illud occurrat, neque aliud reponendum sit duplex vel semiduplex, Officium persolvitur de Feria Quatuor Temporum, quod nempe ordinatur sicuti innuimus in Dominicis et Feriis Adventus n. 6 et die 17 hujus n. II.

II. Si hodie sit Sabbatum, in Missa ita agendum est de Vigilia S. Thomæ Apostoli anticipata, quemadmodum sequenti die palam fiet.

0. — I. Apud Moniales Tertii Ordinis Festum colitur B. Leonardi C. d. maj. c. alb. (D. A. ex 26 Nov.) Omn. ut ibi, com. fer. in L. et M. pr. 3 or. Vig. cum hujus Evangelio in M. fine; vide mox dicenda.

II. Cum Vigilia S. Thomæ occurrit in Feria Quatuor Temporum, simulque in Festo duplici vel semiduplici etiam translato, Officium peragitur de Festo, in quo de Vigilia nihil fit; nona Lectio est de homilia Feriæ, cujus commemorationi datur locus in Laudibus et Missa cum tertia Oratione de Vigilia, atque Evangelio Feriæ in fine; duæ insuper dicuntur Missæ Conventuales. *Videatur annotatio in diem 23 Febr. n. XII.* Ubi vero in hoc eodem casu neque occurrit, neque reponi opus est Festum aliquod duplex vel semiduplex, persolvitur Officium de Feria Quatuor Temporum, et rursum nihil agitur de Vigilia; quod nempe Officium ordinandum est, uti jam tradidimus in Dominicis et Feriis Ad-

ventus n. 6 et die 17 hujus n. II. Missa item legitur de Feria cum 2 Oratione de Vigilia, 3 *Deus qui de B. M. V. utero*, et in fine cum Evangelio non Vigiliæ, sed S. Joannis *In principio* etc. *S. R. C.* 16 *Febr.* 1781 in *una Ord. Carmelitarum ad* 4. Demum unica tantum, scilicet de Feria, Missa Conventualis celebratur. *Perlege quod animadversum est sub die* 23 *Februarii n. XII.*

III. Si contigerit, ut in Vigilia S. Thomæ (extra Quatuor Tempora) Festum aliquod agatur duplex vel semiduplex etiam translatum, hujus Officium est persolvendum cum commemoratione Feriæ, ac in eo de Vigilia nihil fit. At in Missa 2 Oratio erit de Adventu, 3 de Vigilia cum istius Evangelio in fine, dummodo Festum illud non sit duplex primæ classis; tum quippe ne in Missa quidem ratio ulla Vigiliæ foret habenda. At contra ubi Missa Vigiliæ commemorationem admittat, locum quoque obtinent binæ Missæ Conventuales. *Videsis exposita sub die* 23 *Febr. n. X.* Ubi porro in Vigiliam S. Thomæ (extra Quatuor Tempora) neque incidat, neque necesse sit ut reponatur Festum aliqud duplex vel semiduplex, Officium est de Feria Adventus, in quo nihil de Vigilia agitur. Missa tamen legitur de Vigilia cum 2 Oratione de Feria, 3 *Deus qui de B. M. V. utero*. Quod si hodie occurrat Feria secunda, tum vero 2 Oratio est *Fidelium* pro Defunctis, 3 de Feria, omissa altera de B. M. V.

IV. Si hodie sit Sabbatum ac de illo Officium recitetur, ad Laudes et per Horas dicendæ sunt Antiphonæ feriales Feriæ secundæ post Dominicam quartam Adventus cum Antiphona *Expectetur*, quando in Feria illa secunda reponitur Festum S. Thomæ a Dominica quarta translatum. *Recole quod advertimus sub die* 17 *n. II.* Ubi autem Festum S. Thomæ colitur ritu duplici primæ classis, puta quia Titularis est vel Patronus, quoniam ibi non transfertur, ibidem sunt hodie recitandæ Antiphonæ de Laudibus Dominicæ quartæ (omissis *Alleluja*) cum Antiphona *Expectetur*, ac in proxima Feria secunda (si quidem hujus Officium agatur) Antiphonæ ejusdem Feriæ; tum quia Octavæ hoc tempore non celebrantur, tum etiam quia Rubrica præcipit ut Sabbato dicantur

Antiphonæ ea die occurrentes, qua Officium persolvitur S. Thomæ. *Gav. sect. 7 c. 2 ad hanc diem. Confer etiam loc. supra cit.*

1. — I. Si Festum S. Thomæ inciderit in Quatuor Tempora, nona Lectio est de homilia Feriæ, cujus nimirum commemoratio est facienda in Laudibus (per Antiphonam *Nolite*) atque in Missa cum ipsius Evangelio in fine; præterea duæ dicuntur Missæ Conventuales, ea plane ratione quam exposuimus c. 8 n. 2 et seqq.

II. Si hodie fuerit Dominica, Festum S. Thomæ transfertur ad proximam Feriam secundam, quæ si impediatur, oportet ut illud prima die libera reponatur: ea porro si usque ad anni exitum defuerit, tunc id præstabitur quod sub die 30 Novembris numero I. declaratum est. Ubi Festum hoc est duplex primæ classis, peragitur vel in occursu Dominicæ, ut heri n. IV monuimus. At enim in casu translationis Officii S. Thomæ in Feriam secundam, Antiphona ad Laudes pro commemoratione Feriæ est *Dicit Dominus;* si reponatur autem in Feriam tertiam, recitabitur Antiphona quæ in eadem Feria tertia exhibetur. Verumtamen hodie commemoratio Feriæ ad Laudes perpetuo fit per Antiphonam *Nolite*, quodcumque Officium persolvatur.

III. Quoad Antiphonas dicendas ad Laudes et per Horas in sex Feriis ante Vigiliam Nativitatis, recole quæ diximus sub die 17 hujus n. II et die 20 n. IV.

2. — Si hodie agitur Officium de Feria, ad Laudes et per Horas adhibentur Antiphonæ feriales propriæ. *Consule annotationem in diem* 17 *hujus n. II.* Et si Feria incidat Quatuor Temporum, relege etiam quod tradidimus in Dominicis et Feriis Adventus n. 6. Quod si alicubi in posteriori casu occurrat Festum duplex vel semiduplex etiam translatum, nona Lectio est de homilia Feriæ, cujus additur commemoratio in Laudibus et Missa cum ejusdem Evangelio in fine; binæ demum Missæ Conventuales sunt celebrandæ, prout ostensum est c. 8 n. 2 et seqq.

3. — I. Si apud nos Festum B. Nicolai inciderit in Sabbatum Quatuor Temporum, Lectiones primi Nocturni dicuntur de Communi secundo loco, nempe *Beatus vir*,

et nona Lectio adjungitur de homilia Sabbati, cujus etiam commemoratio peragitur in Laudibus (per Antiphonam *Ecce completa*) et in Missa cum ejusdem Evangelio in fine, denique dicuntur duæ Missæ Conventuales, quas ordinandi ratio traditur c. 8 n. 2 et seqq. Ubi vero neque occurrat, nec reponi opus sit Festum aliquod duplex vel semiduplex, Officium erit de Sabbato uti in Psalterio, cum Lectionibus Sabbati Quatuor Temporum. Deinde ad Laudes cum Psalmis Sabbati conjungendæ sunt Antiphonæ de Laudibus Dominicæ quartæ Adventus (absque *Alleluja*, uti superius innuimus), quarta prætermissa, in cujus locum substituitur Antiphona *Expectetur*, et ad *Benedictus* Antiphona *Ecce completa,* cum Oratione Sabbati Quatuor Temporum. *Rubr. post Off. Dom. 3 Adv. et in Sab. Q. T. Attende etiam exposita sub die 17 hujus mensis n. II.* Ad Horas item adhibendæ sunt Antiphonæ Dominicæ quartæ. Ad Vesperas autem (si quidem hodie Officium Sabbati peractum sit) Antiphonæ et Psalmi de Sabbato dicuntur ut in Psalterio, a Capitulo Dominicæ quartæ Adventus. *S. R. C. 22 Sep. 1703 in Viennen. ad* 8. Ad *Magnificat* pronunciatur Antiphona *O Emmanuel*, cum Oratione Dominicæ quartæ. Denique hodie Vigilia est tantummodo quoad jejunium. Quod si hodie actum sit Festum semiduplex, Vesperæ rursum erunt a Capitulo Dominicæ, cum commemoratione præcedentis. At ubi Festum fuerit duplex, tunc Vesperæ integræ de ipso, cum commemoratione Dominicæ, persolventur. In hisce Vesperis nihil fit de Vigilia, quia hujus Officium incipit ad Matutinum.

II. Si hodie neque Sabbatum sit, neque Dominica, ac Officium recitetur de Feria, ad Laudes et per Horas adhibentur Antiphonæ feriales propriæ ex Feria occurrenti. Verum ad *Benedictus* usurpatur Antiphona *Ecce completa*, quæ die hac semper est dicenda. Si autem inciderit Dominica, persolvitur Officium de ea, cum Antiphona ad *Benedictus* ut supra. Attamen secundis ipsius Vesperis nequaquam adnectuntur Vesperæ Defunctorum, quorum neque cras recitatur Officium. *Vide supra c.* 7 *n.* 5.

24. — I. Vigilia Nativitatis, seu ipsius Officium semper eodem peragitur die, in quem incidit; ac proinde amovet

quodcumque Festum in ipsa occurrens. *Rubr. post Tabellam occurrentiæ n.* 1. Item Vigilia hæc (quoad Officium et Missam) celebratur etiam in Dominica, si occurrat in ea. *Rubr. tit.* 6 *n.* 2. Quo casu Officium hoc modo ordinatur: Ad Matutinum, Invitatorium est *Hodie scietis;* Hymnus, Antiphonæ, Psalmi, ℣℣., Lectiones primi et secundi Nocturni cum ℟℟. sumuntur e Dominica quarta; in tertio autem Nocturno Antiphonæ ac Psalmi sunt quidem de eadem Dominica, at ℣. et tres Lectiones cum suis ℟℟. sunt de Vigilia, neque recitatur nona Lectio de homilia Dominicæ, neque dicitur *Te Deum.* Laudes et reliquum Officii sunt de Vigilia sub ritu duplici, cum commemoratione Dominicæ in Laudibus; Missa est propria *Hodie scietis,* sine *Gloria,* et absque tertia Oratione *(exclusis etiam Collectis).* Ad Graduale adjungitur *Alleluja* cum ℣. sequenti. Dicitur *Credo*, Præfatio Trinitatis, ac in fine Evangelium S. Joannis *In principio.* Conventualis celebratur post Tertiam (quia hodie minime agitur jejunium), ac si Solemnis sit, adhibetur Dalmatica et Tunicella, pulsantur Organa, et Altare ornatur floribus. *Rubr. ante Vig. Nativ. Relege etiam quod adnotavimus in Adv. n.* 5. Ex quo in Missa Vigiliæ Nativitatis occurrentis in Dominica recitatur *Credo,* Cavalerius *(to.* 5 *c.* 12 *n.* 17*)* colligit addendum quoque esse *Credo* extra Dominicam iis in Locis, ubi ex privilegio celebratur hoc tempore aliqua Octava quæ Symbolum per se exposcat; tunc enim ibi adjungeretur *Credo* ratione Octavæ, quemadmodum in Ecclesia universali locum habet ratione Dominicæ.

II. Si Vigilia Nativitatis inciderit in Sabbatum, ad Nocturnum in locum Psalmi *Jubilate* subrogatur Antiphona et Psalmus *Bonum est,* ne ille dicatur ad Matutinum, et iterum ad Laudes. *Gav. sect.* 6 *c.* 4 *n.* 1.

III. In Vigilia hac ad Primam tres tantum recitantur Psalmi, ut in Festis, quamvis foret Dominica. Martyrologium, quod ex Rubricæ præscripto canendum est in hac Vigilia pro die sequenti, nullo modo transferri licet ad ipsam Nativitatis diem. *S. R. C.* 22 *Jan.* 1707 *in Consentina.* Sacerdos illud cantaturus debet Pluviale induere violacei coloris (*S. R. C.* 27 *Mart.* 1817 *in*

Tudent. ad 8), absque Stola, utpote vetita in Officio Canonico, utcumque solemniter celebretur (*S. R. C.* 16 *Dec.* 1828 *in Volaterana ad* 3 *et* 7 *Apr.* 1832 *in Ariminen. ad* 1), et ipsemet thus injicere in Thuribulum. *S. R. C.* 27 *Mart.* 1779 *in una Ord. Min. Refor. ad* 11. Martyrologium porro canendum est, deposito libro super Legile panno violaceo instratum ac situm in medio Chori vel ante Altare juxta consuetudinem; atque tam Sacerdos cantor, quam Ceroferarii hinc inde ad latus ejus, consistunt facie ad Altare conversa. *Meratus sect.* 6 *c.* 4 *n.* 2.

IV. Quando Vigilia Nativitatis incidit in Dominicam, in cœna hujus diei pro benedictione Mensæ usurpanda est formula Nativitatis.

V. Qui ex privilegio celebraturus est primam Missam Nativitatis ante mediam noctem, potest nihilominus mane hujus diei 24 Sacrum facere, ut reliqui Sacerdotes, sed vetatur sumere purificationem. Fas vero eidem est hanc ablutionem haurire, quinimo et postea cibum sumere, si Missa illa ante mediam noctem desiit; ac deinde (tempore debito) secundam et tertiam Nativitatis Missam celebrare. Verumtamen Cardinalis Sacrum illud faciens ante mediam noctem in Sacello Summi Pontificis hac jejunii lege eximitur, et praxim servat ibi invectam et approbatam. *Tetamus ad hanc diem.*

25. — I. Cum recurrit Festum Nativitatis in Dominica, de hac nihil fit. Similiter cum incidit in Sabbatum, nihil de Dominica agitur in secundis Vesperis Nativitatis. In Choro Matutinum priori Missæ antecedit. Primo Responsorio subjicitur *Gloria Patri*, ac mox integrum repetitur Responsorium (*). *Rubr. Brev.* Dicto

(*) In primo ℟. post versum additur *Gloria Patri*, in SS. Trinitatis honorem, nec non in gratiarum actionem, quod promissum tandem aliquando in terras miserit Redemptorem. Post *Gloria Patri* integrum ℟. iteratur, ut commoneamur, Incarnationis Mysterium menti nostræ altius figendum esse, et jugiter recolendum. In tertio Nocturno ingeminatur *Alleluja*, quia tertia mundi ætate, idest post Christi Adventum in lege gratiæ r-

Benedicamus Domino, reticetur ℣. *Fidelium animæ* etc. *Gav. sect.* 5 *c.* 22 *n.* 4. Laudes, nulla mora, post Missam sunt recitandæ. *Rubr. Brev.* Prima dicitur summo mane, et post eam altera celebratur Missa Conventualis. Tertium denique Sacrum fit multo jam die post horam Tertiam. *Rubr. Miss. tit.* 15 *n.* 4.

II. Prima Missa inchoanda est post mediam noctem, non antea. *S. Pius V in Const.* Sanctissimus in Christo *diei* 29 *Mart.* 1566. Qua peracta, nullo modo licet aliam Missam, sive solemnem sive privatam, ante auroram celebrare; nec pariter in prima illa Missa, aut exinde ante auroram SS. Eucharistiam Fidelibus, etiam Religiosis seu Regularibus, administrare, nihil obstante contraria consuetudine quamvis immemorabili, non firmata Apostolico Indulto. *S. R. C.* 23 *Mart.* 1686 *in Senen.*, 3 *Dec.* 1701 *in Taurinen. et* 16 *Febr.* 1781 *in una Ord. Carmelitarum Excalceatorum ad* 7 *et* 8.

III. In tribus Missis diei Nativitatis, Celebrans post sumptionem SS. Sanguinis, eundo ad medium Altaris, et inde redeundo, minime genuflectit; ad ℣. *Dominus vobiscum* etc., necnon dum impertit benedictionem, more solito ad Altare renes obvertit, tametsi vini species in Calice nondum sint exsiccatæ. *S. R. C.* 20 *Jul.* 1686 *in Angelopolitana ad* 9. Subdiaconus itidem in secunda et tertia Missa solemni debet de more Patenam sustinere, utcumque prius superposita fuerit Calici necdum purificato, sed reservato in Tabernaculo. *S. R. C.* 11 *Sept.* 1847 *in Veronen. ad* 6. Celebrans in prima et secunda Missa profert verba *Quod ore sumpsimus* in medio Altaris manibus junctis; *Corpus tuum* vero dum aquæ vasculo digitos abluit. *S. R. C.* 11 *Mart.* 1858

---

versus orbis summo gaudio perfusus est. Responsoria brevia ›rarum item dicuntur cum *Alleluja* in maximæ lætitiæ arguentum, qua hoc gratiæ tempore totum gestit et exultat homiım genus. Id ipsum censeas pro Antiphonis Laudum. *Sic Te- :mus.* Ratio porro, quare *Alleluja* minime adjungitur ad Re- ıonsoria brevia Primæ et Completorii, constat ex eo quod Inotavimus ad calcem pag. 152.

in una plurium Diœcesium. Hæ tres Missæ queunt celebrari diversis tum horis, tum Altaribus, ac etiam Ecclesiis. *Tetamus in hanc diem.* Si diversis horis dicuntur, sed in eadem Ecclesia, Calix post primam et alteram Missam, quum in iis abluendus non sit, in Tabernaculo reponitur Patena et Palla coopertus. Si in variis celebrantur Ecclesiis, tum vero Calix asservatur in Tabernaculo ut supra, et ab alio Sacerdote abluitur, qui ipsa vel altera die Sacrum faciet. Quod si necessitas urgeat eumdem Calicem adhibendi, tunc Celebrans, postquam diligentissime divinum Sanguinem exsorbuerit, super Corporale Calicem statuit et Palla contegit; dein junctis manibus in medio Altaris inquit *Quod ore sumpsimus* etc., et subinde aquæ vasculo digitos intingit dicens *Corpus tuum Domine* etc. et abstergit. Postmodum Calicem, ubi eum collocavit, deducta Palla, cooperit de more, et Missam prosequitur ut alias. Lecto ultimo Evangelio, rursus in Altaris medio consistit, et detecto Calice introspicit num gutta quæpiam pretiosi Sanguinis (uti plerumque accidit) ad imum fluxerit. Quæ si adhuc supersit, illam sedulo lambens hauriat et quidem ex eadem parte, qua paullo ante pretiosum Sanguinem sumpsit. Deinceps in Calicem quantum antea vini, nunc tantundem aquæ infundat et intus circum undique agitet, et ex parte sumptionis uti supra, in paratum vas percolando ingerat. Calicem exinde Purificatorio abstergat, ac de more obtegat et continuo ab Altari recedat. Calice porro sic abluto fas erit uti in alia Ecclesia: aqua vero in vas effusa ad diem crastinum servabitur, ut ad secundam Missæ ablutionem denuo immittatur in Calicem et a Celebrante sumatur. *Ita ex Decreto diei 11 Mart.* 1858 *in una plurium Diœcesium* (*).

(*) Tres Missæ in hoc Festo triplicem designant Christi Nativitatem: æternam scilicet, qua Deus ex Patre genitus est; spiritualem, qua oritur in cordibus nostris per gratiam; temporalem, qua homo nascitur ex Virgine Deipara. Missa, quæ omnium prima noctu celebratur, corporalem significat Christi generatio-

IV. Si ex privilegio die Nativitatis concessa sit Missæ celebratio in Oratorio privato, Sacerdos potest ibi ter Sacrum facere. *S. C. Concilii* 13 *Jan.* 1725. Contra Sacerdos cæcutiens, qui Indulto gaudet dicendi Missam votivam B. M. V., vetatur hac die tres Missas votivas de B. M. V. celebrare. *S. R. C.* 11 *Apr.* 1840 *in Barchinonen. ad* 4.

V. Ubi S. Anastasiæ (ex Indulto, vel quia Titularis est aut Patrona) alia die peragitur Officium, ibi quoque hodie in secunda Missa adjungenda est (contra atque sentit Pittonus) illius commemoratio; eo quod commemoratio isthæc non vices quidem præstat ejus Officii, sed fit simpliciter ratione Stationis. *Meratus p.* 1 *tit.* 7 *n.* 2 *et p.* 4 *tit.* 3 *n.* 9. *Attende etiam dicta post Septuagesimam n.* 4.

VI. Hodie nequit celebrari Missa quamvis solemnis

---

nem nocte in lucem editi. Porro hæc nox ostendit eum incognitum advenisse; itemque, uti Augustinus ait, quasi solem veritatis et justitiæ illuxisse his, qui in tenebris et umbra mortis sedebant. Celebratur præterea prima hæc Missa quamprimum post mediam noctem, Matutino absoluto, quia illa noctis hora Christus est in vitam ingressus, incipiente jam die 25 Decembris. Missa, altera quum spiritualem denotet Christi generationem, qua primo nascitur in nobis per gratiam sanctificantem, idcirco ad auroram dicitur, seu primo diluculo. Tertia denique Missa fidei oculis demonstrat Divini Verbi generationem æternam; ideoque alta jam die, ac plena in luce celebratur ad designandum diem illum æternitatis, de quo legitur Ps. 109: *In splendoribus sanctorum, ex utero ante luciferum genui te.* — Advertit Toletus, per ista tria Sacra innui tres status, quibus homines salvati sunt; statum scilicet legis Naturæ, quam media nox denotat, quia debilis tum erat Dei cognitio in hominibus; Legis scriptæ statum, quem designat aurora, quia tunc major facta est in hominibus divinæ Legis cognitio; demum gratiæ statum, quem diei fulgor repræsentat, quia in illo divina gratia et rerum cœlestium cognitio maxime abundant. Ejusmodi interpretationi favet Honorius in Gemma, ubi docet: celebrari a singulis Sacerdotibus tres Missas in Natali Domini ad significandam salutem advenientem et iis, qui ante legem, et qui in ea, et qui post eam. *Hæc apud Tetamum.*

de Festo transferendo, nec Votiva pro re gravi, nec de Requie etiam præsente Cadavere, item neque solemnes Exequiæ aut Officium Defunctorum. *Confer.* c. 7 *n.* 11, *c.* 8 *n.* 5, 8 *ac* 29, *et quod annotatum est sub die* 6 *Januarii n. V.*

VII. Honorius III in cap. *Explicari* de observantia jejuniorum, sic statuit: « Illi qui nec *voto* nec *Regulari observantia* sunt adstricti, in Feria sexta, si Festum Nativitatis Dominicæ, die ipso venire contigerit, carnibus, propter Festi excellentiam, vesci possunt, secundum consuetudinem Ecclesiæ generalis. Nec tamen hi reprehendendi sunt, qui ob devotionem voluerint abstinere ». Idem sentias, si Festum Nativitatis inciderit in Sabbatum; quia etsi in textu sermo habeatur de Feria sexta, ubi tamen eadem urget ratio, ibi quoque eadem viget legis dispositio, non quidem extensive, sed comprehensive. *Sic Tetamus ex praxi communi.*

VIII. Infra Octavam Nativitatis, Vesperæ usque ad Capitulum sunt quotidie de Nativitate persolvendæ (ut in secundis Vesperis), tametsi occurrat vel sequatur Festum duplex primæ classis; et quidem ritu duplici si Festum incidens aut subsequens sit duplex, semiduplici autem, si neutrum Festum duplex fuerit.

IX. De Octava Nativitatis, utpote privilegiata, fit jugiter commemoratio, quamvis infra illam Festum duplex primæ classis occurrat. Non itidem fit de Octavis S. Stephani, S. Joannis ac Ss. Innocentium, si infra eas alicubi Festum duplex primæ classis inciderit. At vero si inciderit duplex secundæ classis, nonnulli arbitrantur in eo commemorationem agendam esse de hisce tribus Octavis, quia, ajunt, locum habet commemoratio Octavæ S. Stephani in Festo S. Joannis, et Octavæ illius et istius in Festo Ss. Innocentium, etsi ambo sint Festa duplicia secundæ classis. Veruntamen casus hic est particularis, ideoque ad casus alios minime est applicandus; præsertim cum id eisdem Octavis nequaquam congruat ex privilegio, sed maxime ex quadam convenientia quæ inter ipsas tres Octavas intercedit, quæque eadem est ac inter tria illa Festa; quare de una non

agitur commemoratio, quin aliarum quoque fiat. *Guyetus lib. 4 c. 6 q. 3.*

X. Si infra Octavam Nativitatis alicubi occurrat Festum, vel celebranda sit Missa votiva solemnis pro re gravi, obtinens Præfationem propriam, hanc recitari oportet, non obstante Rubrica pro Festo S. Joannis Apostoli et Evangelistæ; ejusmodi enim Rubrica, utpote particularis, ad aliorum Festorum Missam haudquaquam pertinet: *Communicantes* nihilominus erit semper de Nativitate. *S. R. C.* 16 *Febr.* 1781 *in una Ord. Carmelitarum Excalceatorum ad* 3.

26. — I. Quoties Festum S. Stephani in Dominica recurrit, hodie de ea nihil fit, sed transfertur ad 30 hujus.

II. Ubi S. Stephanus est principalis Patronus vel Titularis, primæ Vesperæ ac reliqua omnia dicuntur ut in Ecclesia universali.

III. Commemoratio omnium Ss. Martyrum in Festo S. Stephani non peragitur, præterquam ubi concessa est seu injuncta; ibique fit in utrisque Vesperis, Laudibus et Missa etiam solemni, et quidem sub distincta conclusione. *Sacra R. Cong.* 12 *Septemb.* 1840 *in Queberen. ad* 1, *et* 23 *Maj.* 1846 *in Syracusana.* Fit porro per Antiphonas et ℣℣. de Communi plurimorum Martyrum et Orationem *Deus qui nos annua* etc., mutando *Solemnitate* in *Commemoratione*, cum Secreta et Postcommunione, quæ ibidem respondent. *Relege quod monuimus sub die* 29 *Junii n. II.*

IV. Ubi die S. Stephani Festum colitur alterius vel Patroni vel Titularis, ibi Officium S. Stephani reponendum est die proxima non impedita, omissa interim commemoratione illius Octavæ. *Confer c.* 2 *n.* 32. Quod si usque ad anni exitum deficiat dies vacua, non videtur improbabile, posse illud die ejusdem Octava reponi, quamvis ea anno insequenti recurrat. Cum enim Octava non sit nisi prorogatio Festi, neque aliud reputetur quam dies una cum ipso Festo; propterea si anno proximo peragi potest Octava, nihil videtur obstare quominus et Festum ipsum tunc celebretur. Ceterum si ratio hæc minus arridet, Festum hoc transferatur in proximum semiduplex (non tamen in Dominicam), et, si desit istud, etiam

in proximum duplex, quod redigendum erit ad ritum simplicem, ubi occursus per accidens contingat: ubi vero occursus sit perpetuus, a S. R. Congregatione imploretur diei assignatio. *Recole quod docuimus c. 4 n. 5 III.° et 16.* Si demum in Festum S. Stephani incidat Dedicatio Ecclesiæ, id præstandum est quod infra die 28 hujus n. IV de Ss. Innocentibus declarabitur.

27. — I. Quoties Festum S. Joannis in Dominica occurrit, nihil hodie fit de ea, sed transfertur ad 30 hujus.

II. Ubi S. Joannes est principalis Patronus vel Titularis, ibi in primis Vesperis Antiphonæ et Psalmi sunt de Nativitate, deinde a Capitulo fit de S. Joanne, cum commemoratione S. Stephani et Octavæ Nativitatis. Reliqua persolvuntur ut in Ecclesia universali, sed in Laudibus et Missa atque in secundis Vesperis omittitur commemoratio S. Stephani, et infra Octavam commemoratio S. Joannis commemorationi S. Stephani præfertur. *Attende quod supra explicuimus c. 2 n. 33.*

III. Ubi in diem hanc S. Joannis Apostoli et Evangelistæ Festum incidat cujuspiam Patroni vel Titularis, aut Dedicationis Ecclesiæ, id perficiendum est quod heri n. IV de S. Stephano tradidimus.

28. — I. Cum Festum Ss. Innocentium in Dominica occurrit, nihil hodie fit de ea; in illorum Officio ad octavum ℟. additur *Gloria Patri*, ac iterum repetitur particula ℟., omissoque 9 ℟., dicitur *Te Deum*. In Missa vero recitatur *Gloria in excelsis*, necnon Graduale cum *Alleluja* et ℣. sequenti, ac in fine pronunciatur *Ite Missa est:* color demum est rubeus. *Rubr. ibi.*

II. Si hodie fuerit Sabbatum, in Vesperis post Orationem Ss. Innocentium commemoratio habetur Dominicæ infra Octavam Nativitatis, deinde trium Octavarum. Festum vero semiduplex S. Thomæ Episcopi et Martyris reponitur in proxima Feria secunda. Nihilominus ubi Festum S. Thomæ colitur ritu duplici minori (ut in Statu Ecclesiastico et alibi), non transfertur, sed agitur etiam in occursu Dominicæ. Eapropter ibi in hodiernis Vesperis fit primo commemoratio S. Thomæ, dehinc Dominicæ, postremo trium Octavarum. Ubi vero Officium S. Thomæ celebratur ritu duplici primæ classis,

ibi in Vesperis Antiphonæ et Psalmi sunt de Nativitate, a Capitulo de Festo S. Thomæ, cum commemoratione Ss. Innocentium, Dominicæ (si hodie sit Sabbatum) et Octavæ Nativitatis, Octavis reliquis prætermissis.

III. Ubi Ss. Innocentes sunt principales Patroni vel Titulares, ibi in primis Vesperis Antiphonæ et Psalmi persolvuntur de Nativitate, a Capitulo Ss. Innocentium (Capitulum et Hymnus petuntur e secundis Vesperis), cum commemoratione S. Joannis et Octavæ Nativitatis tantum. Matutinum et Missa dicuntur uti supra n. I traditum est, cum ipsorum Festum incidit in Dominicam (*Caval. to. 2 c. 14 d. 4 n. 13*); sed commemoratio dumtaxat de Octava Nativitatis agitur. In secundis Vesperis Antiphonæ et Psalmi recitantur de Nativitate, a Capitulo Ss. Innocentium, cum commemoratione Dominicæ (si hodie sit Sabbatum), secus Festi sequentis S. Thomæ, et Octavæ Nativitatis tantum. Infra Octavam vero commemoratio Ss. Innocentium commemorationi Octavarum S. Stephani et S. Joannis antefertur.

IV. Si alicubi Anniversarium Dedicationis Ecclesiæ redeat in Festo Ss. Innocentium, Sedi Apostolicæ supplicandum est pro Anniversarii commutatione. *S. R. C. 3 Aug.* 1839 *in Piscien. ad* 8. Idem præstari oportet, si Anniversarium incidat in Festum S. Stephani aut S. Joannis. Si autem die Ss. Innocentium occurrat Officium vel principalis Patroni vel Titularis, id perficiatur, quod die 26 hujus n. IV de S. Stephano præstitutum est.

29. — I. Si hodie non sit Dominica, Festum peragitur S. Thomæ ut in Kalendario.

II. Si Officium semiduplex S. Thomæ inciderit in Feriam sextam, et cras persolvi opus sit Officium de die infra Octavam Nativitatis, hodie in Vesperis omnia dicuntur ut in secundis Vesperis Nativitatis (*ritu semiduplici*) et post Orationem Nativitatis locum habet commemoratio S. Thomæ et trium Octavarum. *Rubr. ibi.* Si porro cras agendum sit Festum duplex etiam translatum, in Vesperis Antiphonæ et Psalmi sunt de Nativitate (*ritu duplici*), a Capitulo sequentis illius Festi cum commemoratione S. Thomæ et quatuor Octavarum, etiam ubi Festum S. Thomæ est duplex minus; sed hoc

in casu, si cras Officium sit de die infra Octavam Nativitatis, a Capitulo fit de S. Thoma, cum quatuor Octavarum commemoratione.

III. Quoties Festum S. Thomæ in Dominica occurrit atque celebratur ritu semiduplici, ut in Eccesia universali, de Dominica Officium persolvendum est ut in Kalendario die 30, et alterum S. Thomæ reponitur in proxima Feria secunda ac præfertur cuicumque duplici translato. *Rubr. tit.* 10 *n.* 5 *et S. R. C.* 19 *Jun.* 1700 *in Valentina.* In secundis Vesperis Dominicæ Antiphonæ et Psalmi sunt de Nativitate (*ritu semiduplici*), a Capitulo Dominicæ, cum commemoratione sequentis Festi S. Thomæ et quatuor Octavarum. *Rubr. ibi.* Ubi vero Festum S. Thomæ celebratur ritu duplici minori (uti evenit in Statu Ecclesiastico, ex Decreto S. R. C. diei 15 Maji 1846), si occurrat in Dominica, Officium dicitur de eo cum Lectionibus primi Nocturni *A Mileto* de Communi unius Martyris, et adjungitur nona Lectio de homilia Dominicæ, cujus nempe commemorationi datur locus in utrisque Vesperis, Laudibus et Missa cum ejusdem Evangelio in Missæ fine. Die porro trigesima agendum est de die infra Octavam Nativitatis (*S. R. C.* 1 *Mart.* 1681 *in una Canonicorum Regul. ad* 7), nisi forte celebretur duplex, utcumque translatum, ut supra n. II animadversum est; quo casu hodie recitantur in Vesperis Antiphonæ et Psalmi de Nativitate, a Capitulo sequentis Festi duplicis (etsi foret tantummodo duplex minus) cum commemoratione S. Thomæ, Dominicæ et quatuor Octavarum.

IV. Ubi S. Thomas colitur ceu principalis Patronus vel Titularis, in primis ipsius Vesperis Antiphonæ et Psalmi dicuntur de Nativitate, a Capitulo S. Thomæ, cum commemoratione Ss. Innocentium et Octavæ Nativitatis tantum. In Laudibus autem ac Missa nulla alia commemoratio, præterquam de Octava Nativitatis, agitur. In secundis Vesperis Antiphonæ et Psalmi rursum de Nativitate dicuntur, a Capitulo S. Thomæ, cum commemoratione Festi insequentis (si cras aliquod incidat) et Octavæ Nativitatis, non item aliarum. At enim si cum Festo S. Thomæ occurrat Dominica, tum vero hujus

commemoratio (ante alteram Nativitatis) locum obtinet in utrisque Vesperis, Laudibus et Missa, cum nona Lectione de homilia ad Matutinum, et Evangelio sub finem Missæ.

V. In tota Hispania, quando Festum S. Thomæ sub ritu semiduplici incidit in Dominicam, transfertur in Vigiliam Epiphaniæ juxta privilegium concessum a Gregorio XV. Suapte enim natura privilegium istud minime sublatum est per posteriora Decreta, quibus Festorum prohibetur translatio ad annum insequentem. *S. R. C.* 20 *Sept.* 1806 *in Matriten. ad* 2. In præfata vero Vigilia reponitur, quia dies trigesima, quæ alibi vacua est, illic impeditur Festo Translationis S. Jacobi Apostoli.

). — I. Si hodie fuerit Dominica, de ea Officium persolvitur ut in Kalendario. Item si hodie neque fuerit Sabbatum, neque Festum S. Thomæ in Dominicam inciderit, Officium hodie agitur de Dominica infra Octavam Nativitatis. *Rubr. Brev.* Quod si alicubi occurrat hodie Festum duplex etiam primæ classis, tum vero, cum in Ecclesia universa fiat de Dominica sive occurrente sive translata, hujus habenda in ipso est commemoratio in utrisque Vesperis, Laudibus et Missa, cum nona Lectione de homilia ad Matutinum, et ejusdem Evangelio sub finem Missæ. *S. R. C.* 28 *Mart.* 1654 *in Trunen.* Ubi Dominica hæc concurrat in secundis Vesperis cum Festo duplici primæ vel secundæ classis, de ea commemoratio non agitur, quia neutiquam est privilegiata.

II. Die hac trigesima Decembris licet reponere Officium duplex translatum, quando secus in ea agendum esset de die infra Octavam Nativitatis, non vero cum in ea celebrandum est de Dominica infra eamdem Octavam; atque ejusmodi lex viget, etiamsi privilegium suppetat peragendi duplicia translata in semiduplicibus. *S. R. C.* 24 *Sept.* 1842 *in una Tertii Ord. S. Francisci ad* 2 *et* 29 *Martii* 1851 *in una Ord. Min. Conventualium.*

III. Si hodie fuerit Sabbatum, Officium est de die infra Octavam Nativitatis, et in primis Vesperis id præstatur quod heri n. II docuimus. Ad Matutinum omnia persolvuntur ut die Nativitatis, præter Lectiones primi et secundi Nocturni cum ℟℟., quæ dicuntur ut in Do-

minica infra Octavam, ac Lectiones tertii Nocturni quæ sunt de homilia S. Ambrosii *Vides festinare*; præterea fit commemoratio trium Octavarum in Laudibus et Missa, quæ propria adest *Puer natus est*, cum *Credo* etc. In secundis Vesperis, Antiphonæ et Psalmi recitantur de Nativitate (*ritu duplici*), a Capitulo S. Silvestri, post cujus Orationem adjungitur commemoratio sequentis Dominicæ et quatuor Octavarum. Verum ubi hodie duplex agitur etiam translatum, primæ ipsius Vesperæ dicuntur uti heri n. II circa medium declaravimus. Lectiones primi Nocturni sunt de Initio Epistolæ ad Romanos (nisi Festum proprias vel de Communi adsignatas habeat), cum commemoratione quatuor Octavarum. In secundis Vesperis, Antiphonæ et Psalmi rursum recitantur de Nativitate, a Capitulo S. Silvestri (nisi Festum præcedens emineat potiore ritu), cum præcedentis, sequentis Dominicæ et quatuor Octavarum commemoratione. At si Festum, occurrens vel translatum, existat duplex primæ aut secundæ classis, tunc juxta dicta sub die 25 hujus n. IX, de Octavis S. Stephani, S. Joannis ac Ss. Innocentium nihil prorsus agitur.

IV. Si hodie fuerit Feria secunda, in Ecclesia universali Officium persolvendum est S. Thomæ translatum e die hesterna. *Rubr. Breviarii.* Ubi porro Festum S. Thomæ est duplex, jam heri celebratum fuit, cum commemoratione Dominicæ etc.; quare hodie ibi fit de duplici aliquo translato, si adsit; sin vero desit, fit de die infra Octavam Nativitatis; et pro casu utroque observantur quæ ediximus numero præcedenti; sed in priori casu, Antiphonæ et Psalmi sunt de Nativitate, a Capitulo sequentis Festi duplicis, cum commemoratione S. Thomæ, Dominicæ et quatuor Octavarum; in casu autem posteriore Antiphonæ et Psalmi recitantur de Nativitate, a Capitulo S. Thomæ cum commemoratione præcedentis Dominicæ et quatuor Octavarum. Secundæ Vesperæ sunt agendæ in utroque casu ut numero III antecedente, sed nihil de Dominica fit, cum jam præcesserit.

V. Quando Officium S. Thomæ sub ritu semiduplici, ob occursum Dominicæ, reponitur in Feria secunda, simul-

que in hanc transferri contingit Festum duplex primæ aut secundæ classis, eo quod nulla adsit dies vacua usque ad anni finem, prout animadversum est c. 4 n. 5 III°; tunc commemoratio S. Thomæ instar simplicis habenda est in hac Feria secunda in Officio ejusmodi Festi duplicis primæ aut secundæ classis, non autem die antecedenti in Officio Dominicæ; quia eo casu S. Thomas in Feria illa secunda censetur tamquam occurrens. Ejus porro commemoratio peragitur in utrisque Vesperis, Laudibus et Missa etiam solemni, cum nona ipsius Lectione ex tribus secundi Nocturni conflata.

VI. Quoties hac die trigesima Decembris, ob Festum occurrens, habetur instar simplicis Dominica infra Octavam Nativitatis, si Initium Epistolæ ad Romanos in Festo illo recitari nequeat, eo quod Lectiones primi Nocturni proprias obtineat vel de Communi adsignatas, itemque die sequenti nequeat ob eamdem causam reponi, Guyetus (*lib.* 4 *c.* 18 *q.* 9) autumat Initium, de quo loquimur, anticipandum esse in Festo S. Thomæ die 29; quia alius illud ponendi modus non superest. Quandoquidem Lectiones primi Nocturni die Circumcisionis sunt de eadem Epistola ad Romanos, sic tamen ut pertineant ad ipsum Circumcisionis Mysterium, et quoniam illas neque decet omitti ut legantur tres de Initio, neque item jungi cum istis par est ob diei solemnitatem; propterea id unum restat ut Initium anticipetur die S. Thomæ, loco Lectionum *A Mileto.* Ita ille. Contra Pittonus *(in Octava Nativitatis)* contendit præfatum Initium reponendum esse die Octava Ss. Innocentium; quia nimirum arbitratur, sine necessitate detrahendas non esse ex Officio S. Thomæ Lectiones primi Nocturni a Rubrica adsignatas: ac subjungit nihil obstare, quominus ponatur *Initium* post ejus Epistolæ partem quæ continuatur die Circumcisionis, eo quod primæ Lectiones die hac non sint considerandæ veluti de Scriptura occurrente, sed uti propriæ, utpote expressim Circumcisionis Mysterium pertractantes; quo fit, ut etiamsi hoc tempore alia legeretur Epistola, adhuc tamen ea die positæ fuissent, quia apprime conveniunt cum Festo. Ita Pittonus. Veruntamen quum ex

Decreto S. R. C. diei 11 Aug. 1860 in Granatensi ad 7, perspicuum fiat, Lectiones primi Nocturni in Festo S. Thomæ non esse habendas ceu proprias, sed ideo fuisse adsignatas quia nullæ in eo Festo suppetunt de Scriptura occurrente; idcirco opinio Guyeti potius quam hæc altera Pittoni, videtur amplectenda.

VII. Si infra Octavam S. Joannis Apostoli, Festum celebretur habens Postcommunionem ex Missa *Os justi* de Communi Confessoris non Pontificis, opus erit ut Postcommunio immutetur pro commemoratione S. Joannis, ac sumatur ex altera ipsius Missa die 6 Maji. Rursum ubi Festum habeat Secretam ex Missa *Loquebar*, vel *Me expectaverunt* de Communi Martyris non Virginis, Secreta pro prædicta commemoratione hauriatur pariter ex Missa 6 Maji. Item si infra Octavam Ss. Innocentium Festum agatur S. Doctoris, in quo Secreta adsit ex Missa *In medio* de Communi Doctorum, varianda erit Secreta Ss. Innocentium, et sumenda ex Missa *Sapientiam* de Communi plurimorum Martyrum.

31. — I. Quoties Festum S. Silvestri in Dominica occurrit, de ipso Officium persolvitur, et in primis Vesperis fit ut heri n. III explicatum est. Ad Matutinum nona Lectio est de homilia Dominicæ; cujus commemoratio quoque fit (ante alteram quatuor Octavarum) in Laudibus et Missa cum ipsius Evangelio in Missæ fine. Vesperæ sunt de sequenti Festo Circumcisionis, sine commemoratione. In secundis Vesperis hujus diei nulla agitur commemoratio Festi occurrentis, etiamsi fuerit duplex majus; secus vero si fuerit altioris ritus. *Caval. to.* 2 *c.* 14 *d.* 4 *n.* 9. Item in hisce Vesperis neutiquam commemoratio habetur Dominicæ sive occurrentis sive sequentis.

II. Ubi S. Silvester est principalis Patronus vel Titularis, in primis Vesperis Antiphonæ et Psalmi dicuntur de Nativitate, a Capitulo S. Silvestri, cum commemoratione Dominicæ, si in hanc diem 31 incidat, et Octavæ Nativitatis tantum. Reliqua peraguntur ut in Kalendario; ac si hodie sit Dominica, id perficies quod n. præcedenti innuimus; sed in quolibet casu nihil de Octavis fit præter illam Nativitatis. Secundæ Vesperæ

celebrantur integræ de S. Silvestro, ut in secundis Vesperis de Communi Confessoris Pontificis, cum Antiphona ad *Magnificat Dum esset.* Namque Antiphonæ et Psalmi de Nativitate jam in primis Vesperis S. Silvestri desinunt; quia dies septima infra Octavam cujuscumque Festi caret secundis Vesperis, quibus nempe præcedentes dies infra eamdem sunt præditi, ideoque septima illa dies primas Festi Vesperas sibi vindicat. *Gav. et Meratus sect.* 6 *c.* 6 *n.* 9. Denique habetur dumtaxat commemoratio sequentis Festi Circumcisionis. Patronus porro vel Titularis hoc tempore minime adsciscit Octavam, quemadmodum monuimus sub die 16 hujus n. II.

III. Si Festum Dedicationis Ecclesiæ alicubi occurrat in Festo S. Silvestri, hujus Officium haudquaquam transfertur (*prout præscriptum est c.* 4 *n.* 17 *IV*) ad annum proxime ineuntem; sed hac ipsa die opus est ut in Dedicationis Festo agatur ipsius commemoratio (ante alteram Octavæ Nativitatis) in primis Vesperis, Laudibus et Missa etiam solemni, cum nona Lectione historica ex tribus conflata ad Matutinum, nisi Dominica inciderit; tum quippe nona Lectio erit de homilia Dominicæ. *S. R. C.* 23 *Jan.* 1743 *in Lunen. Sarzanen. et Rubr. pecul. n.* 175. *Confer etiam exposita c.* 6 *n.* 9. In primis Vesperis Dedicationis, a Capitulo fit de ipsa, absque commemoratione Octavarum, si modo unicam Nativitatis excipias, ut n. superiore declaratum est. Secundæ autem Vesperæ integræ persolvuntur de Dedicatione cum sola commemoratione sequentis Festi Circumcisionis, ut pariter præfato n. præstitutum est.

IV. In Officio Circumcisionis Oratio est *Deus qui salutis* etc.; quæ tametsi eadem sit atque altera quæ subjicitur post Antiphonam finalem *Alma*, non propterea hæc varianda erit, quippe cum extra Divinum Officium recitetur. *Caval. to.* 2 *c.* 40 *d.* 2 *n.* 1.

ELENCHUS

FESTORUM KALENDARII ROMANI QUÆ IN NOSTRO FRANCISCANO ALIA DIE CELEBRANTUR

	IN KAL. ROM.	IN FRANCISC.
S. Hilarii Ep. C. et Doct. . .	14 Jan.	17 Febr.
S. Marcelli Pp. et M.	16 Jan.	18 Febr.
S. Raymundi de Pennaf. C. . .	23 Jan.	20 Febr.
S. Martinæ V. et M.	30 Jan.	2 Mart.
S. Petri Nolasci C.	31 Jan.	12 Febr.
S. Ignatii Ep. et M.	1 Febr.	26 Febr.
S. Andreæ Cors. Ep. et C. . .	4 Febr.	14 Febr.
S. Agathæ V. et M.	5 Febr.	6 Febr.
S. Titi Ep. et C.	6 Febr.	3 Mart.
S. Romualdi Abb.	7 Febr.	15 Febr.
Cathedræ S. Petri Antioch. . .	22 Febr.	23 Febr.
S. Petri Dam. Ep. C. et Doct. .	23 Febr.	23 Mart.
S. Franciscæ Rom. Vid. . . .	9 Mart.	11 Mart.
S. Georgii M.	23 Apr.	11 Maj.
S. Ubaldi Ep. et C.	16 Maj.	29 Maj.
S. Venantii M.	18 Maj.	21 Maj.
S. Petri Cœlestini Pp. et C. . .	19 Maj.	23 Maj.
S. Gregorii VII Pp. et C. . .	25 Maj.	28 Maj.
S. Angelæ Merici V.	31 Maj.	21 Febr.
S. Joannis a S. Facundo C. . .	12 Jun.	15 Jun.
S. Julianæ de Falcon. V. . . .	19 Jun.	22 Jun.
S. Henrici Imper. C.	15 Jul.	7 Octob.
S. Camilli de Lellis C. . . .	18 Jul.	30 Jul.
S. Vincentii a Paulo C. . . .	19 Jul.	9 Aug.
S. Alphonsi de Lig. Ep. et C. .	2 Aug.	12 Sept.
S. Hyacinti Conf.	16 Aug.	26 Aug.
S. Laurentii Justin. Ep. et C. .	5 Sept.	7 Sept.
S. Lini Pp. et M.	23 Sept.	26 Octob.
B. M. V. de Mercede	24 Sept.	25 Sept.
Ss. Cosmæ et Damiani Mm. . .	27 Sept.	3 Octob.
S. Wenceslai M.	28 Sept.	16 Octob.
S. Eduardi C.	13 Octob.	24 Octob.
S. Martini Pp. et M.	12 Nov.	13 Nov.
S. Didaci C.	13 Nov.	12 Nov.
S. Gregorii Thaum. Ep. et C. .	17 Nov.	14 Dec.

INITIA

ANTIPHONARUM ET VERSICULORUM
DE DOMINICIS AD MAGNIFICAT IN PRIMIS VESPERIS
PRO TOTO ANNO

ost Epiph.	Ant.	*Remansit*	℣.	*Reges Tharsis*
»	Ant.	*Suscepit*........	℣.	*Vespertina*
I »	Ant.	»	℣.	»
V »	Ant.	»	℣.	»
»	Ant.	»	℣.	»
I »	Ant.	»	℣.	»
eptuages..	Ant.	*Dixit Dom. ad Adam*	℣.	»
exagesimæ	Ant.	*Dixit Dom. ad Noe.*	℣.	»
uinquages.	Ant.	*Pater fidei*	℣.	»
Quadrag.	Ant.	*Tunc invocabis* ...	℣.	*Angelis suis*
»	Ant.	*Visionem*	℣.	»
I »	Ant.	*Dixit autem*	℣.	»
V »	Ant.	*Nemo te*	℣.	»
assionis ..	Ant.	*Ego sum*	℣.	*Eripe me Dom.*
almarum .	Ant.	*Pater juste*	℣.	»
Albis ...	Ant.	*Cum esset sero* ...	℣.	*Mane nobiscum*
post Pasc.	Ant.	*Ego sum Pastor*...	℣.	»
I »	Ant.	*Modicum*	℣.	»
V »	Ant.	*Vado ad eum*	℣.	»
»	Ant.	*Usque modo*	℣.	»
f. Oct. Asc.	Ant.	*Cum venerit*	℣.	*Dom. in cœlo*
post Pent.	Ant.	*Loquere Domine* ..	℣.	*Vespertina*
»	Ant.	*Puer Samuel*	℣.	*Cibavit illos*
I »	Ant.	*Cognoverunt*	℣.	*Vespertina*
V »	Ant.	*Prævaluit*.......	℣.	»
»	Ant.	*Montes Gelboe*	℣.	»
I »	Ant.	*Obsecro Domine* ..	℣.	»
II »	Ant.	*Unxerunt*	℣.	»
III »	Ant.	*Exaudisti Domine* .	℣.	»
X »	Ant.	*Dum tolleret*.....	℣.	»
»	Ant.	*Fecit Joas*	℣.	»
I »	Ant.	*Obsecro Domine* ..	℣.	»

Dom. I Augusti. .	Ant. *Sapientia ædificavit*	℣.	*Vespertina*
Dom. II »	Ant. *Ego in altissimis* . .	℣.	»
Dom. III »	Ant. *Omnis sapientia* . .	℣.	»
Dom. IV »	Ant. *Sapientia clamitat* .	℣.	»
Dom. V »	Ant. *Observa fili*.	℣.	»
Dom. I Septembr.	Ant. *Cum audisset Job* .	℣.	»
Dom. II »	Ant. *In omnibus his* . . .	℣.	»
Dom. III »	Ant. *Ne reminiscaris*. . .	℣.	»
Dom. IV »	Ant. *Adonai*	℣.	»
Dom. V »	Ant. *Domine Rex*	℣.	»
Dom. I Octobris .	Ant. *Adaperiat*.	℣.	»
Dom. II »	Ant. *Refulsit sol*	℣.	»
Dom. III »	Ant. *Lugebat autem* . . .	℣.	»
Dom. IV »	Ant. *Exaudiat Dom*. . . .	℣.	»
Dom. V »	Ant. *Tua est potentia* . .	℣.	»
Dom. I Novembr.	Ant. *Vidi Dominum* . . .	℣.	»
Dom. II »	Ant. *Aspice Domine* . . .	℣.	»
Dom. III »	Ant. *Muro tuo*	℣.	»
Dom. IV »	Ant. *Qui cœlorum*	℣.	»
Dom. V »	Ant. *Super muros*	℣.	»
Dom. I Adventus.	Ant. *Ecce nomen*	℣.	*Rorate*
Dom. II »	Ant. *Veni Domine*.	℣.	»
Dom. III »	Ant. *Ante me*	℣.	»
Dom. IV »	Ant. Una ex majoribus juxta ordinem dierum.	℣.	»
Dom. inf. Oct. Nat.	Ant. *Dum medium*	℣.	*Verbum ca*

ORATIONUM INITIA

PRO DOMINICIS POST EPIPHANIAM ET PENTECOSTEN

post Epiph.		Orat.	*Vota quæsumus Domine*
II	»	Orat.	*Omnipotens sempit. Deus qui cœlestia*
III	»	Orat.	*Omnipotens sempiterne Deus infirmitatem nostram propitius respice*
IV	»	Orat.	*Deus qui nos in tantis periculis*
V	»	Orat.	*Familiam tuam quæsumus Domine*
VI	»	Orat.	*Præsta quæsumus omnipotens Deus*
I post Pent.		Orat.	*Deus in te sperantium fortitudo*
II	»	Orat.	*Sancti nominis tui Domine*
III	»	Orat.	*Protector in te sperantium Deus*
IV	»	Orat.	*Da nobis quæsumus Domine*
V	»	Orat.	*Deus qui diligentibus te*
VI	»	Orat.	*Deus virtutum cujus est totum*
VII	»	Orat.	*Deus cujus providentia*
VIII	»	Orat.	*Largire nobis quæsumus Domine*
IX	»	Orat.	*Pateant aures misericordiæ tuæ*
X	»	Orat.	*Deus qui omnipotentiam tuam*
XI	»	Orat.	*Omnipotens sempiterne Deus qui abundantia pietatis tuæ*
XII	»	Orat.	*Omnipotens et misericors Deus de cujus munere venit*
XIII	»	Orat.	*Omnipotens sempiterne Deus da nobis*
XIV	»	Orat.	*Custodi Domine quæsumus*
XV	»	Orat.	*Ecclesiam tuam Domine*
XVI	»	Orat.	*Tua nos quæsumus Domine*
XVII	»	Orat.	*Da quæsumus Domine populo tuo*
XVIII	»	Orat.	*Dirigat corda nostra*
XIX	»	Orat.	*Omnipotens et misericors Deus universa nobis adversantia*
XX	»	Orat.	*Largire quæsumus Domine*
XXI	»	Orat.	*Familiam tuam quæsumus Domine continua pietate custodi*
XXII	»	Orat.	*Deus refugium nostrum*
XXIII	»	Orat.	*Absolve quæsumus Domine*
XXIV	»	Orat.	*Excita quæsumus Domine*

INITIA

LIBRORUM SACRÆ SCRIPTURÆ
NEC NON LECTIONUM INITII VIM HABENTIUM
PER DOMINICAS ET FERIAS TOTIUS ANNI
DISTRIBUTA

Dom. I post Epiphaniam	*Incipit Ep. 1 B. Pauli Ap. ad Corinth.*
Dom. II »	*Incipit Ep. 2 B. Pauli Ap. ad Corinth.*
Dom. III »	*Incipit Epist. B. Pauli Ap. ad Galatas.*
Feria IV..........	*Incipit Epist. B. Pauli Ap. ad Ephesios.*
Dom. IV post Epiph. .	*Incipit Ep. B. Pauli Ap. ad Philippen.*
Feria III..........	*Incipit Epist. B. Pauli Ap. ad Colossen.*
Feria V	*Inc. Ep. 1 B. Pauli Ap. ad Thessalonic.*
Sabbato	*Inc. Ep. 2 B. Pauli Ap. ad Thessalonic.*
Dom. V post Epiph. . .	*Inc. Ep. 1 B. Pauli Ap. ad Timotheum*
Feria III..........	*Inc. Ep. 2 B. Pauli Ap. ad Timotheum*
Feria V..........	*Incipit Epist. B. Pauli Ap. ad Titum*
Sabbato	*Inc. Ep. B. Pauli Ap. ad Philemonem*
Dom. VI post Epiph. .	*Incipit Epist. B. Pauli Ap. ad Hebræos*
Dom. Septuagesimæ . .	*Incipit Liber Genesis*
Dom. Sexagesimæ . . .	*De libro Genesis - Noe vero*
Dom. Quinquagesimæ .	*De libro Genesis - Dixit autem Dominus*
Dom. II Quadragesimæ	*De libro Genesis - Senuit autem Isaac*
Dom. III »	*De libro Genesis - Joseph cum sexdec.*
Dom. IV »	*De libro Exodi - Moyses autem pasceb.*
Dom. Passionis	*Incipit liber Jeremiæ Prophetæ*
Feria II post D. in Albis	*Incipit liber Actuum Apostolorum*
Dom. III post Pascha .	*Incipit liber Apocalypsis B. Joannis Ap.*
Dom. IV »	*Incipit Epist. Catholica B. Jacobi Ap.*
Dom. V »	*Incipit Epist. 1 B. Petri Apostoli*
Feria VI..........	*Incipit Epist. 2 B. Petri Apostoli*
Dom. inf. Oct. Ascens.	*Incipit Epist. 1 B. Joannis Apostoli*
Feria IV..........	*Incipit Epist. 2 B. Joannis Apostoli*
Feria VI..........	*Incipit Epist. 3 B. Joannis Apostoli*
Sabbato in Vig. Pent.	*Incipit Epist. Catholica B. Judæ Ap.*
Feria II post D. 1 Pent.	*Incipit liber primus Regum*
Dom. V post Pent. . . .	*Incipit liber secundus Regum*
Dom. VII »	*Incipit liber tertius Regum*
Dom. IX »	*Incipit liber quartus Regum*

. I Augusti.	*Incipiunt Parabolæ Salomonis*
. II »	*Incipit liber Ecclesiastes*
.. III »	*Incipit liber Sapientiæ*
. IV »	*Incipit liber Ecclesiastici*
. I Septembris . .	*Incipit liber Job*
. III »	*Incipit liber Tobiæ*
. IV »	*Incipit liber Judith*
. V »	*Incipit liber Esther*
. I Octobris.	*Incipit liber 1 Machabæorum*
. IV »	*Incipit liber 2 Machabæorum*
. V »	*De libro 2 Machab. - Igitur Eleazarus*
ι II	*De libro 2 Machab. - Mortuo itaque illo*
ι III.	*De libro 2 Machab. - Antiochus autem*
. I Novembris . . .	*Incipit liber Ezechielis Prophetæ*
. III »	*Incipit liber Danielis Prophetæ*
. IV »	*Incipit liber Osee Prophetæ*
ι III.	*Incipit Joel Propheta*
ι V	*Incipit Amos Propheta*
ι VI.	*Incipit Abdias Propheta*
ato	*Incipit Jonas Propheta*
. V Novembris. . .	*Incipit Michæas Propheta*
ι II	*Incipit Nahum Propheta*
ι III.	*Incipit Habacuc Propheta*
ι IV.	*Incipit Sophonias Propheta*
ι V	*Incipit Aggæus Propheta*
ι VI.	*Incipit Zacharias Propheta*
ato.	*Incipit Malachias Propheta*
. I Adventus	*Incipit liber Isaiæ Prophetæ*
. infra Oct. Nativ.	*Incipit Epist. B. Pauli Ap. ad Romanos*

Confer adnotata post Epiphaniam n. 10 et seqq. in inicas Septuag., Sexages. ac Quinquagesimæ n. 2, in lragesimam n. 7, in Dominias Septembris n. 1 et O-ris n. 1.

INDEX

Rerum Notabilium

A

B

C

D

E

F

G

H

I

J

K

L

M

N

O

P

Q

R

S

T

U

V

X

FINIS

—

LAUS DEO.

IMMACULATÆ DEIPARÆ

B. P. FRANCISCO

OMNIBUSQUE SANCTIS

INDEX

INDEX CAPITUM

CAPUT I.

CAPUT II.

CAPUT III.

CAPUT IV.

CAPUT V.

CAPUT VI.

CAPUT VII.

CAPUT VIII.

CAPUT IX.

INDEX

KALENDARII TRIUM ORDINUM S. P. FRANCISCI

INDEX

ADNOTATIONUM IN FESTA SANCTORUM

PER MENSES DISTRIBUTARUM

INDEX

ANNOTANDORUM IN OFFICIA ET MISSAS DE TEMPORE

PAG.	LIN.	ERRATA	CORRIGE
4	14	est reliquum	reliquum sit
—	32	fit ut	idcirco
16	12	die, quo Officium	die, e quo Officium
31	28	majorem habeant	majorem habeat
48	19	expresse declarat	expresse declaret
61	25	Hac autem Festi	Haec autem Festi
66	4	cum die designatione	cum diei designatione
75	31	non fovent	non forent
105	35	facienda est	facienda esse videtur
114	14	aut de Festo simplici occurrente	———————
116	38	S. R. C.	S. I. C.
119	12	Missae cum cantu	cum cantu Missae de
120	10	impares solvere	impares solvendo
125	20	Quo vero ad	Quod vero ad
154	18	Rubricarum tylus	Rubricarum stylus
176	23	in alterius defunctum	in alterius defectum
184	34	in memoriam revocamus	in memoriam revocemus
215	23	celebrantur,	celebrantur :
—	35	Epistolas habentibus	Epistolas habentium
264	3	de D. Marco	D. Marco
273	34	gaudium affert	gaudium effert
286	19	hodie recurrit	hodie recurrit Festum
302	2	Octavam perficitur	Octavam recitatur
314	18	prope privilegio	privilegio prope
322	27	ad ipsam recitandam assurgat	ipsam recitet
405	11	hujusmodi privilegium	hujusmodi privilegio
422	27	a praefatis primis Vesperis	a praefata Missa
429	13	in Laudibus ; Missa est propria	in Laudibus et Missa quae est propria
443	8	sibi vindicat.	adsciscit pro sequenti die Octava.
465	27	S. Ludocivici	S. Ludovici